TRINITY COLLEGE LIBRARY
3 1761 02724383 1



PUBLISHERS OF LAW BOOKS
PRINTERS AND BOOKBINDERS
Canada Law Book Company

TRINITY UNIVERSITY
LIBRARY,
S.N.....S.H.....No.....

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXI

FAVSTI REIENSIS ET RVRICII OPERA

EX RECENSIONE

AVGVSTI ENGELBRECHT:

PROLEGOMENA. FAVSTI DE GRATIA LIBRI II. DE SPIRITV SANCTO LIBRI II. EPISTVLAE. SERMONES PRAETER PSEVDO-EVSEBIANOS. DE RATIONE FIDEI. RVRICII EPISTVLAE. INDICES.

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

FAVSTI REIENSIS

PRAETER SERMONES PSEVDO-EVSEBIANOS

OPERA

ACCEDVNT RVRICII EPISTVLAE

RECENSVIT, COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT,
PROLEGOMENA ET INDICES ADIECIT

AVGVSTVS ENGELBRECHT

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

1521
18 Apr. 1963

VINDOBONAE TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN

PROLEGOMENA.

CAP. I. DE VITA ET SCRIPTIS FAVSTI EPISCOPI REIENSIS.

De uita et scriptis Fausti disputaturus primum eos libros enumerare constitui, in quibus eadem materia plus minus accurate atque ita quidem, ut ex unoquoque libro aliquantum redundet utilitatis, tractatur, quam ob rem procedente dissertatione nostra ut breues esse possimus in laudandis singulis libris, hic eos uno obtutu componimus. atque digni, qui afferantur, hi sunt: Casimirus Oudin, Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis, Francofurti ad Moenum 1722, I 1291—1317. — Lenain de Tillemont, Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique des six premiers siècles, Venetiae 1732. XVI 408—436. — Histoire litéraire de la France par des religieux Benedictins de la congregation de s. Maur, Parisiis 1735, II 585—619. — Dom Remi Ceillier, Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques, Parisiis 1748, XV 157—189. — Ioannes Stilting, ‚de s. Fausto episcopo', Acta sanctorum Septembris (Antuerpiae 1760) VII 651—714. — Bruno Krusch, ‚de Fausto episcopo Reiensi', Monumenta Germaniae historica, Auctorum antiquissimorum uol. VIII, Berolini 1887, p. LIIII—LXI. — Praeterea ipsi nos tribus commentationibus de Fausto Reiensi eiusque scriptis egimus: Studien über die Schriften des Bischofes von Reii Faustus. Ein Beitrag zur spätlateinischen Literaturgeschichte (I. Die Ueberlieferung der zwei Bücher des Faustus über die Gnade p. 5—27. II. Faustus der Verfasser der zwei Bücher über den heiligen Geist p. 28—46.

III. Ueber die Predigten des Faustus und ihre Echtheit p. 47—104), Vindobonae 1889. — Kritische Untersuchungen über wirkliche und angebliche Schriften des Faustus Reiensis, in Ephemeride gymnasiorum Austriacorum 1890, p. 289—301. — Beiträge zur Kritik und Erklärung der Briefe des Apollinaris Sidonius, Faustus und Ruricius, in eadem Ephemeride gymn. Austr. 1890, p. 481—497 et 677—699.

Faustum *ortu Britannum, habitaculo Reiensem* fuisse Alcimus Auitus in epistula ad Gundobadum regem (p. 30, 1 Peiper) tradit et Apollinaris Sidonius in epistula ad ipsum Faustum scripta (VIII 9 p. 157, 7 Luetiohann) de Britannis ut Fausti popularibus uerba facit, quare nulla fides habenda est uerbis Possessoris episcopi Africani, qui de *Fausto quodam natione Gallo, Reginae ciuitatis episcopo* (Migne, Patrol. lat. LXIII 489) disputat non id agens, ut patriam Fausti, quam episcopus Africanus Constantinopoli exsulans minime curabat, indicet, sed ut in Gallia Faustum illum uitam degere significet. eadem ratione Facundus Hermianensis episcopus in libro contra Mocianum Faustum Gallum appellat (Migne, Patrol. lat. LXVII 855). sunt autem, qui Faustum in Gallia Aremorica uel Britannica, quae hodie Bretagne dicitur, natum esse et contraria illa ueterum scriptorum testimonia hoc modo consociari posse existiment, de quibus conferendus est Stilting l. l. 654 sq. sed cum unus Auitus, Fausti fere aequalis et Viennensis in Gallia ecclesiae episcopus, inter patriam et habitaculum Fausti diserte distinguat, quod eum facere uix opus erat, si Faustus in Gallia Aremorica natus erat, eique Sidonius testis. Fausti amicus fide dignissimus, assentiatur, Faustum in Britannia insula natum esse pro certo habemus.

Quo anno Faustus natus sit, quamuis proditum non sit, tamen ineunte saeculo quinto eum natum esse facile per coniecturam assequemur, si reliquas uitae eius rationes perpenderimus. anno enim 433 eum abbatem Lerinensem factum esse cum inter omnes constet et praesto nobis sint epistulae a Fausto circa annum 480 in exsilio scriptae, in quibus tamen de grauis senectutis incommodis ne uerbum quidem reperitur, adducor, ut Faustum non multo ante annum 410 natum esse statuam,

unde consequens est, ut sat iuuenili aetate monasterium Lerinense regere coeperit. quae si recte disputata sunt, opus illud de gratia et libero arbitrio (anno fere 473 uel certe ante a. 475) Faustus sexagenarius fere conscripsit, id quod procul dubio magis placet quam sententia illorum, qui Faustum anno 390 uel 400 natum esse contendunt non cogitantes ueri simile non esse Faustum opus suum potissimum maioris molis et doctrina plenum septuagenarium uel etiam octogenarium composuisse.

Matris Fausti mentionem facit Sidonius in carmine eucharistico XVI 84 ad Faustum scripto:

> *omnibus attamen his sat praestat, quod uoluisti,*
> *ut sanctae matris sanctum quoque limen adirem,*

quae uerba de spiritali matre i. e. ecclesia intellegenda esse ita, ut significetur Sidonium a Fausto ad uitam ecclesiasticam adductum esse, Kruschius censet. sed cum Sidonius pergat:

> *derigui, fateor, mihi conscius atque repente*
> *tinxit adorantem pauido reuerentia uultum;*
> *nec secus intremui, quam si me forte Rebeccae*
> *Israel aut Samuel crinitus duceret Annae,*

carnalem Fausti matrem grandaeuam a Sidonio laudari in propatulo est.

Quodsi Faustus p. 218, 7 Memorium presbyterum fratrem suum dicit et p. 195, 13 scribit: *filium meum Eminentium, dulce decus nostrum, paterno sospitamus affectu,* haec cognationis nomina sine dubio spiritali sensu intellegenda sunt.

Studiis philosophicis Faustum iuuenem operam dedisse Sidonius fusius praedicat (p. 158, 10 sqq. L.) neque tamen ex uerbis illius l. 15: *siue in palaestris exerceris urbanis* suspicari licet Faustum, priusquam monasterium adiret, in causis forensibus uersatum esse, cum uerba sequentia *haec* (sc. *philosophia) Athenaei consors* satis ostendant scholas philosophicas, ubi primis litterarum elementis imbutus est, priusquam monasterium peteret, palaestrarum uoce esse significatas, nisi forte Reios intellexit Sidonius, cum uerba fecit de palaestris

urbanis, uelut alio loco ad Faustum scribens palaestrae uoce utitur ita, ut de scholis philosophicis accipi nequeat, p. 151, 25: *precum peritus insulanarum, quas de palaestra congregationis heremitidis et de senatu Lirinensium cellulanorum in urbem quoque, cuius ecclesiae sacra superinspicis, transtulisti.*

Quando Faustus ad monasterium Lerinense accesserit, ignoramus, sed iam temporibus Honorati fundatoris et primi huius coenobii usque ad annum 426 abbatis, quo anno is Patroclo Arelatensi episcopo occiso (cf. Prosperi chronicon ad h. a.) successit, Lerini eum degisse alio loco exposuimus (Studien über die Schriften des Bischofes von Reii Faustus, Vindobonae 1889, p. 73). fuisse enim Faustum admodum iuuenem, cum Lerinum se contulit, ex eius dicendi genere colligitur, quod sapit scholam monasterialem, ut postea fusius explanabimus. qui Honorato Lerini successit s. Maximus, septem plenos annos abbatem fuisse (usque ad annum 433) ipse Faustus in homilia de s. Maximo Reiensi habita (Bibl. Patr. Max. Lugd. VI 655) tradit, Maximum autem ad episcopatum Reiensem prouectum Faustum excepisse Sidonius dicit in carmine XVI 112:

fuerit quis Maximus ille,
urbem (sc. Reios) *tu* (sc. Fauste) *cuius monachosque* (sc. Lerinenses) *antistes et abbas*
bis successor agis.

itaque a. 433 Faustum abbatem Lerinensem factum esse constat.

Plurimis eiusdem carminis Sidoniani locis Faustum Lerini summa in se austeritate fuisse edocemur, quam magni aestimatam esse ab aequalibus inde perspicimus, quod Hilarius episcopus Arelatensis, cum Lerinum uenisset ad s. Caprasium aetate confectum uisendum, *Faustum presbyterum pariter et abbatem ita honorauit, ut inter se et sanctos sacerdotes Theodorum* (episcopum Foroiuliensem?) *et Maximum* (episcopum Reiensem) *medium compulerit residere* (uita s. Hilarii c. 9, Migne, Patr. lat. L 1230).

Post annum 449, quo Hilario mortuo Rauennius episcopus Arelatensis factus est, et ante annum 462, quo Leontium Rauennii successorem iam episcopum Arelatensem fuisse con-

stat (cf. Jaffé² nr. 552), concilium a Rauennio Arelate congregatum est ad discordias componendas, quae essent inter Theodorum episcopum Foroiuliensem monasteriique Lerinensis patronum, qui maiora in Lerinenses iura amplectebatur, et Faustum eius monasterii abbatem, quo concilio statutum est, ut res spiritales tantummodo episcopo competerent, laica autem monasterii congregatio ad curam abbatis pertineret (cf. Collectio conciliorum Galliae, editio Maurina, Parisiis 1789, I 579).

Maximo mortuo Faustus episcopus Reiensis factus est, id quod ex uersibus Sidonii supra allatis colligimus, quo anno Faustus Maximo successerit, non liquet, sed a. 462 eum episcopum iam fuisse ex actis concilii de causa Hermetis episcopi Romae a s. Hilario papa congregati perspicimus, cui Faustus et Auxanius episcopi ab episcopis Gallicis legati praesederunt (Conc. Gall. coll. I 606). iam cum minime ueri simile esse uideatur episcopum nuper demum ordinatum Romam legatum esse, ut omnium prouinciarum Galliae episcoporum partes una cum Auxanio susciperet, Faustus per aliquot annos episcopatu functus sit, priusquam Romam legaretur, necesse est, ita ut libenter adstipulemur iis, qui eum anno 452 episcopum factum esse contendunt. accedit quod in epistula s. Hilarii papae, qua respondit a. 464 episcopis Gallicis, qui ad causam s. Mamerti, qui Deensibus episcopum ordinauerat, quod ad se spectare episcopus Arelatensis contendebat, examinandam Leontio praesidente synodum congregauerant, Faustus est inter uiginti episcopos nonus (Conc. Gall. coll. I 609) et, si ordinem, quo singuli episcopi facti sunt, chronologicum seruatum esse in hac enumeratione nominum statuimus, hinc quoque Faustum per complures iam annos episcopum fuisse elicimus.

Quem ad modum Faustus Reiis se gesserit, ex epistulis aliquot et carmine eucharistico Sidonii comperimus, qui germanum suum a Fausto educatum esse[1]) (carm. XVI 72) neque nouae dignitatis obtentu rigorem ueteris disciplinae Lerinensis relaxatum esse (p. 152, 1 L.) tradit. eximiam gloriam Faustus

[1]) Ceterum si quis Sidonii fratrem a Fausto iam Lerini sanctis disciplinis imbutum esse dixerit, nix me habebit aduersarium.

sibi parauit concionibus uel praedicationibus habendis, quarum identidem mentionem facit Sidonius dicens eum Lerinum saepius uenisse cum ad uitae solitariae officia instauranda tum ad fratribus Lerinensibus praedicandum (carm. XVI 104 sqq.), Reiis saepissime contionatum esse (ibid. 124 sqq.) festisque hebdomadalibus Lugduni in ecclesia a Patiente Lugdunensi episcopo aedificata et dedicata perorauisse collegarum sacrosanctorum rogatu exoratum (p. 33, 15 et 152, 9 L.).

Nec uero Sidonius solus Faustum tantis laudibus (in epistulis VIII 3 et 9 et carmine XVI) extollit, sed Ruricius quoque episcopus Lemouicenus plus semel in laudes senioris amici prorumpit (cf. epistulas Ruricii I 1 et 2), quare non miramur, quod Faustus una cum Leontio Arelatensi, Graeco Massiliensi, Basilio (Aquensi?) a Nepote imperatore legatus est, ut pacem cum Eurico Gothorum rege anno 474 componeret, cf. Sidon. p. 110, 14 L.: *per uos mala foederum currunt, per uos regni utriusque pacta condicionesque portantur.*

Faustum senem in exsilium missum esse ex ipsius Fausti epistulis comperimus (cf. p. 196, 1. 211, 12. 218, 16)[1]) neque improbabilis est coniectura uirorum doctorum ab Eurico Gothorum rege, cum is Arelate et Massiliam a. 477 occupasset (Iordan. Get. 47), Reiensem quoque ciuitatem subactam esse et Faustum, qui Arianorum haeresim uehementissime in libris de gratia paulo ante publici iuris factis impugnasset, regi Ariano suspectum exsilio poenas dedisse. non autem uideo, cur ex Sidonii de Fausti exsilio silentio post Sidonii mortem a. 479 id demum accidisse cum Kruschio putemus. quot enim epistulae exstant a Sidonio post annum 477 scriptae? si quid uideo, quinque tantum epistulae nouissimae libri noni, quae tamen produnt Sidonium non amplius res in patria gestas curantem, sed nugas tractantem.

---

[1]) Alteram Ruricii epistularum ad Faustum datarum (I 2) ad exsulantem scriptam esse Kruschius immerito censet propter uerba (p. 355, 1): *ipse ueniam tribue, ipse ueniam deprecare, ut, quem in peregrina patria appellas liberum, in propria possis uidere liberatum,* cum uerba *in peregrina patria* de hoc mundo, uerba *in propria* de caelo uel patria caelesti intellegamus necesse sit.

Quodsi Euricus in causa fuit, ut Faustus a. 477 in exsilium pelleretur, illo demum mortuo i. e. anno 485 in patriam hunc rediisse ueri simile est. quo loco exsul uixerit, nescimus, sed exsilii locum longe ab Arelate afuisse ex Fausti litteris ad Felicem, filium Magni consulis, qui disciplina Leontii Arelatensis utebatur, ex exsilio datis intellegimus, cf. p. 195, 20: *per tantarum uasta interualla regionum et per tot rerum interiecta discrimina ad nos usque latitudinem uestrae caritatis extenditis,* et uerba epistulae ad Ruricium in exsilio scriptae p. 211, 6: *in secreto religionis congruo et tranquillissimo in silentio constituti praesenti insultamus exsilio* Faustum in aliquo monasterio exsulem degisse demonstrant. ultima epistula nobis seruata a Fausto ex exsilio reuerso scripta est, cf. p. 218, 16: *gratia ad uos, dum uobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis* et documento est Faustum rediisse ad sedem episcopalem Reiensem.

Quo anno mortuus sit Faustus, prorsus incertum est neque quicquam lucramur ex Gennadii de Fausto testimonio (de uir. ill. c. 86), qui dicit: *uiua uoce egregius doctor et creditur et probatur,* quae uerba, etiamsi de Fausto uiuo dicta esse possunt, non debent, nihil ad rem nostram faciunt, cum catalogus Gennadii anno fere 480 iam editus sit (cf. Ebert, Geschichte der christlich-lateinischen Literatur I 427) et capitulum illud de Fausto certe iam aliquanto prius scriptum fuisse inde appareat, quod additamenti instar mentio fit epistulae ad Felicem ex exsilio datae: *scripsit postea ad Felicem . . . epistulam,* ita ut omnia, quae antea enumerauerat Gennadius Fausti scripta, ante exsilium edita esse uideantur. Faustum in patriam reuersum mox obiisse statuimus propterea, quod praeter pauca illa a nobis allata nihil de gestis post reditum traditum reperimus. post annum 500 certe, cum Anitus epistulam quartam dedit ad Gundobadum regem, eum iam aliquot annos mortuum fuisse ex uerbis *quem etiam gloria uestra nouerat* de Fausto dictis sponte intellegitur.

Haec fere de Fausti uita hoc loco memorasse sufficiat. nunc de eius scriptis agemus, de quibus Gennadius haec tradit (de uir. ill. c. 86):

Faustus ex abbate Lerinensis monasterii apud Regium Galliae episcopus, uir in diuinis scripturis satis intentus,

(1) ex traditione symboli occasione accepta composuit librum de spiritu sancto, in quo ostendit eum iuxta fidem patrum et consubstantialem et coaeternalem esse patri et filio ac plenitudinem trinitatis obtinentem.

(2) edidit quoque opus egregium de gratia dei, qua saluamur, in quo opere docet gratiam dei semper et inuitare et praecedere et adiuuare uoluntatem nostram et, quicquid ipsa libertas arbitrii pro labore pio mercedis acquisierit, non esse proprium meritum, sed gratiae donum.

(3) legi eius et aduersus Arianos et Macedonianos paruum libellum, in quo coessentialem praedicat trinitatem,

(4) et alium aduersus eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum, in quo et diuinis testimoniis et patrum confirmat sententiis nihil credendum incorporeum praeter deum.

(5) est et eius epistula in modum libelli ad diaconum quendam Graecum nomine edita, qui a fide catholica discedens ad Nestorianam abiit impietatem, in qua epistula admonet eum credere sanctam Mariam uirginem non hominem purum genuisse, qui postea susciperet diuinitatem, sed deum uerum in homine uero.

sunt uero et alia eius scripta, quae, quia necdum legi, nominare nolui. uiua tamen uoce egregius doctor et creditur et probatur.

(6) scripsit postea et ad Felicem praefectum praetorii et patriciae dignitatis uirum, filium Magni consulis, iam religiosam epistulam ad timorem dei hortatoriam, conuenientem personae pleno animo paenitentiam agere disponenti.

Librum de spiritu sancto a Gennadio primo loco laudatum exstare scriptoris tantum nomine in libris impressis falso adiecto hodie inter omnes constat. libros enim duos de spiritu sancto usque adhuc Paschasii diaconi nomine editos Fausti esse codicis optimi auctoritas et Gennadii, Sedulii Scoti, Trithemii diserta testimonia non magis probant quam ipsum dicendi genus in iis usitatum cum in uniuersum Fausti sermonem repraesentans tum singulas uoces et sententias Fausti

proprias exhibens. quo pacto autem omnes libri manuscripti praeter unum Paschasii diaconi prae se ferant nomen, facile loco quodam Gregorii Magni explicatur, qui in Dialog. IIII 40 haec dicit: *audiui, quod Paschasius huius apostolicae sedis diaconus* (floruit anno fere 500), *cuius apud nos rectissimi et luculenti de spiritu sancto libri exstant, mirae sanctitatis uir fuerit.* iam si statuerimus in codice archetypo eorum librorum, in quibus Paschasii nomen legentibus occurrit, Fausti nomen aut consilio utpote haeretici aut casu omissum fuisse, Paschasii nomen, cuius mentionem fecisse honorificentissimam Gregorium Magnum meminisset librarius, suppositum esse non erit, quod miremur. sed plura de hac re disputauimus in studiis nostris de Fausti scriptis p. 28—46.

Libros de spiritu sancto a Fausto exsule scriptos esse Kruschius coniecit, quod locus quidam praefationis cum epistulis ab exsule datis fere concordaret. sed locos epistularum illos eodem pacto ex praefatione exscriptos esse posse uix quisquam negauerit, et Faustum senem grandaeuum (ex nostra computatione fere septuagenarium) tantum opus confecisse mihi non persuadeo, immo hos libros prius quam libros de gratia scriptos eamque ob rem a Gennadio priore loco allatos esse puto.

Secundo loco Gennadius laudat opus de gratia, quod qua de causa scriptum sit, satis certo scimus. Lucidus enim quidam presbyter in uarios de praedestinatione dei errores prolapsus, quamquam Faustus eum *praesens multa et blanda et humili conlocutione numquam potuit ad uiam ueritatis adtrahere,* ueritus, ne summi antistites se ab unitate ecclesiae suspenderent, petiit, ut per litteras de gratia, quid statuendum esset, a Fausto edoceretur. cui desiderio satisfecit Faustus et litteras dedit ad Lucidum recensitas a nobis p. 161 sqq., quibus ille exposita doctrina catholica admonetur, ut statim se aut recipere aut respuere eam respondeat: quam qui non sequatur, dignum non esse, qui in ecclesiae gremio permaneat. addit Faustus se exemplar epistulae retinere et, nisi Lucidus epistulam subscriptam mox remittat, illius causam ad concilium antistitum delaturum esse (p. 164, 7 sqq.).

Hanc epistulam a solo Fausto ad Lucidum missam et subscriptam esse luce clarius est et codicis Sangallensis auctoritate comprobatur (cf. adnotationem criticam ad p. 164, 16). unde Hincmarus quoque (saeculo nono) in libello de praedestinatione dei et libero arbitrio hanc epistulam eodem modo subscriptam profert (Migne, Patrol. lat. CXXV 79). exstat autem in codice Parisino latino n. 2166, qui solus Fausti libros de gratia exhibet et optimae notae est, subscripta Fausti et decem aliorum episcoporum et ipsius Lucidi nominibus (cf. p. 164, 17 et adnotationem), quae falso adiecta esse mihi persuadere non possum, quare utramque epistulae formulam ad Faustum rettulerim. Lucidum enim primo litteris Fausti non paruisse eamque ob rem synodum triginta episcoporum congregatam esse ad Lucidi errores publice damnandos intellegimus ex epistula Lucidi ad triginta illos episcopos data, qua *iuxta praedicandi recentia statuta concilii* errores suos retractauit (cf. p. 165, 5 sqq.). nomina triginta episcoporum ab Hincmaro, qui Lucidi quoque epistulam exhibet, et codice Sangallensi pari modo quamquam ordine diuerso traduntur, codex Parisinus uiginti septem tantum nomina praebet Croco Claudio altero Ursicino procul dubio per incuriam librarii non commemoratis.

Arelate concilium illud habitum esse ex epistula apparet, quam Faustus ad Leontium episcopum Arelatensem dedit et prologi loco libris de gratia praefixit: congregasse Leontium *in condemnando praedestinationis errore concilium summorum antistitum* et, quae in eo disputata essent, Fausto, ut conscriberet, mandasse (p. 3, 8 sqq.); post concilii Arelatensis subscriptionem nouis erroribus deprehensis synodum Lugdunensem exegisse, ut Faustus aliqua opusculo suo adiceret (p. 4, 27 sqq.). iam si reputauerimus Faustum sine dubio epistulam ad Lucidum datam in concilio Arelatensi, ut Lucido minatus erat, protulisse, satis ueri simile est eum episcopos si non omnes, at complures rogasse, ut subscriberent, quo maior esset epistulae auctoritas eorum consensu, Lucidum autem errores suos retractantem item epistulae Fausti subscripsisse, ut antea iussus erat ab ipso Fausto. quam ob rem subscriptionem

epistulae Fausti in codice Sangallensi, qui corpus quoddam epistularum Faustinarum continet, traditam ad illud exemplar epistulae, quod Faustus misit Lucido, subscriptionem uero codice Parisino libros de gratia una cum epistulis ad eosdem referendis exhibente seruatam ad exemplar epistulae a Fausto in concilio Arelatensi prolato pertinere puto, quare nescio, an duo illa breuia additamenta codicis Parisini, quae non exstant in libro Sangallensi (p. 162, 17 et 163, 26), Fausto potius quam interpolatori tribuamus.

Iam quaeritur, quo anno concilium Arelatense habitum sit, post quod libri de gratia a Fausto conscribi coepti sunt, nam confectos eos esse post synodum Lugdunensem Faustus ipse l. l. dicit. haec quaestio, cum certi quicquam traditum non sit, diiudicanda est ex temporum rationibus, quibus singuli ex triginta illis uiris, qui concilio interfuerunt, episcopi facti aut summoti aut mortui sunt. Ioannes episcopus uidetur idem esse, quem Patiens Lugdunensis et Euphronius Augustodunensis episcopi item a Lucido appellati Cabilone ordinauerunt, cuius rei testimonium exstat apud Sidonium in extrema libri quarti epistula certe post annum 472, quo anno secundus epistularum liber editus est (cf. Mommseni praefationem in editione Luetiohanni p. LI sq.), compositi. porro Crocus ille episcopus, qui interfuit concilio, procul dubio idem est, qui in exsilio erat, cum Sidonius libri septimi epistulam sextam scripsit (p. 110, 11 L.), in qua Faustus aliique episcopi condiciones pacis ad Euricum regem portare dicuntur quamque supra p. X anno 474 scriptam esse diximus; ad eundem annum relegamur, si Mommsenum secuti (l. l. p. LII) epistulam ante Aruernos a. 475 a Gothis captos scriptam esse statuamus. quae cum ita sint, concilium Arelatense anno fere 473 habitum esse puto et paulo postea synodum Lugdunensem, cuius unus Faustus l. l. mentionem facit.

Iam si Faustus statim post concilium Arelatense iussu Leontii libros de gratia conscribere coepit et post synodum Lugdunensem adiectis, quae ex decreto synodi adicienda erant, publici iuris fecit, anno 474 iam editi esse poterant, qua cum computatione aptissime congruunt, quae in epistula Sidoniana

libri noni nona ad Faustum data leguntur. Riochatus enim antistes uolumina quaedam Fausti ad Britannos perlaturus Aruernis moratus esse, *donec gentium concitatarum procella defremeret*, perhibetur (p. 157, 10 L.). uolumina illa intellegimus libros de gratia cum Baronio aliisque, cf. quae disputauimus in Ephemeride gymnasiorum Austriacorum 1890 p. 292. epistula autem ipsa scripta esse uidetur paulo ante exsilium Sidonii (a. 475, cf. Mommseni praefatio p. XXXXVIII), primum quod Sidonius etiam tum Aruernis erat, deinde quod uerba de gentium concitatarum procella insinuant agi de temporibus haud ita multum ab Aruernae urbis expugnatione distantibus.

Doctrina Fausti de gratia et libero arbitrio a compluribus impugnata est, quamquam non defuerunt, qui defensores uel potius excusatores eius exsisterent, inter quos principem locum obtinet Stiltingius, quem elucubrationibus suis mihi persuasisse fateor. atque locum illum in decreto Gelasii I. papae a. 496: *opuscula Fausti Regiensis Galliarum apocrypha* (Migne, Patrol. lat. LVIII 164) interpolatum esse et postea demum additum inde euincitur, quod, qui paucis annis post Fausti doctrinam impugnauerunt episcopi et papae, silentio praetermittunt anathema illud, si dis placet, pontificale.

Orta enim inter monachos Scythicos anno fere 520 Constantinopoli dissensione de Fausti de gratia sententiis Possessor episcopus Africanus Constantinopoli degens ab illis consultus, cum eius responsum Fausti doctrinam neque damnantis neque comprobantis non satisfecisset, litteras dedit ad Hormisdam papam et quid ipse sentiret, ut aperiret, rogauit (exstant utriusque litterae apud Migne, Patrol. lat. LXIII 489 sqq.). sed ne papa quidem Faustum damnauit, quare in grauem uituperationem incurrit Ioannis Maxentii, ducis monachorum illorum Scythicorum, qui responsione ad epistulam Hormisdae (Migne, Patr. graeca LXXXVI, 1 p. 92) in papam[1]) inuehitur, quod is Fausti libros, quamuis non in auctoritate habendos, tamen legendos decreuisset. simul dotrinam Fausti haereticam esse

[1]) Epistulam non esse Hormisdae papae per impudentiam finxit Maxentius, quo liberius papae uerba impugnare posset.

dicit et complures locos ex libris de gratia allatos cum s. Augustini de eadem re sententiis componit (cf. studia nostra de Fausti scriptis p. 13 sqq.).

Idem Maxentius, Petrus diaconus aliique monachi Scythici Eutychianae haeresi addicti eamque ob rem Romam citati, sed male recepti libellum de incarnatione et gratia domini nostri Iesu Christi miserunt ad episcopos Africanos in Sardinia exsulantes in primis Fulgentium inque eo Faustum grauiter accusauerunt (Migne, Patr. lat. LXII 92), quibus quamquam responderunt Fulgentius ceterique episcopi, tamen Fausti mentionem non faciunt. sed Fulgentius postea aduersus duos libros Fausti septem libros edidit (cf. uita s. Fulgentii edita a Bollandianis in actis sanctorum Ian. I 43 et apud Migne, Patr. lat. LXV 145, epistula, quam episcopi Africani in Sardinia exsules Ioanni et Uenerio aliisque inscripserunt [Migne, Patr. lat. LXV 442], Facundus Hermianensis episcopus [Migne, Patr. lat. LXVII 855], Isidor. de uir. ill. c. 27), qui nunc deperditi sunt.

Ado Uiennensis in chronico ad annum 492 (Migne, Patr. lat. CXXIII 107) haec habet: *contra Faustum scribit lucidissima fide beatissimus Auitus Viennensis episcopus eius redarguens errorem, similiter et Ioannes uir eruditus Antiochenus presbyter.* Ioannes Antiochenus presbyter Maxentius est, cuius libellum Ado ipse inspexit, cum uerba apud Adonem proxime antecedentia: *ita enim liberum arbitrium tam Augustinus quam ceteri catholici in ecclesia dei docent, ut illuminatio, uirtus et salus illi a Christo et per Christum et cum Christo sit. Faustus uero iste ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, ut illuminatio eius, uirtus et salus non a Christo, sed natura sit* ex Maxentii libello deprompta sint (cf. Migne, Patr. graeca LXXXVI 1, p. 107). sine dubio per fraudem Ioannem Maxentium suspectae auctoritatis monachum fecit Ado presbyterum Antiochenum. nec uero Auitus Uiennensis episcopus Fausto fere contemporaneus contra Fausti libros de gratia disputauit, nisi quod in epistula ad Gundobadum regem (p. 29 Peiper) Fausti epistulam ad Paulinum refutat, qua de re mox dicemus.

Caesarium Arelatensem (episcopus 502—542) autem contra Faustum neque scripsisse neque disputasse nisi quod in con-

cilio Arausicano a. 529 Caesario praesidente doctrina catholica de gratia et libero arbitrio definita est (cf. Stilting l. l. p. 677), Kruschius l. l. p. LVIIII euicit. adde quod Caesarius a. 534 i. e. quinque annis post concilium Arausicanum in tractatu ad episcopos Galliae in causa Contumeliosi episcopi Reiensis Fausti successoris dato Fausti auctoritate usus est ad rem, de qua agit, probandam (cf. infra p. 220), id quod documento est Faustum neque Semipelagianum fuisse neque a Caesario, acerbissimo huius haereseos aduersario, ceterisque Galliae episcopis habitum esse. quae uero doctrinam Semipelagianam in eius operibus olent, haec non haeretici peruicacis sed hominis bona fide errantis uerba sunt, qua de re conferantur, quae Stilting l. l. p. 677—696 exposuit, quamquam hunc uirum doctum Fausto nimis fauere alibi ostendimus (cf. studia nostra p. 69).

Tertio loco Gennadius paruum aduersus Arianos et Macedonianos libellum affert, quem seruatum esse *Breuiario* quod dicitur, *fidei aduersus Arianos* edito primum a Sirmondo (Opuscula dogmatica ueterum quinque scriptorum, Parisiis 1630, p. 73 sqq.), a Mignio inter opera Leonis Magni impresso (Patr. lat. XIII 653 sqq.) olim Stiltingius (p. 702), nunc Suitbertus Baeumer (Ueber drei verloren gegangene Schriften des Faustus von Riez in ephemeride Mogontiaca ‚Katholik' 1887 p. 386—406) censet. sed cum non exstet nomen scriptoris breuiarii cumque seruatus sit paruus libellus Fausti nomine insignitus et aeque ac breuiarium illud contra Arianos et Macedonianos scriptus, hunc posteriorem Gennadium respicere contendimus in disputatione ephemeridi gymn. austr. 1890 p. 298 sqq. inserta. tractatus autem, quem laudamus, editus est postremum a P. Pithoeo, Ueterum aliquot Galliae theologorum scripta, Parisiis 1586, p. 124 sqq.: *Fausti Regii Galliae episcopi de ratione fidei ad obiecta quaedam responsio.*[1]) quam ob rem falsus est Ferdinandus quoque Cabrol, qui in commentariis Parisinis *Revue des questions historiques* 1890 p. 232—243 tractatum illum, qui inscribitur *liber testimoniorum fidei contra Donatistas* quemque edidit Pitra in Analectis sacris et classicis Spicilegio

[1]) Cf. infra appendix huius editionis p. 451 sqq.

Solesmensi paratis (Parisiis et Romae 1888) p. 147—158 ex codice quodam bibliothecae Namurcensis urbicae et Augustino falso ascripsit, non contra Donatistas, sed contra Arianos et Macedonianos scriptum esse rectissime quidem exposuit, falso autem hunc esse Fausti libellum a Gennadio significatum coniecit. quamquam enim plus semel in libro illo testimoniorum loci Faustiani ad uerbum exscripti reperiuntur, tamen non ab ipso Fausto profectus est, sed a discipulo quodam aut Fausti aut etiam posterioris aetatis doctrinam episcopi Reiensis quaestionibus et responsionibus complectentis, ut in quaestionibus criticis modo allatis p. 294 sqq. ostendimus.

Quarto loco Gennadius laudat libellum aduersus eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum, significans epistulam Fausti nostrae editionis tertiam (p. 168 sqq.). nam de Mamerto Claudiano, quem hanc epistulam tribus libris de statu animae impugnasse constat, agens (de uir. ill. c. 84) dicit: *composuit tres de statu . . animae libros, in quibus agit intentionem, quatenus ostendat aliquid incorporeum praeter deum*, quibus uerbis extremis intellegimus, quare, quamquam epistula Fausti tres tractantur quaestiones, Gennadius tantummodo dixerit agi contra eos, qui dicant esse in creaturis aliquid incorporeum, scilicet ut breuiter indicaret hanc epistulam cohaerere quodam modo cum Claudiani opusculo. ad quem epistulam dederit Faustus, nescimus, cum sola inter omnes eius epistulas praescriptione epistulari careat. appellat tamen illum *reuerentissime sacerdotum* (p. 168, 5) addens *ad praeceptum beatitudinis uestrae loquor* (p. 168, 14), quam ob rem Faustum ad episcopum quendam scripsisse conicias.

Sed Fausti quoque epistulam dantis anonymam nomen per quoddam tempus ignotum erat, nam Mamertus Claudianus aperte se nomen scriptoris ignorare profitetur (p. 24, 16 nostrae editionis: *percontor de nomine: nec responso nec scripto traditur* et p. 26, 1 sqq). iam cum constet epistulam Fausti ante libros de statu animae a Claudiano editos scriptam esse, quaeritur, quo anno Claudianus opus suum ediderit. atque in praefatione libros Claudianus Sidonio Apollinari dedicans eum appellat praefectorium patricium (p. 18, 2 E.), quam dignitatem Sidonius

assecutus est anno 468 (cf. Mommseni praef. p. XXXXVIII), unde a. 468 uel 469 libros Claudiani et paulo antea litteras Fausti editas esse coniecerim. nam in epistula, in qua queritur Claudianus, quod Sidonius libellos illos, quos suo nomine nobilitari non abnuat, nullo umquam impertiuerit rescripto (Claudianus apud Sidonium ep. IIII 2 p. 53, 23 L.) Sidonius iam papa appellatur, i. e. praepositus iam erat Aruernae ecclesiae episcopus a. 469 uel 470 factus (cf. Mommsen l. l.).

Utrum Sidonius nomen eius, contra quem Claudianus disputauit, nouerit necne, uix ausim diiudicare, quamquam altum, de quo queritur Claudianus, Sidonii silentium fortasse inde explicari potest, quod irascebatur Claudiano Faustum sibi amicissimum tam acriter carpenti. praeterea nescio, an ea ipsa de causa, postquam precibus fatigatus Claudiano Sidonius respondit eiusque opus magnis sane laudibus (cf. p. 79, 2 L.) extulit, Claudiani litteras suis in edendo praefixerit — id unum exemplum per totam epistularum Sidonianarum collectionem reperitur —, ut Fausto ostenderet precibus demum se cessisse, ut laudaret opus Faustum amicum impugnans. quare Sidonium ne diuinasse quidem, quis esset Claudiani aduersarius, certe de Fausto amico mentionem facientem eius, *quem contra loquitur* (p. 55, 20 L.) Claudianus, non cogitasse Kruschio non prorsus adstipulamur.

Miro modo in Claudiani codicibus, quos uidimus, omnibus extrema tantum epistulae Fausti pars de corporalitate creaturarum inde a uerbis *praecipis ut respondeam* (p. 173, 9) reperitur neque dubito, quin Gennadii uerbis hanc tertiam tantum, ut diximus, partem respicientis is, qui codicem Claudiani, ex quo nostri libri pendent, archetypum scripsit, commotus sit, ut duas priores epistulae partes resecaret. sed Ferdinandus Cabrol, cuius commentationem de libro, qui dicitur, testimoniorum modo commemorauimus, euincere studuit Gennadium significare his uerbis opus Fausti nunc deperditum, cuius fragmentum exstaret Auctariorum primo capite, quae Pitra l. l. libro testimoniorum adiecit et — puto contra codicis auctoritatem — ab ipso testimoniorum libro seiunxit, propterea quod Pitra illas quaestiones et responsiones, ex quibus liber testi-

moniorum constat, ab Augustino profectas esse statuit, auctariorum autem quaestiones et responsiones Augustino abiudicandas esse ipse iam uidit. sed fragmentum illud, in quo duo loci ex Fausti epistulis tertia et quinta (p. 174, 12 et 188, 21) deprompti reperiuntur, non a Fausto ipso profectum, sed ex scriptis Faustinis aeque ac reliquum testimoniorum librum, cuius pars fragmentum nostrum est, compilatum esse nobis demonstrasse uidemur in quaestionibus criticis p. 295 sq.

Quae quinto loco laudatur a Gennadio epistula in modum libelli ad diaconum quendam Graecum (p. 200, 5 sqq.), ea ante epistulam modo a nobis tractatam, hoc est ante annum fere 468, scripta est, nam quae illic leguntur p. 171, 8: *quaeris a me, quomodo iuxta substantiam dei in epistula quadam scriptum sit: nihil sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis affectu*, hic exstant p. 203, 5. deinde Faustus, quod Graecum aliquos expertae scientiae uiros eruditione atque aetate seniores interrogare debuisse dicit, tum aetate non adeo prouectus, certe nondum episcopus factus Lerini epistulam scripsisse uidetur, quamquam non adstipulamur Tillemontio et Kruschio ex uerbis p. 202, 9: *ubi etiam illud est, quod suscepta per omnes insulas et ecclesias patrum signat auctoritas* efficientibus epistulam in insula Lerinensi datam esse. quibus si insularum commemoratio ad sententiam suam probandam suffecit, eadem ratione probare poterant epistulam in Italia scriptam esse ex uerbis p. 203, 10: *accipe in hymno Ambrosii, quem catholica per omnes Italiae et Galliae regiones persultat ecclesia.* ceterum alius locus praesto est, quo reuera epistulam a Fausto abbate scriptam esse appareat p. 207, 13, ubi Graecus admonetur, ut *sub aliquo probatissimo abbate uitam suam muniat et uoluntates suas senioris legibus tradat*, uerba autem *probatissimo* et *senioris* a Fausto, qua erat humilitate et modestia, usurpantur, ne forte Graecus putet se ad monasterium Lerinense a Fausto tum gubernatum inuitari. recte Stiltingius p. 658 obseruat opusculum scriptum sit ante haeresim Eutychianam damnatam oportere, quod inter Graeci errores Eutychii quoque doctrina unam tantum naturam Christo attribuentis refutatur. iam si Eutyches primum damnatus est

anno 448, certe, si concilii Chalcedonensis anno 451 habiti statuta Faustum nouisse statuimus, ante hunc uel illum annum epistula scripta est.

Extremo loco laudatur a Gennadio epistula ad Felicem, filium Magni consulis, cuius pluribus locis meminit Sidonius (uide indicem in Luetiohanni editione s. u. *Magnus*), quam epistulam in exsilio a Fausto scriptam et Arelate missam esse, ubi Leontio episcopo usus est Felix patrono (cf. p. 196, 15), supra p. XI diximus.

Dolendum est, quod alia Fausti scripta, *quia necdum legit,* enumerare noluit Gennadius. quae autem sunt haec scripta? quae quaestio haud superuacanea est, nam significari Gennadii uerbis cetera omnia Fausti scripta, quae a Gennadio praetermissa nobis seruata sunt, praefracte negauerim. ac primum quidem mirandum est, quod Gennadius Fausti sermones uel homilias silentio praetermisit, quas uno uerbo commemorare poterat, etiamsi non legerat. quem ad modum aliis locis permultis hunc illumue scriptorem homilias scripsisse tradit. num putabimus epistulas minutas a Gennadio commemoratas, tot autem homilias celatas esse? quam ob rem, si quid uideo, nihil relinquitur, quam ut statuamus eo tempore, quo Gennadius catalogum suum confecerit aut ediderit (i. e. anno, ut supra p. XI explanauimus, 480), Fausti homilias nondum in unum corpus fuisse redactas et editas, quamquam libenter concedimus unam alteramue iam exstitisse publicatam. poterat fieri, ut aut Faustus post annum 480 in exsilio homiliarum collectionem publici iuris faceret aut Fausto demum mortuo nescio quis iis edendis operam daret. id certe mihi constare uidetur Gennadium eo tempore, quo de Fausti operibus scripsit, sermonum Faustinorum editionem non nouisse, immo nosse non potuisse.

Quae cum ita sint, iam quaeritur, quae Fausti scripta *necdum legerit* Gennadius. equidem nullus dubito, quin ille reliquas epistulas a se nondum memoratas uerbis istis designet, quas titulo carentes si enumerare noluit, facere non poterat, quin perlegeret. maioris autem molis opus procul dubio Gennadius, etiamsi non legisset, commemorasset, quandoquidem tam diligentem se praestitit, ut etiam scripta Fausti minora neluti

epistulas afferret. quae si recte disputata sunt, iam hinc multum auctoritatis detrahitur disputationibus eorum, qui abusi loco nostro Gennadii de Fausti scriptis nondum lectis Fausto hoc illudue opus obtrudere student. sed de his postea dicendum.

Iam de Fausti epistulis a Gennadio nominatim non memoratis agamus, inter quas principem locum — de epistula enim ad Lucidum presbyterum alia occasione oblata disputauimus — obtinet epistula ad Paulinum, cuius meminit Alcimus Auitus in epistula ad Gundobadum Burgundionum regem (p. 29 Peiper), sed ita ut non Faustum Reiensem sed Faustum Manichaeum eam scripsisse adseueret: *quia legistis consulenti cuidam Paulino Burdegalensi ab episcopo supradicti nominis* (scil. *Fausto*) *fuisse responsum: cuius temporibus Paulinus quidam (deus uiderit, utrum is, quem memoratis, tamen Burdegalensis) non pauca stilo catholico et inreprehensibili fide conscripsit: praefati haeretici mentionem idcirco praemisi, ne Manichaei ipsius Fausti opus infaustum citeriorem hunc, quem etiam gloria uestra nouerat, ortu Britannum habitaculo Reiensem, titulo nominis accusaret.* exstat epistula Paulini illius, ut Auitus ait, Burdegalensis (p. 181, 9) in duobus codicibus, quorum in altero (cf. p. 183, 10 not.) scriptor Benedictus Paulinus appellatur. is a Marino quodam eremita edoctus de acerbitate suppliciorum, quae exciperent peccatores Christiani post mortem, Faustum consuluit de momentanea paenitentia in extremis uitae necessitatibus, num fides sufficeret ad salutem, de statu animae post mortem aliisque similibus. cui Faustus fusius respondit (p. 183, 9) et, quae Marinus minaretur, uera esse comprobauit. duobus Fausti epistulae locis Gundobadus rex Arianus offensus Auito eos proposuit, qui, quid responderit, nihil ad nostram rem facit, nisi quod Faustum Reiensem Paulino illi respondisse negauit, sed Fausto Manichaeo s. Augustini aduersario epistulam adscripsit.

Uerbis Auiti elucet Fausti epistulam ipsam a Gundobado Auito transmissam non esse, cumque ea, quae Gundobadus excerpserat, Auiti plausum non ferrent, siue per piam fraudem siue quod ipse epistulae scriptorem ignorauit neque tamen Faustum Reiensem talia scribere potuisse sibi persuasit. Faustum

haereticum Auitus nominauit. at certissimis rationibus Fausto Reiensi epistulam attribuere possumus. ut enim omittam Faustum appellari a Paulino papam i. e. episcopum (p. 181, 9), id quod minoris momenti est, cum Faustum Manichaeum episcopum appellatum esse cum ex Auiti uerbis tum aliunde compertum habeamus (cf. lexicon ecclesiasticum a Welteo et Wetzero editum, ed. alt., s. u. *Faustus*), epistula inter reliquas Fausti Reiensis epistulas traditur (cf. adnot. ad p. 183, 10) et Fausti dicendi genus adeo prae se fert, ut nulla de scriptore dubitatio esse possit. uerba enim p. 193, 15 et 19 in alia quoque Fausti epistula p. 209, 6 exstant, et quae p. 189, 5 de corpore diaboli, quod de supernis sedibus proturbatum ruinam sensit et aeternae flammae obnoxium praeparatur ad poenam, leguntur, Faustum ad analogiam loci in epistula tertia p. 178, 22—179, 4 exstantis scripsisse unusquisque uidet. praeterea sententia, quae exstat p. 187, 9 *qui nouit honorare merita, nouit punire peccata,* in Fausti homilia, quae falso Eusebio tribuitur, XXXXVII (Bibl. Max. Lugd. VI 668 C) reperitur neque dubitauerim, quin, quae habemus in nostra epistula p. 194, 22 *futurorum immensitas cruciatuum angustias humanae mentis excedit,* et exordium homiliae Fausti XVI Pseudo-Eusebianae *magnitudo caelestium beneficiorum angustias humanae mentis excedit* ab uno eodemque homine scripta sint. quo tempore epistula a Fausto scripta sit, nescimus, nisi quod eum episcopum tum fuisse praescriptione epistulae Paulini docemur. post epistulam tertiam, quae anno 467 468 scripta est, editam esse cognosces, si locos duos similes ambarum epistularum modo allatos inter se comparaueris.

Exstant praeterea quinque Fausti epistulae ad Ruricium datae, quarum in prima et tertia Ruricius filius, in secunda frater, in quarta et quinta episcopus appellatur, unde eas ordine chronologico non traditas esse apparet, cum fratrem Ruricium appellauerit sine dubio Faustus clericum factum, filium autem ad sacerdotium nondum perductum. id quod recte obseruatum esse etiam alia ratione comprobari potest.

Epistulae quarta et quinta post Fausti exsilium scriptae sunt, unde Faustus a. 485 rediit, quo eodem anno Ruricius

episcopus factus est, cf. uerba epistulae quintae a Fausto scilicet nuper demum reuerso ad Ruricium modo episcopum factum datae p. 218, 17: *gratias ad uos, dum uobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis . . . . unde factum est, ut (diuina iustitia) . . fidelissimum famulum suum* (scil. Ruricium) *super candelabrum domus suae . . sublimaret* (i. e. ecclesiae episcopum faceret), unde hanc quintam epistulam ante quartam datam esse consentaneum est.

Epistula secunda in exsilio scripta est, ut supra p. XI monuimus, quo tempore Ruricius saeculum iam cum sacerdotio commutauerat, cf. p. 211, 19: *ego hanc primam munificentiam domino largiente percepi, quod piissimus meus Ruricius post uitae huius iactationes ad portum religionis proram salutis . . conuertit . . . et despecto tandem saeculo infelicitatem eius magnam respuit.* in enarranda autem Ruricii uita infra hanc epistulam Sidonio uiuo scriptam esse i. e. ante annum 479, propterea quod Ruricius clericus iam factus erat, cum dedit ad Sidonium epistulam I 16, demonstrabimus.

Epistulae prima et tertia sine dubio a Fausto nondum exsulante scriptae sunt, cum nulla exsilii mentio in eis fiat et extrema tertiae epistulae uerba (p. 217, 4 sqq.), quibus Faustus Ruricio pro filiis et diaconibus suis uberes refert gratias, Reis scripta esse appareat. alius eiusdem epistulae locus (p. 215, 24): *habet siquidem et interior noster oculos suos,* documento est ad hanc redditam esse priorem Ruricii ad Faustum episcopum epistulam, ubi legitur (p. 351, 7): *olim te . . fama celeberrima praedicante cognoui, olim desiderio pii amoris infuso illis te, quibus scribere dignaris, oculis cordis intueor, sed nihilominus etiam corporeis uidere festino,* quo tempore Ruricius saeculo nondum uale dixerat, cf. eius uerba p. 352, 6: *non enim adhuc ualet pusillitas nostra metum obnoxiae conditionis expellere et caritati perfectae purgata corda reserare, ut relinquentes praesentia petamus aeterna.*

Non omnes Fausti epistulas nobis codice Sangallensi 190 seruatas esse inde perspicitur, quod locus a Caesario ex Fausti episcopi epistula allatus: *perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium uult exercere mariti* (cf. infra p. 220) frustra in nostra

collectione quaeritur, nisi forte comprobantur, quae l. l. coniecci, uoce epistulae sermonem quendam Fausti a Caesario significari.

Iam de epistulis quantum satis dictum esse rati uno obtutu componimus, quo tempore singulae epistulae scriptae sint, uel, quae ad tempora definienda aliquid ualere credimus.

Epistula I scripta a Fausto episcopo ante concilium Arelatense anno fere 472 473.

ep. II scripta a Lucido presbytero post concilium Arelatense anno fere 473.

ep. III scripta a Fausto episcopo anno fere 468.

ep. IIII scripta a Paulino Burdegalensi ante ep. V.

ep. V scripta a Fausto episcopo post annum 468.

ep. VI scripta a Fausto exsulante.

ep. VII scripta a Fausto abbate ante annum 448 uel 451.

ep. VIII et X scriptae a Fausto episcopo ante exsilium.

ep. VIIII scripta a Fausto exsulante ad Ruricium clericum factum ante annum 479.

ep. XI scripta a Fausto ex exsilio reuerso post ep. XII.

ep. XII scripta a Fausto a. 485 modo ex exsilio reuerso.

Faustum homilias quoque scripsisse inter omnes constat, quamquam nihil de hac re habet Gennadius, cuius silentium supra p. XXII inde repetiuimus, quod Faustus eas nondum edidisse uidetur, cum Gennadius catalogum confecit. egimus de Fausti sermonibus in studiis nostris de Fausti scriptis p. 47—102 ita ut, quotquot a ueteribus recentioribusque scriptoribus Fausto ascribebantur, colligeremus collectosque, num genuini essent, examinaremus. et duas inprimis homiliarum Faustinarum collectiones exstare ostendimus, unam a Ioanne Gaigneio Parisiis anno 1547 ex codicum auctoritate Eusebii episcopi Emiseni nomine primum editam, quae continet 56 sermones, ab Andrea Schotto in Bibliothecae patrum Coloniensis tomo quinto 18 sermonibus partim, partim sermonum fragmentis auctam, alteram codice Durlacensi n. 36 seruatam, quae 22 homilias complectitur et usque adhuc edita non est, quamquam singulae homiliae uariis scriptorum nominibus insignitae diuersis locis editae exstant. huc accedunt nouem illi sermones a nobis

inde a p. 314 recensitae, quare, si me audire uis, centum et quinque hodie exstant Fausti sermones.

Sed facere non possum, quin hoc quoque loco ingenue fatear me nescire, an plures sermones Fausti exstent, nam inter tantam sermonum farraginem, qui ad nos usque peruenerunt, unum alterumue adhuc latere posse, praesertim cum sescenti codices huc pertinentes nondum excussi sint, quis negauerit? contra autem hunc illumue sermonem a nobis e praesenti rerum statu Fausto assignatum quin postea uiri docti noua in dies materia ad homiliarum crisin factitandam congesta fortasse ei abiudicaturi sint, nullus dubito, quamquam ne sic quidem despero me utilem in hisce rebus indagandis consumpsisse laborem. iacienda enim sunt tandem aliquando fundamenta, quae, etiamsi forte cedant ex parte, tamen funditus, ut spero, non disicientur.

Sed operae pretium esse uidetur exponere, qua uia et ratione ea, quae in libello supra allato fusius exposui, enucleare studuerim. ac cum ueterum testimonia de singulis singulorum scriptorum homiliis certa perraro exstent, codicum auctoritas in scriptorum nominibus tradendis maximi momenti esse deberet, nisi, quae initio a scriptore ipso uel paulo post eius mortem in unum corpus redactae editae erant homiliae, temporum decursu, prout usus ferebat, aut singulae aut plures auulsae a ceteris cum aliis aliorum scriptorum homiliis permixtae essent. inde enim fieri poterat, ut ueri scriptoris nomen intercideret et postea aliud nomen adderetur ex arbitrio librarii aut nomen aliquod optimae notae uelut imprimis Augustini, Ambrosii, Maximi Taurinensis, Leonis Magni aliorumque, quos sermones scripsisse sciebat, supponentis, aut nomen scriptoris, quod antecedenti homiliae praescriptum reperiebat, huic quoque obtrudentis. quae cum ita sint, primum uidendum est, num exstent libri manuscripti complures eiusdem scriptoris homilias exhibentes, quibus inter se collatis genuina corporis cuiusdam sermonum forma aut restitui aut adumbrari possit, id quod in Fausto nostro nobis contigisse gaudemus. sermones enim illi latini, qui uulgo Eusebio Emiseno asscribuntur, quamquam falsum scriptoris nomen ex omnium uirorum doc-

torum sententia in codicibus prae se ferunt, tamen corporis uel collectionis instar nobis traditi sunt, cumque ne unum quidem sermonem ex iis Fausto certis argumentis abiudicari, longe plurimos autem satis certo adiudicari posse demonstrasse nobis uideremur, totam collectionem Fausto uindicare non dubitauimus.

Eadem fere argumentandi uia usi corpus illud sermonum, qui codice Durlacensi nobis satis pretioso traduntur, Faustianum esse euicimus. accedit quod in genuinis Faustianis agnoscendis meliore condicione quam in plerisque aliis scriptoribus utimur. quamquam enim dicendi genus in sermonibus usitatum orationis proprietatibus, quibus scriptor agnosci possit, plerumque caret neque ex materia tractata ipsa nisi perraro uestigium auctoris deprehenditur, Faustus, quae semel bene dixerat uel bene dixisse sibi uisus est, adeo adamauit, ut iterum atque iterum repeteret. quare omnia Fausti se ipsum exscribentis opera repetitionibus scatent, id quod in sermonibus potissimum agnoscendis summi momenti est et critici munus haud mediocriter subleuat. quare in illis quoque sermonibus Faustianis, qui singillatim inter alias aliorum scriptorum homilias traditi sunt, examinandis maiore confidentia quam in alio scriptore Fausti stilum inuestigare et probare poteramus, praesertim cum Fausti utpote ex multorum sententia haeretici nomen potius deletum quam additum esse sermonibus uix quisquam infitias ierit atque comprobetur et libris de spiritu sancto, qui in omnibus praeter unum codicibus Paschasii diaconi nomine circumferuntur, et homiliarum collectione, quae Eusebii, non Fausti nomine ad nos peruenit. itaque Fausti nomen toties a librariis consilio deletum homiliae cuidam in codicibus praescriptum maiorem auctoritatem habere quam Augustini nomen, ut hoc exemplo utar, toties a librariis adamatum mihi persuasum est. sed haec hoc loco de sermonibus sufficiant: reliqua, cum de textus crisi agemus, dabimus.

Restat, ut de quibusdam aliis scriptis uerba faciamus, quae uiri docti Fausto immerito uindicauerunt. ac primum quidem, antequam ad singula opera enumeranda accedamus, monendum

esse uidetur, ne Gennadii uerbis exstare alia Fausti scripta ab ipso, quod necdum legisset, non nominata dicentis abutamur eisque nixi scripta et, quae alio nomine exstant, tradita et deperdita, quorum titulus uel notitia tantum ad nos peruenit, Fausto impingamus. satis superque enim demonstrasse nobis uidemur Gennadium diligentissime Fausti opera enumerauisse, quippe qui uel scripta minuta uelut singulas epistulas nominatim afferret et paucas tantum epistulas, ne longus fieret, atque homilias, quod, quo tempore catalogum scripsit, nondum editae erant, omitteret. quam ob rem Gennadii silentium de iis operibus, quae statim tractabimus, mihi quidem grauissimum argumentum est, quo permotus ea Fausto abiudicem. neque assentiar, si mihi obieceris catalogo illo a Gennadio iam confecto (a. 480) Faustum aliquid conscribere potuisse. sane potuit et epistulas post hunc annum scriptas ipsi modo enumerauimus, sed Faustum tum minimum septuagenarium et in exsilio uiuentem maiora opera scripsisse uix ueri simile est neque quemquam Faustum aetate tam prouecta illa scripta concipientem sibi finxisse memini.

At Sidonium Fausti aequalem opponunt uiri docti Gennadio et laudare eum partim opusculum deperditum partim usque adhuc falso nomine impressum contendunt dicentem (ep. VIII 9 p. 157, 30 L.): *legimus opus operosissimum multiplex, acre sublime, digestum titulis exemplisque congestum, bipertitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripertitum. scripseras autem plurima ardenter plura pompose, simpliciter ista nec rustice, argute illa nec callide, grauia mature profunda sollicite, dubia constanter argumentosa disputatorie, quaedam seuere quaepiam blande, cuncta moraliter recte potenter eloquentissime.* quae uerba (inprimis *bipertitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripertitum*) ad libros de gratia quadrare negantes alii, ut Sirmondus in notis ad Sidonium, opusculum a Sidonio laudatum intercidisse statuerunt, Baeumerus Arnobii iunioris Conflictum de deo trino et uno (Migne, Patrol. lat. LIII 239—322) Fausti esse et a Sidonio significari coniecit (*Katholik* 1887 p. 402 sqq.). sed non esse dubitandum, quin Arnobii, qui dicitur, conflictus Fausto tribui nequeat, cum

ex codicum auctoritate tum ex dicendi genere in eo usitato demonstrauimus in commentariolo de ueris et fictis Fausti scriptis (Ephem. gymn. austr. 1890 p. 293) eorumque argumenta corroborauimus, qui libros de gratia Sidonium intellegere iam dudum uiderunt.

Eodem loco Baeumerum, qui alterum quoque opusculum anonymum, quod inscribitur *Breuiarium fidei aduersus Arianos,* uindicare Fausto Stiltingium secutus studuit, et Ferdinandum Cabrol, qui librum testimoniorum fidei contra Donatistas falso Augustino ascriptum Fausti esse uoluit, quibus de quaestionibus conferantur, quae supra p. XVIII diximus, impugnauimus.

In epistula, quam dedit Dynamius patricius, qui uitam s. Maximi Reiensis conscripsit, ad Urbicum, qui saeculo fere post Faustum in episcopatum Reiensem successit, haec leguntur (Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1581, VI 647): *uetera uos igitur chartarum indicasti* (scribendum *indicastis*) *reuoluisse uolumina, in quae, quid ex eius* (scil. Maximi) *operibus beatissimi Fausti antistitis praedecessoris uestri sollertia deuota collegerat: unde pauca sensu potius quam obtutu uix discernere potuistis. nam plurima aemulae uetustatis edacitas consumpserat, quae latebant. quod nisi scriptorum meorum serie aeternae memoriae traderentur pauca de pluribus, satis esse impium censuistis.* e quibus uerbis satis corruptis quidam uiri docti collegisse Faustum monumenta ad scribendam s. Maximi decessoris sui uitam coniecerunt eaque petita esse sequenti saeculo a Dynamio Maximi uitam scripturo sed inuenta esse ab Urbico consumpta a blattis aut puluere corrupta. quibus obloquitur Stiltingius et uerba *pauca* et *plurima aemulae uetustatis edacitas consumpserat* de gestis Maximi, non de scriptis Fausti dicta esse arbitratur. potuisse autem pauca tantum de gestis Maximi colligere Urbicum, quod Faustus pauca tantum de rebus a Maximo gestis in aliquot homiliis breuiter perstrinxisset; et sane exstat homilia Fausti de s. Maximo episcopo et abbate inter Pseudo-Eusebianas XXXIIII. utraque autem sententia aliquantum a uero abhorrere mihi uidetur. negari enim non potest agi de chartarum uoluminibus uetustate corruptis, cum

uerba *pauca sensu potius quam obtutu uix discerni potuistis* aliter explicari nequeant, nec tamen Faustum uitam Maximi componere in animo habuisse et ad hoc opus conficiendum iam multa collegisse, sed uerba fecisse Urbicum puto de actis Maximi, quae Faustus colligenda et in archiuo sedis episcopalis Reiensis deponenda curauerat, non ut ipse libellum de s. Maximi uita ederet, sed ut antiquae consuetudini memoriae decessoris hoc modo colendae et in archiui scriniis ad posteritatem tradendae satisfaceret.

Ioannes Trithemius anno 1483 abbas electus monasterii Spanheimensis in libro de scriptoribus ecclesiasticis (p. 236 editionis Francofurtensis 1601) haec Fausti scripta affert: *de cuius opusculis feruntur idem uolumen de gratia dei lib. I, aduersus Arianos lib. I, contra Anthropomorphitas lib. I, de spiritu sancto lib. I: fides catholica in uniuersum mundum etc., ad Gratum diaconum contra Nestorium lib. I, ad Felicem praefectum lib. I, homiliae plures ad populum.* librum illum contra Anthropomorphitas a Trithemio non esse uisum, quod non indicauerit initium eius libelli, eamque ob rem fidem eum non mereri falso statuerunt uiri docti. nec tamen ipse opusculum adhuc incognitum a Trithemio significari puto sed tertiam Fausti epistulam. totus enim pendet Trithemius e Gennadii de Fausto uerbis, cum, ut alia praetermittam, ex omnibus epistulis duas tantum commemoret atque eas quidem, quas a Gennadio repperit laudatas. iam cum omnia Fausti scripta a Gennadio enumerata afferat praeter libellum aduersus eos, qui dicunt in creaturis esse aliquid incorporeum, in quo confirmat nihil credendum incorporeum praeter deum, hunc libro contra Anthropomorphitas sine dubio intellegi uoluit Trithemius, qui breuitati studens titulo illo minus apto — nam non contra haereticos, qui deo formam humanam attribuebant, sed contra eos, qui praeter deum aliquid i. e. creaturam incorpoream esse contendebant, disputatur — usus est. itaque hic certe fraudis non incusabimus Trithemium, qui Gennadium auctorem secutus est neque in hac re ab eo discessit, quod homilias Fausti commemorauit, quas, cum Gennadius legisse se alia quoque Fausti scripta affirmet, attulit.

Restat, ut addam tractatum s. Faustini de symbolo, quem edidit Caspari e codice Albigensi 38 *bis* saec. VIIII (Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols und der Glaubensregel, Christianiae 1879, p. 250 sqq.), maxima ex parte constare e locis Fausti homiliis depromptis, quam ipsam ob rem Fausto nostro Caspari l. l. p. 260 abiudicat, sed immerito (cf. studia nostra de Fausti scriptis p. 40). est autem tractatus ille homilia uel homiliae fragmentum, uelut in collectione Pseudo-Eusebiana duae de symbolo homiliae integrae (n. VIIII et X) et unum de eadem re fragmentum (n. LXIIII, cf. studia nostra de Fausti scriptis p. 53) exstant, quare nescio, an tractatus ille cohaereat cum Eusebianis homiliis. neque obstat titulus tractatus, quod sermones ad populum habitos tractatus appellatos esse testis est inter alios Uincentius Lerinensis Fausti fere aequalis, qui in Commonitorio I 28 (Migne, Patr. lat. L 676) dicit: *posuit tertio doctores, quos hic idem apostolus etiam prophetas interdum nuncupat, qui tractatores nunc appellantur eo, quod per eos prophetarum mysteria populis aperiantur.*

Haec habui, quae dicerem de Fausti scriptis. age pauca addamus de genere dicendi. ac primum quidem Sidonii aequalis afferendum est iudicium ep. VIIII 3 p. 152, 4 L.: *tertia est causa uel maxima, exinde scribere tibi cur supersederim, quod immane suspicio dictandi istud in uobis tropologicum genus ac figuratum limatisque plurifariam uerbis eminentissimum, quod uestra quam sumpsimus epistula ostendit,* et quae in ep. VIIII 9 de libris de gratia, quamquam ultra modum, dicuntur. rectissime mihi Fausti stilum descripsisse uidetur Cabrol (Revue des questions historiques 1890 p. 238) dicens: *son style sans naturel et sans grâce, subtil et quelquefois enchevêtré et diffus, affecte la plupart du temps une forme antithétique. on y relève bien des termes impropres, des constructions pénibles, des tours bizarres qui trahissent l'écrivain de basse époque: il vise à l'effet et recherche la cadence, et même les assonances et la rime, au détriment de l'idée qui devient l'esclave de la forme. mais par endroits ce style ne manque ni de force, ni de mouvement et de chaleur.*

Faustum ortu Britannum fuisse ex eius operibus minime conieceris, nec tamen sermonis latini, ut ita dicam, gallici uestigia nisi perraro in eis inuestigare legentibus contingit. proprietates enim illae dicendi plurimorum scriptorum, qui in Gallia saeculo quinto uixerunt, uelut uox *mediante* praepositionis uice usurpata (italice *mediante,* gallice *moyennant,* germanice *mittels), inde istinc hinc* (gallice *en*) loco phrasis *de ea, ista, hac re* adhibita, *ita quod* cum indicatiuo dictum pro *ita (sic) ut* et similia, frustra apud Faustum requiras, quod facile explicatur, si reputamus sermonem puriorem latinum scriptorem nostrum addidicisse in scholis monachorum, non in palaestris rhetorum, quas illis temporibus satis frequentatas fuisse Sidonii, Mamerti Claudiani, Ennodii aliorumque operibus intellegitur. sed de hac re fusius disputauimus in libello, *Untersuchungen über die Sprache des Claudianus Mamertus,* Uindobonae 1885, p. 13 sqq. iam si addiderimus Faustum se ipsum saepissime exscribere singulas uoces, phrases,[1]) sententias[2]) adamantem plus semel repetitas, grauissima quaeque de Fausti dicendi genere attulisse nobis uidemur. nec tamen facere possum, quin Erasmi Roterodami iudicium de Fausti scribendi arte afferam, qui in praefatione editionis principis librorum de gratia, quam curauit Basileae 1528, haec dicit: *in stilo facile agnosces phrasim gallicam. est enim floridus ac numerosus et iucundus magis quam uehemens: qualem uidemus dictionem Eucharii et Sulpicii, nam Hilarius . . ardentior est nec perinde dilucidus. hic Faustus dilucidior Hilario, simplicior Eucharo, seuerior Sulpicio stilum adhibuit ad docendum aptissimum, perspicuum, distinctum, breuem nec insuauem tamen. ex ueteris testamenti libris, si qua citat, adducit iuxta Septuaginta translationem, ne quis ilico radat scripturam.*

[1]) Iam pridem uiri docti uiderunt phrases *non ita est, sed dicis, sequitur et dicit* et similia Fausto peculiares esse.

[2]) Singulas sententias iterum atque iterum a Fausto adhibitas ex studiis nostris de Fausti scriptis p. 35 sqq. et p. 66 sqq. cognosces.

CAP. II. DE FAVSTI CODICIBUS IN HOC VOLUMINE ADHIBITIS.

A. FAVSTI DE GRATIA LIBRI.

De libris scriptis impressisque disputaturi eum sequemur ordinem, quo in hoc uolumine singula Fausti scripta sese excipiunt. ac libros duos de gratia unus seruat codex Parisinus latinus bibliothecae nationalis n. 2166 (olim 4029) membranaceus saec. VIIII, foliorum 69 forma octonaria, qui olim erat Claudii Puteani (cf. fol. 1[r] in margine inferiore). folio primo praefixa est membrana, in qua uersa exstant haec: *contra faustū hunc scripsit beatus fulgentius episcopus sicut in libello de uita ipsius*[1]) *continetur in his uerbis. ita erat notus omnibus gentibus ut duo libri quos faustus episcopus galliarum contra gratiam subdolo sermone conposuit fauens occulte pelagianis sed catholicus tamen uolens uideri constantinopolī offensis plurimis fratribus ad beatum fulgentium probandi dirigerentur. quibus ne occultum uirus serperet septem libris ipse respondit plus laborans exponere quam uincere; quia dubios sermones eius exponere hoc erat delirantis argumenta conuincere; caute igitur legendus est et subtilissime retractandus.* quibus addidit manus altera: *ex decreto gelasii papae urbis romae quod cum LXX eruditissimis episcopis conscripsit et firmauit.* | *opuscula fausti regiensis galliarum apocrifa.*[2]) *gennadius uero ait* (sequuntur Gennadii uerba de Fausto eiusque libris de gratia, de uir. ill. 86). *uideat quis quem praeferat et cuius magis auctoritatem sequi debeat et utrum ita faustus sentiat sicut gennadius testatur.* fol. 1[r] manus altera exaranit: *fausti regensis epī libri duo de gratia,* et incipit epistula Fausti ad Lucidum, quam excipit epistula Lucidi ad Faustum (cf. infra p. 161—168 et supra p. XIII). fol. 4[r] incipit prologus, fol. 5[a] capitula libri primi de

[1]) Cf. Ferrandi diaconi uita s. Fulgentii Ruspensis episcopi apud Migne, Patr. lat. LXV 145.

[2]) Cf. supra p. XVI.

gratia, fol. 6ᵘ—41ʳ liber primus, fol. 41ʳ capitula libri secundi, fol. 41ᵘ—69ᵘ liber secundus.

Codicem quibusdam locis grauius detrimentum cepisse uel potius archetypum fuisse lacunosum aut neglegenter descriptum cum ex capitulorum indicibus cum ipsis opusculi capitibus comparatis tum ex locis a Maxentio (cf. supra p. XVII) allatis demonstrauimus in studiis Faustianis p. 8 sqq. deest enim totum fere capitulum XV libri prioris una cum fine capituli XIIII, capitulum VII libri posterioris integrum una cum fine antecedentis et initio sequentis capituli, itemque finis capituli eiusdem libri XI et initium capituli XII. neque uero lacunae illae in nostro codice solis oculis discerni possunt, cum nullum lacunae signum exstet. erat enim is, qui codicem exarauit, homo stolidus, qui, quid scriberet, minime curaret. neque, qui postea librum legit et correxit (alteram codicis manum intellego), maiorem laudem meretur, cum in addendis singulis syllabis uel sententiis omissis fere adquieuerit, lacunas maiores autem non perspexerit. sed nescio, an duobus illis librariis gratias agamus. abstinuerunt enim illi interpolationibus, coniecturis, emendationibus ita, ut Fausti manum tantum non ubique facili negotio recuperare possimus.

Qua de causa iam retracto, quae olim suspicatus sum, uerba p. 7, 26 *et gubernacula tractare non norunt* interpolata esse, quod antecedat *ac temperare moderamina nesciunt,* neque amplius credo uerba p. 11, 13 *stipendium peccati mors* interpolatori deberi, immo colon antecedens delere eiusque loco punctum exarare debebam, nam hic aeque ac lin. 10 haec uerba a Fausto consilio repetuntur et ad sequentem sententiam referenda sunt. etiam p. 22, 12 Faustum ipsum locum ex epistula secunda Pauli ad Thessalonicenses laudantem dicere potuisse: *similiter et ad Thessalonicenses secunda* neque extremam uocem interpolatorem numerum II ex margine huc intrudentem addidisse mihi persuasi, cum eodem plane modo dicat Faustus p. 124, 3 *ad Corinthios prima,* 124, 15 *item ad Corinthios secunda.*

Itaque pro certo habendum est nihil in hoc codice esse interpolatum. quidquid autem mendosum est, ex his fere causis

explicandum: omittuntur singulae uoculae propter similitudinem praecedentium uel sequentium litterarum (uelut 35, 14 *dominus* ante *domum,* 37, 22 *alia* post *fictilia,* 41, 27 *si* post *sit,* 42, 1 *testibus* post *tribus,* 43, 26 *ad* post *illud,* 50, 4 *deus* ante *dedit,* 59, 13 *te* ante *feci,* et sim.,[1]) singulae syllabae propter incuriam (uelut 6, 20. 18, 29. 19, 1. 21, 25. 34, 28. 72, 8. 12. 74, 27. 95, 13), itemque sententiae (uelut 8, 14. 12, 9. 28, 11. 79, 30), praeterea quaedam uerba bis scribuntur (uelut 4, 3. 19, 12. 84, 17. 87, 1. 92, 26). accedit quod longe plurima menda explicantur eo, quod librarius textum propositum aut male legit (uelut 10, 4 *imaginem si* pro *imagine nisi,* 15, 25 *hinc* pro *huic,* 20, 19 *secundum* pro *sed cum,* 67, 11 *perdiderent* pro *perdiderim [perdiderem]),* aut falso distinxit (5, 9 *interclu-ditorum dī* pro *intercludit orandi,* 7, 26 *tempora re* pro *tem-perare,* 11, 5 *positas serere* pro *possit asserere,* 23, 16 *itaque cum quae* pro *ita quaecumque,* 27, 28 *mors super cussa* pro *morsu percussa,* 28, 10 *qui se a* pro *quis a,* 30, 13 *meritor eius* pro *merito reus,* cf. praeterea 32, 7. 40, 9. 58, 4. 60, 1. 66, 7. 72, 13. 31. 75, 21. 77, 20. 80, 6. 95, 27. 96, 14), aut uoces in codice describendo per compendium scriptas pingui Minerua expressit (12, 26 *enim* pro *enī in,* 20, 11 *alto* pro *alt̃o,* 37, 22 *quid enim* pro *quidē* = *quidem,* 44, 8 *ei de* pro *ei dē,* 64, 16 *ultorem* pro *ultor ē,* 76, 20 *dei* pro *dī̃,* 85, 20 *praemittit* pro *pmittit,* 86, 12 *praebentur* pro *pbentur,* sim.), unde suspicor etiam uoculam *et* haud raro — cf. 7, 5. 28, 22. 64, 7:[2]) falso addita 88, 16 — omissam per compendium scriptam fuisse. postremo addimus singulas litteras imprimis uocales falso descripsisse librarium et sui saeculi orthographia usum esse, cuius rei exempla proponere supersedeo.

His praemissis iam accedo ad nonnullos locos librorum de gratia, quos non recte me emendasse puto, retractandos. pag. 10, 12 *dum adfirmare contendit mortalem necessitatem conditionis fuisse, non transgressionis* nunc improbo, quod conieci, *mortem,*

[1]) Itaque 43, 15 post *esse* potius *sensum* quam *consilium* addere debebam.

[2]) Nunc etiam 4, 3 non *sicque* sed *et sic* pro tradito *sic* scribendum esse puto.

cum idem sensus in uerbis traditis insit: mortalis enim necessitas idem ualet ac mortis necessitas, cum posteriores scriptores adiectiua loco genetiuorum substantiuis haud raro adiungant (cf. ind.). — recte etiam in codice exstat p. 17, 13 *si . . hostis appareat aut si se inimici dolosa subtilitas transfigurat in angelum lucis.* coniunctiuum enim et indicatiuum a Fausto promisce adhiberi compluribus locis a nobis in indice congestis comprobatur (cf. etiam Ephem. gymn. austr. 1890 p. 693). — contra autem aegre nunc fero, quod p. 87, 26 inuito codice indicatiuum coniunctiui loco substitui: *quia discretionis nescia . . sint.* etenim eodem plane modo *quia* cum coniunctiuo adhibet Faustus 61, 12 *non propterea homo quodcumque facturus est, quia eum coactura sit praescientis auctoritas* et p. 278, 20 *quia scire non possimus, . . confugere festinemus.* — p. 28, 1 *dignum est, ut remedium careat* fortasse nihil mutandum est, cum uerbum carendi etiam cum accusatiuo coniunctum esse lexica doceant, quamquam addere haud superuacaneum est datiuos et accusatiuos secundae atque tertiae declinationis in codice nostro permisceri solere, quod non mirabimur, si uocales *o* et *u(m)*, *i* et *e(m)* frequentissime confundi reputauerimus (cf. p. 64, 6 *granum* pro *grano*, 71, 12 *patre nostro* pro *patrem nostrum*, 75, 15 *hominem* pro *homini*, et 4, 5. 6, 4. 20, 11. 23, 7. 31, 29. 33, 23 etc.). — maiore etiam fiducia aliam codicis scripturam defendo 6, 5 *in baptismo penitus non credidisse*, ubi olim perperam *baptismum* collata p. 46, 15. 22 scripseram, nam conferantur 47, 20 *quia in baptismo non crediderunt*, 297, 15 *quod in Christo credituri non erant*, 298, 19, et loci similes in indice s. u. in *cum ablat.* congesti. — p. 51, 18 *impletur in utroque Graeca sententia: nimietates, inquit, aequalitates sunt* omnia recte se habent et loco lucem quantum satis affert Cassianus, qui in Collationum libro II 16, 1 (p. 59, 17 Petschenig) dicit: *uetus namque sententia est:* ἀκρότητες ἰσότητες, *id est nimietates aequales sunt.* — p. 90, 3 codicis uestigia magis premere et pro *aeloqui* non *et eloqui* sed *ac loqui* edere debebam. — restat, ut de eis locis, quibus aduerbium *illuc* pro *illic* adhibitum est, agamus et Fausto, non librario tribuendum esse ostendamus. sunt autem hi: 36, 25 *hoc illuc futurum*

creditur, ubi iam nec emendatio nec mutatio erit, apud inferos, 91, 14 *ut hominem hic prius agonibus exploraret, illuc uero donis adimpleret,* 96, 18 *ut qui hic studuerit integritati nulla illuc ultra possit labe corrumpi* (contra *illic* 92, 17 *temporiui sunt, quos hic opera capiunt in praeceptis, serotini, quos illic uota consequentur in praemiis;* sensu uolgari adhibetur *illuc* 15, 24 *salus illuc ingerenda est non quaerenti, hinc auferenda laboranti* et 23, 18 *quod huc atque illuc uentis agitantibus uolutatur).* quamquam ex alio scriptore hunc usum probare nequeo, tamen Fausto ut uindicem eo adducor, quod etiam in aliis scriptis aliis codicibus traditis reperitur, uelut in epistula V p. 187, 12 *tria haec capitalia, nisi hic perfectae paenitentiae fuerint expiata remediis, perennibus illuc concremabuntur incendiis,* p. 195, 7 *hic timendo ea, quae illuc timere non proderit, declinemus,* quibus locis codicum consensu lectio firmatur (contra *illic* p. 200, 2 *oportet ut hic prius mutetur ad uitam, qui illic mutari optat ad gloriam* et 206, 6 *illic dominatur, hic humiliatur).*

Quotquot exstant editiones librorum de gratia, uno codice Parisino nituntur. atque editio princeps, quoniam ab omnibus, qui de Fausti uita scriptisque egerunt, ignorata est, accuratius mihi describenda est. prodiit autem Basileae apud Ioannem Fabrum Iuliacensem anno 1528: *Fausti episcopi de gratia dei et humanae mentis libero arbitrio, opus insigne cum D. Erasmi Roterodami praefatione. Item Faustini episcopi ad Flacillam imperatricem, de fide aduersus Arianos et de propositis quaestionibus Arianorum. Peruetustus uterque, sed iam primum in lucem editi.* praefationis instar epistula exstat p. 2: *ornatissimo D. Perico Carundileto, archidiacono Besuntino Eras. Roterodamus s. d.,* in qua narrat Erasmus Hermannum a Noua Aquila comitem, praepositum ecclesiae Coloniensis *hunc librum in uetusta bibliotheca ueluti praedam in fruticeto latitantem* inuestigasse sibique uni missum se omnibus communem fecisse.[1]) qui liber quin codex

[1]) Addit Erasmus: *utinam misisset, antequam de libero arbitrio scriberemus aduersus Lutherum.*

noster Parisinus fuerit, dubitari non potest. exstant enim in editione eadem, quae in codice, scilicet post Fausti uitam a Gennadio scriptam fol. 4ᵘ—7ᵘ epistulae Fausti ad Lucidum et Lucidi ad episcopos Gallicos, quarum prior subscriptionibus illis episcoporum et Lucidi insignita est, posterior 27 tantum episcoporum nomina exhibet, ut alia praetermittam codicis Parisini uestigia. adde quod libri de gratia, qui has epistulas in Erasmi editione praecedente prologo excipiunt (fol. 8ʳ—65ʳ), iisdem lacunis male ab Erasmo suppletis laborant, quibus codex Parisinus.

Erasmi recensionem repetiuit Ioannes Herold, Orthodoxographa theologiae sacrosanctae, Basileae 1555, quo in uolumine libri de gratia una cum prologo uel praefatione p. 808—843 exstant, quos excipiunt epistulae Fausti ad Lucidum et Lucidi ad Faustum (p. 844 sq.).

Heroldi editione, quae repetita est Basileae 1569, usi sunt, quicumque postea opusculum imprimendum curauerunt in Bibliothecis patrum Parisinis, ex quibus ultimam tantum affero anno 1644 editam, tom. IIII p. 694 sqq., Coloniensi (a. 1618) tom. V part. III p. 502—522, Lugdunensi (a. 1677) tom. VIII p. 523—545, Migniana (Patrol. lat.) uol. LVIII. epistulam Fausti ad Leontium prologi uice fungi ad libros de gratia cum non perspiceret Migne, eam a libris de gratia auulsit et inter ceteras Fausti epistulas primam edidit.

B. FAUSTI LIBRI DE SPIRITU SANCTO.

Libri de spiritu sancto codicibus haud ita paucis traduntur, sed tamen ita comparatis, ut unus tantum optimae notae dici possit, reliqui omnes textum satis depranatum et a genuina forma longe distantem exhibeant.

Ac primum dicendum est de codice bibliothecae Vaticanae Palatino n. 241 saec. X membranaceo formae quadratae (V), foliorum 37, qui fol. 1ᵘ haec habet: INCIPIT PROLOCUTIO DE PLENITUDINE SP̃U SC̃I. (sequuntur uerba illa Gennadii): *faustus ex abbate liriensis monasterii apud gallie regium ep̃s uir in diuinis scripturis satis intentus ex traditione*

symboli occasione accepta conposuit librum de $\widetilde{spu}$ $\widetilde{sco}$. *in quo ostendit eum iuxta fidem patru*‖*m & consubstantialem & coaeternalem esse patri & filio ac plenitudinem trinitatis obtinentem.* | IN HOC CODICE CONTINENTUR DUO LIBRI FAUSTI EPISCOPI DE $\widetilde{SPU}$ $\widetilde{SCO}$. quae sequuntur confer infra p. 101 not. fol. 36^{r} uerbis libri II cap. IIII *signorum miracula celebrantur* (infra p. 143, 13) codex desinit et manu altera adiectum est: *deš pplura.* fol. 36^{u} hymnus quidam latinus exstat neque quidquam ualent, quae folio 37 continentur partim pennarum lusionibus repleto partim rescripto. uerba autem, quae facile legi possunt, haec sunt: . . . *creatus ad imaginem princeps generis delicti floris indeliciis de paradis . . proiectus terram squalentem sentibus . . . .* contulit codicem Romae I. M. Stowasser Uindobonensis, postquam iam Angelo Mai in Spicilegio Romano V praef. p. XVI aliquot lectiones uariantes huius libri manuscripti publici iuris fecit eumque olim Laureshamiensem saeculo fere XI (sic!) scriptum esse dixit.

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 12203 (s. Germani a Pratis 849, olim 202) saec. X membranaceus foliorum 64 formae octonariae *(P)* praefixum habet folium, in quo uerso manu recenti exaratum est: *hic continentur s. Augustini homiliae paschales, Lib. Paschasii diaconi* (add. man. alt.: *seu potius Fausti) de* $\widetilde{spu}$ $\widetilde{sco}$. *Epitaphium Frederici Comitis Lotharingi tum monachi apud s. Tribonum.* fol. 1^{r} manu recenti scriptum est: *liber s. Petri Corbeiensis* et sequitur: *omelia* $\widetilde{sci}$ *augustini in die* $\widetilde{sco}$ *paschae* (sermo dub. 160, Migne V 2059), fol. 2^{r} *item sermo de resurrectione* (inc.: *lux hodie clara refulsit quia latro in paradysi cum rege comes,* quae uerba in Initiis librorum patrum latinorum [Uindob. 1865] frustra quaesiui), fol. 3^{r} Augustini sermo 91 (Mai, noua bibl. I 159), fol. 4^{r} Aug. (?) sermo 159 (V 2058), fol. 5^{u} Aug. (?) sermo 1063 (V 2065), fol. 6^{r} Aug. (?) sermo 168 (V 2070), fol. 7^{r} Max. Taur. hom. p. 491 (ed. Roman. 1784), fol. 8^{u} Aug. sermo 240 (V 1130), fol. 10^{u} Aug. sermo 241 (V 1133), fol. 14^{r} Aug. sermo 242 (V 1139), fol. 17^{r} Aug. sermo 252 (V 1171), fol. 22^{r} Aug. sermo 251 (V 1167), fol. 24^{u} Aug. sermo 243 (V 1143), fol. 27^{r} Aug. (?) sermo 170 (V 2073),

fol. 28^{r} Aug. sermo 147 (V 797), fol. 28^{m} Aug. sermo 148 (V 799), fol. 29^{m} Aug. sermo 260 (V 1201) et Aug. (?) sermo 161 (V 2062), fol. 31^{r} Aug. (?) sermo 172 (V 2075), fol. 36^{r} Leonis sermo (I 135 ed. Roman. 1753). fol. 38^{r} tandem exstat: *in dī nomine incipiunt capitula libri de spū sco paschasii diaconi urbis romae* et sequuntur usque ad fol. 63^{r} libri duo de spiritu sancto.

Codex bibliothecae Uaticanae Reginensis n. 194 (R) saec. XII formae quadratae, cuius primum folium deperditum manu saec. XIII uel XIIII restitutum est, hanc habet inscriptionem: *incipiūt capta lib^{i} paschasii urbis rome diaconi de spū sco.*

Reliquos libros manuscriptos enumerasse satis est; sunt autem hi: Codex Casinensis n. 219 saec. XI (p. 89 *incipit capitula libri paschasii diaconi urbis romae de spū sco* — p. 142 *explicit liber secundus paschasii diaconi urbis rome de spiritu santo*). — Codex Diuodurensis (Metz) n. 489 saec. XI *(incipit liber paschasii diaconi urbis rome de spiritu sancto).* — Codex urbis Douai n. 350 saec. XII (fol. 60 *liber paschasii diaconi de spiritu sancto,* praecedit Didymi liber de spiritu sancto). — Codex Troecensis n. 972 saec. XII *(in dei nomine incipiunt capitula libri de spiritu sancto pascasii diaconi urbis rome).* — Codex Taurinensis n. 1087 (d I 37) saec. XIII (fol. 67 *incipiunt capitula de spiritu sancto paschasii diaconi urbis rome*). — Codex Uaticanus n. 314 saec. XV (fol. 151 INCIPIT PASCASII SANCTE RO·ECLIE CARDINALIS DE SPIRITU SANCTO LIBER PRIMUS et fol. 168 EXPLICIT PASCASII SANCTE ROMANE ECLESIE CARDINALIS LIBER SECUNDUS DE SPIRITU SĀCTO. HORUM LIBRORUM MEMINIT BEATUS GREGORIUS ROMANUS PONTIFEX IN LIBRIS DIALOGORUM).

De codice Parisino bibliothecae nationalis latino n. 12233 a Luca Holstenio scripto, qui libros de spiritu sancto ex codice Palatino 241 descripsit, egimus in studiis nostris de Fausti scriptis p. 29.

Sufficiunt ad textum recensendum pauci codices, cum duae codicum familiae exstent et tota crisis nitatur in codice V ita,

ut altero alterius familiae codice simul adhibito uix dubitare possis, quid quoque loco scribendum sit. sed cum V finem libri secundi de spiritu sancto non exhibeat, ad hanc opusculi Faustiani partem recensendam etiam codicis R lectiones enotauimus codice P, qui ipse aeque atque omnes reliqui praeter V interpolatus est, deterioris eiusdemque familiae, qui tamen utilis est ad diiudicandum, utrum singulae lectiones codicis P ad archetypum communem redeant, an librario sint tribuendae.

Ac codicem Palatinum V ceteris omnibus libris bonitate longe praestare primum inde colligitur, quod unus genuinum scriptoris nomen seruauit et ex exemplari satis antiquo fluxisse uidetur, cum saeculo nono iam Paschasium librorum de spiritu sancto scriptorem habitum esse testimonio Ratrammi Corbeiensis (contra Graecorum opposita II 6 [in Dacherii Spicilegio I 79 ed. alt.]) euincatur, qui dicit: *Paschasius antiquus Romanae sedis et doctor et diaconus in libello, quem de spiritu sancto scripsit, Didymi sequens Alexandrini uestigia sic infit: non scruteris, qualiter deus sit . . . . de sublimitate dubitatio* (= de spir. s. I 9 p. 115, 24 sqq.). Ratrammi igitur temporibus longe plurimos codices Paschasii nomine inscriptos fuisse patet, unde iam longe ante saeculum nonum nostri codicis librum archetypum exstitisse conicias.

Sed accedunt grauiores causae, quibus codicis Palatini auctoritatem comprobemus. insunt enim in eo tot bonae lectiones, ut sescentis locis in ceteris codicibus deprauatis genuinam formam repraesentet. pauci autem illi loci, quibus ipse falsam lectionem exhibet, ita comparati sunt, ut librarii oscitantiae potius quam archetypi mendositati deberi uideantur. qui praeter V exstant libri manuscripti, omnes ad unum redeunt exemplar, quod Paschasii nomine inscriptum textum multis iam corruptelis laborantem exhibebat quodque hodie optime repraesentatur codice Parisino 12203. quam ob rem duabus familiis codices omnes accensendi sunt, quarum una quantum praestet alteri, iam exemplis propositis demonstrabimus:

	V	Reliquorum codicum archetypus
102, 8	*carmen*	omittitur
102, 9	*dispersas*	*diuersas*

	V	Reliquorum codicum archetypus
102, 24	*in aera nel supputatione*	*in era supputatione*
104, 10	*oportere*	*oporteat*
104, 24	*respiciunt*	*recipiuntur*
107, 13	*dei*	*dum*
107, 19	*tres . . . studia*	omittuntur
113, 24	*tantum*	*totam*
115, 14	*quod deus*	*quia*
119, 15	*uelut inconsummati*	*uel consummati*
122, 4	*hic per*	*haec*
122, 17	*interna*	*aeterna*
122, 23	*si non in alterutrum sine permixtione se* (pro *sui*) *penetrat incorporea et capax sui claritas, ergo humo*	*si non alter alterum sine permixtione sui penetrat incorporea suae claritatis unione*
125, 1	*semiplenum*	*semper plenum*
134, 13	*progressurus*	*progressus*
135, 27	*confirmas*	*confirmamus*
136, 4	*contrarius s̃ps cum diro comitatu nequitiae*	*contrariis hospitibus nequitiae*
136, 16	*gradu*	*gaudii*
136, 27	*nudum*	*interdum*
137, 6	*post tonitruum creatam*	*post tonitrui creaturam*
140, 13	*hic agit*	*ait*
141, 27	*populis*	*apostolis*
142, 5	*hoc oneret* (m. pr. *onoret*)	*honores*

Quibus locis raptim conquisitis, qui nullo negotio augeri possent, si opus esset, oppono lectiones codicis V corruptas. quae aut librarii produnt incuriam aut ex archetypo deriuandae sunt propterea quod etiam in reliquis libris earundem corruptelarum uestigia exstant nec tamen ipsa menda recte sanata

sunt, ita ut ex falsa codicis V lectione, quid scribendum sit, multo facilius elicias quam ex emendatis uerbis reliquorum codicum.

Ac librario quidem menda tribuo huius generis: omittuntur in V singulae sententiae (p. 103, 26. 122, 18. 123, 13. 131, 11. 139, 17. 141, 19), singulae uoces (*et* 102, 16. 103, 2. 136, 10. *ut* 114, 21. *ex* 102, 10. *esse* 104, 19. 117, 7. *que* 114, 6. *eius* 109, 16 cf. 111, 1), falso additur uocula *et* (109, 21 [post *et filii*]. 116, 26 [post *et ingenito*]), per dittographiam quandam pro uoce genuina alia uox similis proxime antecedens uel sequens exaratur (102, 12 *ueritatis* pro *uniuersitatis* [sequitur l. 13 *ueritatis*], 131, 16 *unquam* pro *ullam* [praecedit *unquam*], 131, 19 *natura* pro *creatura* [sequitur *naturae*]). praeterea librarius haud raro archetypi compendia neglexit aut non recte intellexit, quare frequentissime forma actiua in V pro passiua (cf. 134, 10. 138, 20. 140, 11. 12. 14. 15. 21. 141, 18), *quam* pro *quod* (136, 19), *idem* pro *idest* (133, 17), *interest* pro *inter haec* (115, 8) et similia reperiuntur. adde quod uoces similiter scriptas confudit, uelut *moris* et *maius* (118, 9), *magis* et *maius* (136, 29), *si aut* et *sicut* (116, 20), *profitetur* et *probetur* (116, 21).

Iam uero si respexerimus locos in omnibus codicibus, hoc est in communi utriusque codicum familiae archetypo deprauatos, ea, quae in V exstant, ad ueram lectionem propius accedere intellegemus, uelut 120, 4, ubi *sic . . si honore* a genuinis uerbis *sic . . . si homo se* multo minus abest quam reliquorum codicum lectio *si . . se homo,* 139, 28 *da unam in redemptore dei et hominis personam, quam personam apostolus dicit*, ubi prius *personam* in archetypo (et V) omissum grauem corruptelam in P secum traxit: *da unam redemptoris hominisque personam. apostolus dicit.* similiter 137, 10 in archetypo compendio syllabae *-ur* neglecto in V exstat *uidet esse* (pro *uidetur esse*), quod perperam emendauit librarius archetypi codicum interpolatorum scribens *esse arbitremur* (cf. praeterea 103, 7. 116, 20 sim.).

Quae cum ita sint, codicis V auctoritatem maximi aestimandam esse apparet, praesertim cum ne unus quidem locus mihi

praesto sit, quo interpolatum esse V demonstrare possim. uereor etiam, ne parum religiose quibusdam locis uestigia codicis V presserim, quos hic retractare mihi liceat. ac p. 110, 23 recte fortasse indicatiuus *dicunt* in V traditus est, 116, 24 *est* recipere, sed uerba *uel maiestatis* uncinare debebam neque p. 117, 15 erat, cur uerba *alia specialiter* ex auctoritate codicis V non ordine inuerso ederem. — legitur in V p. 111, 4 *legimus per Esaiam*, quod pro *in Esaia* exarasse librarium errore inductum sequente uocula *super* a se omissa olim statui. nunc autem uideo me ipsum, non librarium codicis V errasse. etenim *legimus per Esaiam* explicandum est ad huius modi locorum analogiam: p. 35, 3 *cum per prophetam suum dominus dicat*, 106, 11 *per Esaiam quoque*, 111, 7 *per Esaiam filius dicit*, p. 431, 12 *dicente domino per prophetam*, qui loci passim legentibus occurrunt. quin etiam prorsus eadem elocutio reperitur in Fausti opusculo de ratione fidei (Pithoeus, Ueterum aliquot Galliae theologorum scripta, Parisiis 1586) p. 124: *ex matre uero initium sumpsit, sicut legimus per Esaiam: ecce uirgo in utero accipiet.* — p. 111, 20 non erat, cur *ad hoc* pro *adhuc*, quod V praebet, ederem; significat enim etiam *adhuc* idem quod *praeterea* cum apud alios scriptores (cf. Georgesii lexicon) tum apud Faustum (cf. index). — in uerbis actuum apostolorum (4, 8) V exhibet p. 120, 27: *Petrus de spiritu sancto dixit*, reliqui codices cum Uulgata praebent *repletus* pro *de*. a Fausto speciose dictum est *de* loco graecae praepositionis ὑπό cum genetiuo etiam, ubi uerbum passiuum non exstat, adhibitae. eadem ratione Faustus paulo post (p. 121, 4) dicit: *Petrus in se praeferens spiritum sanctum . . loquitur.* — in capitulorum indice p. 130, 15 V praebet: *quaeritur, utrum . . cognomen putetur aut nomen*, reliqui libri hic et in capituli ipsius titulo (p. 146, 3) *an* habent. at alter locus in V non amplius exstat (cf. supra p. XL) neque dubitari potest, quin *an* magis librarium oleat quam *aut. utrum . . aut* Faustus habet etiam p. 182, 16. 191, 10.

Sed dolendum est, quod hic codex praestantissimus Fausti libros de spiritu sancto non integros continet (cf. supra p. XL),

quare in extrema opusculi Faustiani parte recensenda codicis P auctoritatem sequamur oportet, qui inter alterius familiae interpolatae codices principem obtinet locum et uetustate reliquos superat. cui addidimus codicem R eiusque lectiones uariantes inde a p. 143, 13 notis criticis editionis nostrae inseruimus, qui tamen etiam magis interpolatus est illo, cf. p. 101, 15, ubi P *perfectorem (esse charismatum largitorem)* pro *perfectorum* exhibet, R *perfectum*, quod ex uoce *perfectorem* falso correcta natum esse nemo non uidet, uel 102, 20, ubi pro *ac macedonii* R *et eunomi* praebet.

Fausti de spiritu sancto libri usque adhuc Paschasii nomine editi exstant. atque editio princeps prodiit Coloniae 1539: *Pascasii diaconi Romani libri II de spiritu sancto, quibus et symboli enarratio continetur, aduersus errores Macedonii. Opus peruetustum ac ualde a D. Gregorio Romano Pont. probatum, nunc primum in lucem editum.* in epistula dedicatoria F. Henricus Grauiensis Dominicanus libros Paschasii se nuper e uetusto codice descripsisse dicit.

Iterum seorsum impressi prodierunt *sancti Paschasii diaconi Romani libri II . . . denuo editi studio M. Ioannis a Fuchte,* Helmaestadii 1613. utraque editio nititur uno eodemque codice interpolato Parisino n. 12203 simili.

Ad editionem Coloniensem redit textus, qui reperitur in Magna bibliotheca ueterum patrum, Coloniae Agrippinae 1618, tom. V part. III 733 sqq., in Magna bibliotheca ueterum patrum, Parisiis 1644, VIIII 179 sqq., in Maxima bibliotheca ueterum patrum, Lugduni 1677, VIII 807, in Patrologia latina curata a Migne, Parisiis 1862, LXII 9 sqq.

C. EPISTULAE.

Fausti epistulas, quae exstant, omnes[1]) continet codex Sangallensis n. 190 (S) membranaceus saec. VIIII formae octonariae, paginarum numeratarum 357 (sed numerum 11 trans-

[1]) Epistula quarta deest, nec uero ea Fausti est sed Paulini ad Faustum missa.

siluit librarius, qui paginarum numeros adiecit). quae in hoc codice insunt, duobus indiculis indicantur, quorum unum confecit Stephanus Baluzius et tegumento interiori agglutinauit, alterum ex huius codicis archetypo descripsit unus ex librariis, quorum manibus codex exaratus est. posteriorem hunc indicem edidit Kruschius l. l. LXVIIII, quare eum integrum hic repetere supersedeo, nisi quod addo legi initio (p. 2) *HIC CODEX LANDONI UEDE Leobo abbat. continet* etqs. epistulae Fausti diuersis locis reperiuntur: p. 27 epistula VI ad Felicem, quam excipiunt p. 33 ep. VII ad Graecum diaconum[1]) et p. 44—48 ep. I ad Lucidum, cuius tamen subscriptio p. 48 extrema deest, sed p. 328 ante Lucidi responsum exstat (cf. infra p. 164, 16 not.), unde in codice archetypo aliquot quaterniones suo loco motos fuisse colligitur. sequuntur post duas Hieronymi presbyteri epistulas (p. 49—66) quinque Fausti epistulae ad Ruricium (ep. VIII—XII p. 66, 71, 77, 80, 82—83), quas excipiunt epistulae aliorum ad Ruricium (p. 84—130) insertis duabus Fausti epistulis III ad anonymum (p. 92—110) et V ad Paulinum (p. 110—126). denique in extrema codicis parte, ut modo diximus, epistula Lucidi ad Faustum aliosque episcopos (est in nostra editione inter epistulas Faustianas II) exstat una cum antecedente subscriptione epistulae I Fausti ad Lucidum (p. 328—332) post epistulas ad Desiderium episcopum Cadurcensem datas (p. 300—328).

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 2166 saec. VIIII (P), de quo supra p. XXXIV fusius egimus, continet praeter Fausti libros de gratia fol. 1^{r} Fausti I epistulam ad Lucidum et Lucidi responsum (ep. II).

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 1564 (Colbertinus n. 1863, Regius n. $\frac{3887}{4\ 4}$) saec. VIIII (Q), de quo conferendus est Fr. Maassen, Quellen des canonischen Rechts I 608, epistulas Paulini ad Faustum, Fausti ad Paulinum, ad Felicem, ad Graecum (ep. IIII—VII) continet, cuius lectiones nariantes

[1]) P. 37 olim uacua relicta nunc adiurationis cuiusdam matris apium formulam continet, de qua conferendus est P. Ewald, Neues Archiv VIII 357, quaeque etiam in p. 1 codicis nostri nunc legitur.

aeque ac codicis, quem statim afferemus, ex Kruschii adnotatione critica desumpsimus.

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 12097 (olim Sangermanensis n. 936, Corbeiensis n. 26) saec. VI—VII (R), de quo conferendus Maassen l. l. I 568, epistulam Paulini ad Faustum (ep. IIII) exhibet.

Denique codices plerique Mamerti Claudiani, de quibus consulenda est editio Claudiani mea (Uindobonae 1885), epistulae tertiae posteriorem partem (inde a uerbis p. 173, 9 *praecipis ut respondeam*) suppeditant (cf. supra p. XX), quorum lectiones selectas, quae ad rem facere uidebantur, in hac editione enotauimus et compendio M comprehendimus.

Dolendum est, quod nondum prodiit editio critica Hincmari, qui in libro de praedestinatione dei et libero arbitrio c. 1 (Migne, Patrol. lat. CXXV 79) duas primas Fausti et Lucidi epistulas praebet (cf. supra p. XIV).

Atque codex S neglegentissime quidem scriptus est, nam librarius singula uerba (162, 7. 10. 19. 166, 11. 167, 10. 174, 2. 4 etc.) uel etiam sententias (167, 19. 174, 6. 175, 1. 178, 22. 179, 3 etc.) omisit, uoculas falso addidit (*et* 162, 2. 193, 17. *ex* 181, 6, *quando* 192, 8 etc.) scilicet ex proxime antecedentibus per memoriae lapsum repetitas, uocales aliasque litteras inter se confudit, exemplaris, quod descripsit, uerba aut male legit aut oscitanter scribendo reddidit, ut inprimis uocum terminationes partim prorsus neglegeret partim corrumperet, quorum mendorum exempla afferre uix opus est, cum sponte in unaquaque nostrae editionis pagina occurrant inquirentibus.

Sed S quamquam tot tantisque corruptelis scatet, tamen ex codice optimae notae originem traxit, id quod luculentissime demonstrari potest, si adnotationem criticam tertiae epistulae perlustramus, quae ex parte in Mamerti Claudiani codicibus exstat. ibi enim cum codicem optimum Claudiani Lipsiensem solum nonnumquam cum S conspirare uidemus — uelut p. 173, 11 *non,* 175, 13 *aestimandum (extimandum),* 177, 13 *se* om., 179, 11, ubi omnes Claudiani libri *cognosce* exhibent praeter Lipsiensem, qui *cognoscere* praebet, quod per calami lapsum ex genuina lectione *recognosce* (S) natum est —, tum haud raro

lectiones codicum Claudiani omnium, quamuis per se spectatae ferri possint, bonitate lectionum codicis S superantur, quippe quae concinant cum eo textu, quem Claudianus ipse epistulae Faustianae locos quosdam in suo opere allegans praebet, unde S aeque ac Claudianum genuina Fausti uerba seruasse, Claudiani libros epistulam Fausti ex parte interpolatam exhibere apparet. sunt autem hi loci: p. 175, 13 *aut* (S et Claud. Mam. p. 84, 6 E., om. rell. codd.: qui locus grauissimi momenti est, cum hic *aut* modo satis singulari dictum esse nemo non uideat), 175, 18 *desideriis* (Claud. Mam. l. l. et S *[desiderii], desiderio* rell.), 178, 17 *tantum* et *aderat* (S cum Claud. p. 162, 13, *tantummodo* et *erat* rell.), 178, 15 post *dominicae* uerba non leguntur in S et Claud. p. 162, 10, quae in rell. codd. per fraudem inculcata sunt, *praeceptione ordinationis*. adde quod unus S priorem epistulae partem seruauit, quam aeque Claudianus nouit, atque ea, quae in posteriore parte libri Claudiani omittunt (cf. infra p. 179, 14—180, 22), S item integra praebet. quae cum ita sint, qui ratione et uia Fausti epistulas recensere uoluerit, id inprimis agere debebit, ut corruptelis codicis S quam lenissimam medicinam adhibeat et litterarum uestigia quam religiosissime premat. atque id in eis potissimum epistulis obseruandum est, quae altero quodam codice traduntur, uelut in epist. I et II, quas codex P, et in epistulis V—VII, quas codex Q continet.

Ac primum quidem de auctoritate codicis P dicemus, quem, quamquam supra p. XXXV magnis laudibus extulimus libros de gratia continentem, tamen non esse idoneum, quo codicis S auctoritati aliquid detrahatur, contendo. subscriptiones enim illas episcoporum, quas in fine epistulae primae P exhibet, S non habet, ad alteram epistulae recensionem a Fausto ipso profectam rettulimus et, quamquam dubitanter, suspicati sumus etiam duo illa additamenta p. 162, 17 *id est de baptizato . . noluit* et 163, 26 *ei dumtaxat, qui capere iam possit arbitrii libertatem* Fausto deberi. sed facere non possum, quin concedam additamentorum praeter subscriptiones illas formam sapere interpolatorem, qui fortasse aliis quoque locis munere suo functus est, uelut p. 166, 9, ubi *ex omnibus* cum non intel-

legeret, deleuit, uel 166, 12 et 168, 2, ubi breuitati studens *intra paradisum* pro *in paradisi habitatione* et *damnanda condemno* pro *quae sunt damnata damno* scripsit. neque forti tribuendum est, quod, quae exstant in Lucidi epistula inde a p. 166, 24—167, 17, in P desunt. in hac enim parte Lucidus non breuiter errores suos reuocat uel singula praecepta doctrinae catholicae asserit, sed disputationis instar longius excurrit, id quod aegre sine dubio tulit interpolator totumque locum ad uiuum resecuit. sed iure quispiam obiciat non uideri ueri simile consilio interpolatas esse duas illas epistulas in P, cum in reliqua parte codicis ab eadem manu exarata ne ullum quidem uestigium interpolationis exstet (cf. supra p. XXXV). cui respondendum est aut Faustum ipsum in secunda recensione epistulas immutasse aut fieri potuisse, ut librarius codicis P uel eius exemplaris, unde P originem duxit, ex alio fortasse fonte minus puro epistulas quam libros de gratia hauriret. utra sententia uera sit, uideant alii; certe codicis S auctoritas, quippe qui priorem Fausti epistulae recensionem repraesentet, hac quaestione non tangitur.

Minoris etiam auctoritatis quam P codex Q est, qui manifestissima interpolationis uestigia prae se fert. ac primum quidem complures locos e scriptura sacra depromptos accommodauit ad eum textum, quem praebet translatio latina, quae dicitur Uulgata:

	S	Q cum Uulgata
186, 17	*fecerit*	*fecit*
186, 20	*fui*	*eram*
187, 3	*praeparatus*	*paratus*
187, 6	*ignem*	*supplicium (supplicio)*
189, 14	*dne (domine)*	om.

adde quod etiam eis locis Q Uulgatae textum praebet, quibus ferri nequit, uelut 188, 7 *agent* Faustus scripsit, cum duas sententias in unam periodum contraheret (Luc. 16, 27 sqq.): *ne et ipsi ueniant et* (adde scil. *ut*) . . *paenitentiam agant,* id quod non obseruauit stolidus codicis Q librarius et cum Uulgata

agent exarauit. deinde haud paucis locis codicis S scripturam falsam esse ratus sua inuenta in textu posuit:

	S	Q
184, 20	*hunc*	*tunc*
184, 23	*fides et*	om.
186, 3	*faciunt*	*faciant*
189, 16	*unde pro*	*ideo*
194, 9	*numquid*	*non* etc.

postremo loci in S corruptela quadam laborantes haud raro in Q correcti reperiuntur, sed ita, ut librarium suo Marte correctoris munere functum esse appareat litterarum ductibus uocum corruptarum non respectis, quamquam satis facili negotio genuina lectio plerumque ex falsa codicis S enucleari poterat; conferantur haec exempla:

	S	genuina lectio	Q
184, 24	*dīs* (*s* eras.)	*diuinis*	*dei*
186, 8	*ait*	*aut*	*item*
187, 18	*in tercuras*	*inter auras*	*in terras auras*
191, 9	*erit tibi*	*erit ibi*	*erit illius*
202, 5	*ut*	*at*	*sed*

Quae cum ita sint, nullam fidem esse habendam codici Q demonstrasse et iure etiam ea, quae in Q p. 191, 22 post *constituit* leguntur, pro additamento habuisse nobis uidemur; ceterum conferantur, quae de eadem re fusius disputauimus in Ephemeride gymnasiorum austriacorum 1890 p. 681 sqq.

Nihil aliud igitur restat, quam ut codicem S ducem sequamur in epistulis Faustianis recensendis memores descendere eum ex codice perquam bono neque ipsum esse interpolatum, quamquam neglegentissime scriptum. ubi S deficit, in epistula quarta codex R uetustate insignis priorem obtinet locum ante Q. iam si, ne quid omisisse uideamur, addimus Hinemari textum ad codicis cuiusdam praestantissimi auctoritatem constitutum esse oportere, quod epistulae Fausti et Lucidi ab Hinc-

maro traditae cum recensione codicis S contra Q[1]) conspirant, de epistularum Faustianarum apparatu critico quantum satis dixisse nobis uidemur.

Ex Fausti epistulis princeps impressa prodiit epistulae tertiae posterior pars in editione principe Mamerti Claudiani Basileae anno 1520 p. 25—31 recognita et reperitur in reliquis Claudiani editionibus partim integra partim priore parte destituta.

Deinde prodierunt epistulae I et II appendicis loco ad libros Fausti de gratia in Erasmi editione Basileae 1528 curata et in Orthodoxographis theologiae sacrosanctae, Basileae 1555 a Ioanne Herold editis p. 844 sqq. aeque ac libri de gratia ex codice P descriptae, cum in fine epistulae primae subscriptiones illae episcoporum exstent una cum reliquis additamentis codicis P.

Ad easdem editiones eundemque codicem redit recensio epistularum I et II, quam dedit Baronius, Annales ecclesiastici, Romae 1595, tom. VI 446—447, unde transierunt in omnes conciliorum collectiones, postquam Sirmondus in Historiae praedestinatianae c. 7 subscriptiones illas episcoporum falsas esse plerisque persuasit.

Deinde Petrus Pithoeus, Ueterum aliquot Galliae theologorum scripta, Parisiis 1586, fol. 128—141 epistulas Fausti VII et IIII—VI publici iuris fecit codice Q usus, quam ob rem omisit cum Q clausulam epistulae V (p. 195, 11—16).

Accedit Margarini de la Bigne Sacra bibliotheca sanctorum patrum (editio altera, Parisiis 1589), cuius in tomo III p. 401—410 epistulae IIII—VII, tomo IIII p. 759—763 epistulae III posterior pars, p. 875—879 epistulae I et II exstant.

Tandem Henricus Canisius codicem Sangallensem adhibuit reliquasque Fausti (et Ruricii) epistulas edidit additis huius codicis lectionibus uariis ad eas epistulas, quas pridem editas repetere supersedit, in Antiquae lectionis tomo V (Ingolstadii

[1]) Hincmarum locum epistulae quartae e codice Q simili attulisse (Migne, Patr. lat. CXXV 372) Kruschius monet, sed reputandum codicem S hanc epistulam non exhibere neque unum alterumue locum sufficere ad rationem, quae intercedat inter Q et Hincmari codicem, accuratius definiendam: cf. adnotatio critica ad p. 182, 1. 2. 14. 15. 18. 19. 22. 183, 2. 4. 5. 6.

1604) p. 425 sqq. Magna bibliotheca ueterum patrum, Coloniae 1618, tom. V part. III 523 sqq. Canisii recensionem praebet. In Magna bibliotheca ueterum patrum, Parisiis 1644, tom. III 347 sqq. Canisii recensio epistularum integra repetitur, praeterea ex editione Bigniana in tom. III 37 sqq. epistulae IIII—VII, in tom. IIII 595 posterior epistulae III pars, p. 694 sqq. epistulae I et II exstant.

Maxima bibliotheca ueterum patrum, Lugduni 1677, in tom. VIII p. 524 epist. I et II, p. 548 sqq. reliquas Fausti epistulas eodem ordine digestas, quem nos secuti sumus, exhibet.

Ex bibliotheca patrum Lugdunensi pendet Migne, Patrologiae latinae tom. LVIII (Parisiis 1862) p. 837 sqq.

Canisii lectiones antiquas ipsas iterum imprimendas curauit notisque auxit Iacobus Basnage, Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum siue Henrici Canisii lectiones antiquae, Antuerpiae 1715, ubi in uol. I p. 352 sqq. Fausti epistulae exstant.

Denique nuper Fausti et Ruricii epistulas optime edidit Bruno Kruschius, Monumenta Germaniae historica, auctorum antiquissimorum tom. VIII (Berolini 1887), qui Luctiohanni editionem Sidonianam continet, cui appendicis loco adiectae sunt p. 265 sqq. n. I—V epistulae Fausti ad Ruricium (epist. VIII—XII nostrae editionis), n. VI—XIII epistulae aliorum ad Ruricium (uide infra p. 443 sqq.), n. XIIII—XX epistulae Fausti apud nos IIII—VII et I—III. p. 299 sequuntur Ruricii epistulae. ac Kruschius iisdem subsidiis criticis quibus nos praeter codicem P usus epistulas in hunc ordinem digessit e codicis S indiciis quibusdam, quae in praefationis p. LXXIIII exposuit, neque uero mihi prorsus persuasit, quare ego ordinem usitatum retinere satius duxi, secundum quem primum epistulae dogmaticae, deinde reliquae ad Ruricium scriptae recensentur.

D. FAUSTI SERMONES.

Hoc loco cum de eis tantum sermonibus agendum sit, qui hoc uolumine continentur, de sermonum Faustianorum collectione, quae dicitur Pseudo-Eusebiana, nihil disputabimus et

statim de ceteris Fausti homiliis exponemus. ac primum quidem dicendum de corpore illo homiliarum, quod uno codice Durlacensi continetur, quamquam singulae homiliae aliae aliis quoque locis et codicibus seruatae sunt.

Codex Durlacensis 36 (Caroliruhanus 340) saec. VIIII—X (D) membranaceus paginarum 110 numeratarum litteris anglosaxonicis scriptus est a librario, qui p. 109 de se dicit litteris uncialibus partim rubris partim atris usus: *in nom̃ dn̄i nr̄i ih̄u χp̄i ego reginmaar | ac si indignus uocatus diaconus | ainro et obsecro et rogo et peto et moneo quia scio q̄ ego peccator sum | ut siquis legeret aut recitaverat | hos codices ut me habeat in memoriã eī | et ego habeo symbolũ ut siquis de illa | congregatione legerit quę ẽ congre|gata* || (incipit p. 110) *ad lapidum fluminis*[1]) *ut mę uult | habere in oratione sua quia ego sum in cõm illarum, amen.* erat codex olim Antonii Iulii de Hardt, abbatis Michaelsteinensis, eumque P. I. Bruns in Catalogo bibliothecae D. Antonii Iulii von der Hardt, Helmstadii p. 6 no. 41 hoc modo describit: *Sancti Faustini episcopi sermones scripti charact. merouingico* (sic!) *saec. IX*: cf. praeterea studia nostra de Fausti scriptis p. 96 sqq.

Codex Durlacensis continet 22 Fausti[2]) sermones eodem ordine, quo infra edidimus inde a p. 223—313, digestos et, quamquam orthographico sui saeculi squalore foedatus est, tamen ad exemplar quoddam optimum redit ipse cuiusuis generis interpolationum immunis omnesque pari modo homilias quam minime corruptas tradens, unde comprobatur singulas non undeunde collectas a librario, sed omnes una ex uno libro manuscripto depromptas esse. quam ob rem etiam codicibus, in quibus una alteraue homilia ex illis traditur quique uetustate eum longe superant, multo potior reperitur.

Exstat autem, ut exemplo utar, sermo XII in duobus libris manuscriptis Sangallensibus (B) saec. VIII (n. 221 p. 123) et (A) saec. VIIII (n. 213 p. 155), quorum lectiones uariantes

[1]) Dubium uidetur, num Flums in pago Sangallensi regionis Sargans hic intellegatur, id quod coniecit Alfredus Holder.

[2]) In codice Faustini nomen ubique Fausti loco comparet, sed cf. de hac re studia nostra de Fausti scriptis p. 64.

notis criticis nostrae editionis inseruimus ita comparatas, ut utrumque codicem interpolatum esse nemo non uideat, cf. p. 267, 13 *sua* pro *eius*, 270, 1 *postremo metu* (A *per timorem*, B *p timore*), 270, 9 D *diuicemus* pro *dimicemus*, A *dicamus*, B *dimittimus* et similia, quae abunde in notis occurrunt inquirentibus: adde quod uterque codex sermonem fine destitutum (inde a p. 272, 3) exhibet, noster autem codex Durlacensis integrum praebet.

Simili modo sermonem XIIII continet codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 14086 (S. Germani 1311, olim 264) membranaceus saec. VIII forma octonaria litteris merouingicis scriptus inde a fol. 107ⁿ—110ʳ, sed codice D deterior dicendus est, cum haud raro singula uerba uel sententias omittat (cf. p. 277, 1. 9. 11. 15. 17. 278, 6. 279, 8. 15. 16) et ceteris quoque in rebus neglegenter scriptus uel potius ex mendoso exemplari descriptus sit (cf. p. 276, 20 *admonio* [i. e. *admoneo*] pro *ad omnium*, 277, 12 *exclude se in* pro *exclusos in* [*exclusosem* D], 278, 22 *fugiamus* pro *confugere festinemus*, 279, 11 post *coniugia* interpolator addidit *racionabilia*).

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 3783 (Colbertinus 192, Regius 3596) membranaceus saec. XI forma maxima, cui aliorum quoque sermonum Faustianorum notitiam debemus, de quibus infra dicemus, fol. 90ⁿ sermonem VIIII collectionis Durlacensis exhibet nonnullis locis decurtatum (cf. p. 256, 2—10. 14—15. 258, 19—25) et nariis mendis laborantem.

Quae cum ita esse intellexissem, quamquam in aliis quoque codicibus plerosque ex his 22 sermonibus exstare sciebam, ueluti tertium et ex parte septimum in codicibus Maximi Taurinensis uel complures inter Augustini sermones dubios seruatos in eis codicibus, e quibus illos a se editos esse patres Maurini, Augustini editores, significauerunt, et quamquam in codicibus adhuc mihi incognitis hunc illumue sermonem latere mihi persuasum erat, tamen non dubitaui ad codicis D unius auctoritatem hanc collectionem sermonum recensere, cum alter codex idem homiliarum corpus continens, quoad scirem, non

exstaret, neque ex codicibus singulas tantum collectionis homilias exhibentibus multum lucri redundaturum fuisse, etiamsi eos conquirere potuissem, uiderem. minoris enim momenti menda, quibus D infectus est, maxima ex parte ipse sanaui et pauca, quae restabant, ex Maximi Taurinensis et Augustini editionibus corrigere mihi contigit.

Ceterum addere hoc loco haud superuacaneum puto ea, quae Henricus Schenkelius Uindobonensis e schedulis suis de quibusdam collectionis Durlacensis homiliis in codicibus Britannicis traditis benigne mecum communicauit. atque codex bibliothecae cathedralis Uigorniae (Worcester) 92 saec. XI continet homilias I (n. 3, Fausti nomine praescripto) et III (n. 33). — Codex Cheltenhamiensis 8400 saec. VIII exhibet homilias I (n. 7), III (n. 17), VII (n. 25), XI (n. 9. Sedati episcopi nomine praescripto), XII (n. 10: *admonitio s. faustini*), XV (n. 28, Faustini nomine addito), XVIII (n. 36), XX (n. 50?). — Codex Cantabrigiensis (Pembroke College Cambridge) numeri ordine nondum notatus saec. X continet homilias X (n. 44) et XV (n. 37, Faustini nomine praescripto).

Praeterea addo codicem Barberinum XIII 44 saec. VIII ineuntis continere inter alias V homiliam, cuius rei notitiam debeo Edmundo Haulero (cf. Ephemer. gymn. austr. 1890 p. 721).

Codicibus haud paucis seruata est homilia XII, nam duobus libris Sangallensibus, quorum supra iam mentionem fecimus, accensendi sunt hi: codex bibliothecae Uaticanae Palatinus 216 saec. VIII—X (fol. 96ⁿ), codex Rheinaugiensis 140 saec. VIII (fol. 22), codex Monacensis 14470 saec. VIII—VIII (fol. 62), qui libri omnes Fausto homiliam ascribunt et aeque ac codices Sangallenses extremam eius partem non exhibent. Faustini nomen prae se fert, ut Cheltenhamiensis 8400 saec. VIII, et integram homiliam seruat codex Cassinensis 12 saec. XI (p. 341 *sermo beati faustini episcopi dominica post festum sancti laurentii*, cf. Florilegium Cassinense I 181).

Codicis Durlacensis homilias in unum corpus collectas ego primus edendas curavi ex codicis apographo, quod Alfredus Holder, bibliothecae Carolinae praefectus, confecit et c. r. academia litterarum Uindobonensis meum in usum pretio com-

parauit. singulae collectionis homiliae aut integrae aut singulae earum partes ubi editae exstent, si omnino exstant, hic repetere nolo, cum in notis criticis unicuique sermoni in nostra editione subiectis, quaecumque ad rem faciunt, diligenter enotauerim. cum autem pleraque pars inter Augustini et Maximi Taurinensis sermones reperiatur, quisquis Augustini editionem a patribus Maurinis curatam uel Maximi, quam Bruni confecit, consuluerit, alios quoque codices a nobis consilio hic silentio praetermissos cognoscet. eos autem codices, e quibus ea deprompta sunt, quae Angelo Mai publici iuris fecit uel Fausti editores,[1]) suis locis indicauimus.

Haec hactenus de collectione Durlacensi. transimus ad sermones XXIII et XXIIII, quorum uterque ad monachos directus est, quare coniunctos eos in libris manuscriptis reperiri explicatur. continent autem eos hi codices:

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 2780 (Colbertinus 5230, Regius 4332), quem compendio A signi-
2 2
ficauimus, saec. XIII: fol. 2^{r} *sermo fausti ep̄i ad monachos primus* (incipit: *ad locum hunc, carissimi* = hom. XXIII), fol. 4^{u} *incipit eiusdem secundus sermo* (incip.: *instruit nos atque hortatur),* fol. 9^{r} *item alius sermo eiusdem III* (incip.: *quod supplente et quodammodo* = hom. XXIIII).

Eosdem sermones eodem ordine digestos (fol. 2^{r}, 3^{u}. 6^{u}) seruat codex Parisinus latinus n. 2167 (Colbertinus 2394, Regius 4029, 3) saec. XIII (B). sermonem secundum non edidimus, quamquam Fausti est, propterea quod refertur in numero sermonum Fausti, qui falso nomine Eusebii Emiseni editi sunt (nr. 37), et una cum ceteris sermonibus Pseudo-Eusebianis in altero nostrae editionis uolumine recenseatur necesse est.

Itaque rectius dispositus est codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus 13333 saec. XII (C), qui primum (fol. 1—30) decem Pseudo-Eusebii sermones ad monachos (n. 35—44 collectionis Eusebianae), inter quos tertio loco, ut par est,

[1]) Sermonem XII Fausti editores, ac primus quidem Henricus Canisius, Antiquae lectiones V 120—123, ex codice Sangallensi 213 (A) ediderunt, cf. studia nostra de Fausti scriptis p. 83 sq.

sermonem, qui incipit: *instruit nos atque hortatur,* deinde sermones nostros XXIII et XXIIII (fol. 30[r] et 32[r]) exhibet. qui hos excipit sermo (fol. 34[a]): *detur penitentia secularis,* ex huius codicis auctoritate falso Fausto adscriptum esse a Martene et Durand, Ueterum scriptorum et monumentorum . . amplissima collectio VIIII 141 sqq., eisque, qui ex Martenii editione Fausti sermones denuo imprimendos curauerunt, exposuimus in studiis nostris de Fausti scriptis p. 85.

His igitur tribus libris manuscriptis usi sumus ad textum utriusque sermonis constituendum et codicis C lectionibus facile principem locum concessimus. reliquos codices eosdem duos sermones exhibentes, quorum ego quidem notitiam habeo, uno uerbo hic tetigisse satis est. sunt autem hi: Codex Troecensis n. 1268 saec. XII, codex Escorialensis Q II 22 saec. XII, codex Reginensis n. 245 saec. XII—XIII, in quibus omnibus Fausti nomen homiliis praescriptum est.

Sed exstant libri manuscripti iique uetusti, in quibus Caesarii nomine uterque sermo insignitus est, ut exemplo utar, codices Wirceburgenses theol. f. 24 saec. VIIII et theol. o. 1 saec. VIIII, in quibus duodecim homiliae traduntur, scilicet decem Pseudo-Eusebianae ad monachos et duae nostrae, quae in his codicibus noni saeculi uni atque ei falso auctori Caesario ascribuntur, cum ad ueritatem proxime accedat codex saeculi duodecimi C, qui item sermonum ad monachos collectionem continens singularum, ex quibus constat collectio, partium uestigia integra seruauit et sermones ad monachos ex collectione Pseudo-Eusebiana depromptos non contaminauit cum reliquis Fausti ad monachos sermonibus. conferantur etiam codices Sangallenses n. 193 saec. VIII, n. 194 saec. VI—VIII, n. 558 saec. VIIII, n. 579 saec. VIIII, in quibus omnibus Caesarii homiliae 'numero duodecim' exstant, inter quas Faustianae.

Primum editi esse uidentur sermones XXIII et XXIIII a Luca Holstenio, Codex regularum, quas sancti patres monachis et uirginibus sanctimonialibus seruandas praescripsere, collectus olim a s. Benedicto Anianensi, Parisiis 1663, ubi in appendice p. 41 sqq. Fausti abbatis Lirinensis sermones ad monachos quattuor i. e. duo nostri sermones et duo Pseudo-Eusebiani

XXXVII et XXXXII exstant, quos edidit Holstenius *ex duobus manuscriptis Floriacensibus serenissimae reginae Christinae*, sine dubio ex codice Reginensi 245, de quo modo uerba fecimus, et codice Reginensi 140 saec. VIIII—X, qui fol. 90ⁿ et 94ⁿ duos sermones Pseudo-Eusebianos continet (cf. Reifferscheid, Bibliotheca patrum latinorum Italica I 400). deinde Martene et Durand, Ueterum scriptorum . . . collectio, Parisiis 1733, VIIII 141 sqq. ediderunt Fausti episcopi sermones sex, inter quos tres priores, i. e. duos nostros et sermonem: *detur penitentia, ex ms. domini Chauvelin regiorum sigillorum custodis* significantes his uerbis codicem C (cf. supra p. LVII), quem quarto loco ediderunt *ex ms. Corbeiensi litteris Merouingicis ante annos mille exarato* sermonem, is in collectione Durlacensi n. XIIII exstat huiusque codicis supra p. LV mentionem fecimus. sermones V et VI ad Pseudo-Eusebium spectant (cf. studia nostra p. 85). ex his Holstenii et Martenii recensionibus pendent, quicumque postea in Bibliothecis Patrum Parisinis, Coloniensi, Lugdunensi, Migniana duos sermones Fausti nomine edendos curauerunt. editi autem sunt inter Caesarii quoque homilias ex codicibus sine dubio Wirceburgensibus modo allatis similibus.

Sermones XXV et XXVI exhibet codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus 3783 saec. XI fol. 109ʳ et 110ⁿ, cuius supra iam p. LV mentionem fecimus. sermonem XXV patres Maurini inter sermones dubios Augustini (n. 142) ediderunt et Caesario (cuius nomine editus est in Baluzii editione, Bibl. Patr. Lugd. VIII 820) uindicauerunt. ego inter Fausti scripta recepi codicis Parisini potissimum auctoritate nisus, qui, cum post hunc sermonem exhibeat praescriptione usus *item sermo unde supra* alterum, qui certissimis argumentis Fausto adscribi potest et hoc solo codice seruatur, centum aliis codicibus potior est. ceterum exstat sermo etiam in codice Cheltenhamiensi 8400 saec. VIII (n. 31) et codice Cantabrigiensi (Pembroke College) saec. X (n. 22), quos supra laudauimus quosque haud paucos sermones Fausti collectionis Durlacensis continere uidimus. de fragmentis Monacensibus saec. VII—VIII cf. Hauler, Ephem. gymn. austr. 1890

p. 721. Fausti nomine inscriptam homiliam legisse se in codice Uaticano Angelo Mai in Spicilegio Romano, Romae 1841, V 85 testatur et ipsi patres Maurini ad Augustini sermonem dubium 142 recentiores aliquot libros manuscriptos Faustino eam ascribere dicunt.

Sermo XXVI ab Aenea Parisiensi († 870) in libro aduersus Graecos c. 176 (Migne, Patrol. lat. CXXI 742) laudatur eiusque initium usque ad p. 329, 13 affertur: *sanctus Faustinus episcopus . . . exsequitur dicens* etc. ex codice nostro posteriorem partem ab Aenea omissam edidit Lucas d'Achery, Spicilegium siue collectio ueterum aliquot scriptorum, qui in Galliae bibliothecis delituerant, Parisiis 1723, I 215 (VII 118 editionis l.) *fragmentum sermonis s. Faustini episcopi* ex codice Corbeiensi (S. Germani a Pratis, cod. bibl. Thuan.), quo codex noster intellegendus est, etiamsi Dacherius Fausti loco Faustini nomen edidit, sine dubio Aenae uerbis commotus. integram homiliam quoad sciam nemo edidit.

Sermonem XXVII seruauit collectio illa amplissima homiliarum a Iosfredo monacho inuene iussu Airaldi — sic enim legebatur olim in fine codicis — scripta, quam exhibet codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 3785 membranaceus saec. XI incuntis foliorum 363 forma maxima, fol. 236ᵘ—237ᵘ, textu haud raro deprauato. nec tamen, quin Fausti sermo sit, ullo modo dubitari potest, cf. studia nostra p. 90 sq. equidem sermonem editum nusquam uidi, quamquam Angelo Mai in Spicilegio Romano V 97 haec adnotat: *uidesis nouum eiusdem Faustini de depositione (mortuali) sancti Augustini sermonem uulgauit illustrissimus et doctissimus catalogi codicum Alcobacensium in Lusitania editor eborensis archiepiscopus; sed ne ex hoc quidem sermone notitia ulla Faustini dignoscitur.* quem catalogum codicum Alcobacensium significet Mai, non assequor, cum neque catalogus Olisipone a. 1575 editus neque Memorias de Litteratura Portogueza V 295 huius libri uestigia suppeditent. quod uero negauit Mai dignosci ex hoc sermone notitiam ullam Fausti (Faustini), falsus est, nam compluribus sermonis locis se ipsum exscripsisse Faustum et hoc modo se ipsum prodere l. l. exposuimus.

Sermonem XXVIII exhibet codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 3822 membranaceus saec. X (fol. 146 *ex libris Ioannis Bapt. Lud. Gastonis de Noailles Abbatis de alto Fonte)* fol. 88^{r}—90^{u}. editus usque adhuc non erat, quamquam eundem sermonem eundemque codicem intellexisse uidetur Iacobus Sirmond, cum in opusculo *Augustini sermones noui numero XL,* Parisiis 1631, ad sermonem XXV p. 293 haec adnotauit: *eiusdem argumenti* (scil. de inuentione s. Stephani) *est apud nos* (scil. in codice societatis Iesu Parisiensis) *sermo nondum editus Fausti episcopi fortasse Reiensis de reuelatione s. Stephani, cuius exordium sic se habet* (sequitur exordium nostri sermonis).

Sermones XXVIII—XXXI exhibet codex Reginensis n. 498 saec. XIII—XIIII fol. 71^{u}, 72^{u}, 74^{u}—76^{r} auctoris nomine nullo loco nominato, sed antecedit fol. 70^{r} *tractatus s. fausti de ascensione domini* (inc.: *scire debemus, frs, qd hodierna festiuitas),* qui est Fausti sermo XXVI collectionis Pseudo-Eusebianae, et ipsi tres sermones, qui inter se cohaerent, locis ex alio Fausti opusculo, libros de spiritu sancto dico, depromptis scatent, quare Fausto eos attribuimus (cf. studia nostra p. 40 et 87). Suitbertus Baeumer autem (Katholik 1887 p. 392) Caesarium Arelatensem harum homiliarum scriptorem esse et in codice quodam saeculi octaui eas praenotatas esse: *ex dictis Fausti — sermo s. Caesarii* contendit (p. 394). sed uirum doctum errore inductum hoc statuisse alio loco fusius explanauimus (Ephem. gymn. austr. 1890 p. 298 sq.). ex codice Reginensi primus edidit sermones Angelo Mai in Spicilegio Romano V 85 sqq. codicem a Maio accuratius non descriptum inuestigauit et meum in usum contulit Franciscus Klein Vindobonensis, qui etiam e ceteris codicibus Romae asseruatis, qui homilias Faustianas continent, quae necessaria erant, amice mihi suppeditauit.

Codex bibliothecae Vaticanae Palatinus n. 220 saec. VIII fol. 63^{r} exhibet: *dicta sci faustini: quotienscumque, fratres carissimi, sanctorum martyrum solemnia celebramus* etqs., qui sermo editus est inter Augustini sermones dubios CCXXV olim a nobis in studiis de Fausti scriptis p. 96 Fausto

adiudicatus. in codice Cheltenhamiensi 8400 saec. VIII (n. 102) Leoni inscriptus est, scriptoris nomen prae se non fert in codice Cantabrigiensi (Pembroke College) saec. X (n. 83) a nobis passim laudato. solius codicis Palatini auctoritate adduci non potui, ut eum inter sermones Faustianos reciperem, quamquam aliquot sermonis locos ad Faustum redire non ignoro.

Neque sermonem, qui hunc excipit in codice Palatino fol. 66ⁿ: *item eiusdem de natale d̃ni. natalis d̃ni di*^{f} (i. e. *dies*) *ea de causa a patrib; uotiuet* (lege *uotiuae*) *solempnitatis institutus ẽ,* Fausti esse mihi nunc persuasum est. exstat enim hic sermo, de quo olim in studiis de Fausti scriptis p. 96 certius iudicium ferre mihi non licuit, quod frustra eum quaesiui in Initiis librorum patrum latinorum, in Pauli Winfridi diaconi homiliario (homilia de tempore XXII), ubi ex sancto Isidoro eum depromptum esse additur (Migne, Patrol. lat. LXXXXV 1167). Isidori nomen prae se fert, ut exemplo utar, etiam in codice bibliothecae cathedralis Uigorniae (Worcester) n. 92 saec. XI (sermo XII) neque quemquam, qui genuina Fausti opera nouerit, hunc tractatum potius quam sermonem episcopo Reiensi uindicaturum esse puto.

Quae cum ita sint, nullam fidem meretur codex Palatinus n. 220 in seruandis genuinis sermonibus Faustianis et comprobatur prioris sermonis titulo *dicta s̃ci faustini* exstare priore certe loco non sermonem Fausti ipsum, sed sermonem nescio cuius e Fausti dictis uel scriptis compositum.

De aliis quibusdam sermonibus Fausto immerito a uiris doctis assignatis conferantur studia nostra p. 89. 92. 94. 95.

E. FAUSTI DE RATIONE FIDEI.

Textu Fausti huius uoluminis iam typis expresso me melius facturum fuisse uideo, si Fausti libellum de ratione fidei huic uolumini inseruissem et unam Pseudo-Eusebii (Fausti) homiliarum collectionem, cum qua tractatum illum seu potius homiliam de symbolo a Caspario editam cohaerere supra suspicati sumus (p. XXXII), alteri uolumini reseruauissem (cf. infra p. 348).

duo enim libri, in quibus libellus de ratione fidei impressus exstat, ante plus trecentos annos editi et nisi paucis praesto non sunt. cui incommodo remedium etiamnunc inuenire studeo et appendicis loco libellum Fausti publici iuris facio, qua re multis gratum puto me facturum, quamquam nondum mihi contigit, ut librum manuscriptum nanciscerer, unde editi fluxerunt: quae fuit causa, quod libellum usque adhuc edere non ausus sum.

Atque editio princeps libelli de ratione fidei curata est ab Ioanne Sichardo (Antidotum contra diuersas omnium fere seculorum haereses, Basileae, excudebat Henricus Petri, 1528), qui in epistula dedicatoria ad Sigismundum regem Poloniae data se Petri Tomitii episcopi Cracouiensis humanitate et liberalitate uetustissimorum uirorum monumenta primum proferre in lucem dicit sic noua, *ut totius libri ne quidem apex unus antea, quod saltem sciamus, extiterit uulgo.* continentur autem eo uolumine praeter Iustini, Athanasii, Marii Uictorini Afri, Hilarii Pictauiensis, Ambrosii, Theophili, Idacii, Cyrilli, Procli, Timothei, Uincentii Lerinensis, Prosperi Aquitanici scripta quaedam Uictoris episcopi fidei ratio Hunerico regi Uandalorum reddita, Cerealis episcopi Carthaginiensis aduersus Maximinum, Gelasii episcopi Romani de duabus naturis in Christo aduersus Eutychianistas, Ioannis episcopi Romani de duabus naturis in Christo, Fausti episcopi fidei ratio et aliquot locorum inter se collatio (fol. 239ⁿ—240ⁿ), Antonini episcopi Constantiniensis ad Arcadium exsulem consolatoria, Agnelli episcopi ad Arminium de ratione fidei, Rustici diaconi aduersus acephalos.

Aegre ferimus, quod non addit Sicharius, unde sua hauserit, nisi quod in praefatione codicis cuiusdam Murbacensis et codicis Treuirensis, quorum uterque Athanasii libros de trinitate continuerit, mentionem facit et in margine ad Prosperi libellum de libero arbitrio codicem Laurissensem, ad Agnelli opusculum de ratione fidei iterum codicem Treuirensem commemorat.

Si coniecturae locus est, Fausti parvum libellum ex codice quodam depromptum esse coniecerim, quo alia quoque de eadem re et eiusdem tituli scripta continebantur, uelut Uictoris

episcopi fidei ratio, Gelasii, Ioannis, Agnelli opuscula a Sichario edita. iam si Agnelli de ratione fidei libellus Sichardo teste in codice Treuirensi exstabat, fortasse hodie quoque Fausti opusculum in bibliotheca Treuirensi latet. certe ea mihi retractanda sunt, quae olim in quaestionibus criticis de Fausti scriptis (Ephem. gymn. austr. 1890 p. 299) opinabar, deberi editionem principem opusculi Faustiani Petro Pithoeo (Ueterum aliquot Galliae theologorum scripta, Parisiis 1586, p. 124: *Fausti Regii Galliae episcopi de ratione fidei ad obiecta quaedam responsio*). quem Fausti libellum cum exciperent quattuor Fausti epistulae a Pithoeo ex codice Parisino latino n. 1564 primum editae, ipsum quoque e codice quodam Parisino descriptum esse primo opinatus H. Omontium Parisinum uirum doctissimum per litteras adii et responsum certum tuli non exstare illum in bibliotheca Parisina, neque amplius nunc credo usum esse Pithoeum codice manuscripto, nam utriusque editionis uerbis inter se collatis Pithoeum satis habuisse Fausti opusculum ex Sichardi Antidoto repetere mihi persuasi.

Nobis quoque, cum liber manuscriptus praesto non sit, acquiescendum est in Sichardi editione, quem tamen bonae notae codicem adhibuisse nemo non uidet, cum nullo fere loco oratio hiet uel mendosa esse uideatur. addidimus accurate locos e sacra scriptura laudatos uel ex aliis Fausti scriptis depromptos. fore autem ut in altero Faustianorum operum uolumine postmodum edendo idem opusculum ad codicum auctoritatem recensitum denuo edere nobis liceat, bene speramus.

CAP. III. DE RURICII EPISCOPI LEMOUICENSIS UITA, SCRIPTIS, CODICIBUS.

Ruricius senior aeque atque eius nepos eiusdem nominis episcopus Lemouicensis nobili genere Gallico natus erat, quare a Sidonio in carm. XI 62 *superbus Ruricius* appellatur et in *Epitaphio Ruriciorum episcoporum ciuitatis Limouecinae* a Fortunato composito (carm. IIII 5) laudantur (u. 7 sq.) gemini Ruricii (scil. auus et nepos) iuncti cum gente patricia Romana

Aniciorum, quo spectant etiam extremi uersus carminis (u. 19 sq.):

felices qui sic de nobilitate fugaci
mercati in caelis iura senatus habent.

Uxorem duxit Ruricius Iberiam, filiam Ommatii patricii, ad quem scripsit Sidonius carm. XVII quemque Aquitanum uel potius Aruernum fuisse ex eiusdem carminis uerbis (u. 14) *Galli rustica mensa tui* Sirmondus acute effecit allegans locum Sulpicii dial. I 27, 2: *dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos uerba facturum, uereor, ne offendat nestras nimium urbanas aures sermo rusticior.* itemque ex uersu carminis extremo: *(Christus) hic mihi qui patriam fecit amore tuo* colligitur degisse Ommatium in urbe Aruerna, quam patriam appellare potuit Sidonius, quod ibi saepius commorabatur (cf. p. 17, 6 L.), uxoris domicilium erat atque ipse iam quodam modo ciuis erat Aruernus, antequam factus est episcopus (cf. Mommseni praefatio ad Sidonium Luetiohanni p. XXXXVIII). Ruricio et Iberiae epithalamium confecit Sidonius (carm. X et XI), ex quo uersus 51 sqq. digni sunt, qui afferantur:

. . . *dum festa parat* (scil. Amor) *celeberrima Gallis,*
quae socer Ommatius, magnorum maior auorum
patriciaeque nepos gentis, natae generoque
excolit auspiciis faustis.

cum Sidonius *ab exordio religiosae professionis* carmina pangere desierit, i. e. anno 468 (cf. Mommsen l. l.), ante hunc annum nuptias Ruricii et Iberiae celebratas esse consentaneum est.

Eo tempore degebat Ruricius Gurdone (hodie Gourdon, arrond. Gourdon, départ. Lot), quod oppidum prope Cadurcensem urbem est. qua de re rectissime Kruschius in praefatione ad Ruricii epistulas Luetiohanni editioni Sidonii additas p. LXIII haec dicit: *fundos si ibi possedit, epistulae illi lux affertur, qua Constantium filium, ut 'crastino' Briuae sibi occurrat, admonet* (ep. II 24). *Gurdone enim Lemouices proficiscens, qui fines Cadurcensis pagi excessit, ei Briua pri-*

mum Lemouicense oppidum occurit. praeterea inter se conferantur p. 360, 18 *si propitio deo ad sollemnitatem sanctorum Gurdone uenturi sitis, me recurrentibus scire faciatis* et p. 367, 13 *deposcimus, ut ad sollemnitatem sanctorum ad nos deo propitio una cum sorore uestra uenire dignemini.*

Post uitae huius iactationes ad portum religionis proram salutis conuertisse Ruricium Faustus exsulans scribit (p. 211, 20), quare post annum 477, quo anno Faustum in exsilium missum esse supra p. X exposuimus, Ruricium clericum factum esse patet. nec uero multo post hunc annum, nam cum in epistula libri primi XVI Sidonium episcopum fratrem appellet Ruricius iam factus clericus, quem in epistulis VIII et VIIII dominum patronum alloquitur eo tempore scriptis, quo saeculum nondum cum sacerdotio commutauit Ruricius, Sidonio uiuo, id est ante annum 479, Ruricius mundo ualedixit Fausto imprimis auctore (cf. 352, 6 sqq.) et una cum uxore ieiuniis, orationibus aliisque operibus bonis deo seruiebat (cf. p. 216, 15. 215, 4). sed etiam aliis episcopis familiariter usus est, uelut Sidonio, ad quem tres dedit epistulas (I 8. 9. 16) quique ipse item praeter epithalamium supra commemoratum tres epistulas reddidit (IIII 16. V 15. VIII 10), ex quibus Sidonii epistula IIII 16 cum Ruricii I 8 cohaeret.

Eodem anno, quo Faustus ex exsilio reuertit, a. 485 Ruricius episcopus Lemouicensis factus est, id quod supra p. XXIV ex epistulae Faustianae loco quodam collegimus. erat autem Lemouicum ciuitas (hodie Limoges) exigua atque infirma, ut Ruricius ipse testatur uerbis (p. 417, 24): *si aliis nomen urbium praestat auctoritas, nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas, si quidem multo melius multoque eminentius est ciuitatem de sacerdote, quam sacerdotem de ciuitate notescere.* Sidonius uero in epistula VII 6 ante annum 475 data (cf. Mommseni praefatio p. LII) complures ciuitates, inter quas Lemouicensem, summis sacerdotibus ipsorum morte truncatas nec ullos deinceps episcopos in defunctorum officia suffectos esse dicit (p. 109, 30 L.).

Ruricium episcopum in exsilium missum esse uolunt collatis uerbis p. 370, 8: *per talem uiam nos iter egisse cognoscite,*

per quam nec ad paradisum, non dicam ad exsilium quisquam ire desideret, quae uerba non de Ruricii exsilio intellegenda esse mihi persuasum est, praesertim cum nullo alio loco Ruricius exsilii mentionem faciat.

Infirma atque aegra ualetudine usus est Ruricius, cuius infirmitatem cum non compatientis, sed perferentis dolore participaret Eufrasius episcopus (p. 448, 8), litteras dedit ad illum II 22. hieme dicit se esse fortiorem solito, aestiuis diebus etiam in hospitio suo et locis frigidis ipsam consuetudinariam infirmitatem sustentare uix ualere (p. 417, 14). quae causa fuit, quod muneri episcopali haud raro sufficere non potuit. anno enim 506 *(sub d. III Idus Septembris Messala u. c. consule,* cf. Conc. Gall. coll. I 795) Caesario Arelatensi praesidente concilium Agathense habitum est, et, quamquam pridem iam sanctum erat, ut, *si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam uice sua dirigat* (cf. Conc. Gall. coll. I 562), Ruricius neque uenit neque procuratorem misit, sed litteras tantum per diaconum Ueri episcopi [1]) Agathen direxit, quas non recepit Caesarius, ut scribit in epistula de hac causa ad Ruricium data (p. 448, 20). Ruricius cur ad synodum non uenisset, exposuit ep. II 33 dicens fecisse hoc infirmitatem, non uoluntatem (p. 417, 12).

In eadem Caesarii epistula synodi Tolosanae proximo anno 507 habendae mentio fit: *indico pietati uestrae, ut, quia filius uester Eudomius, si potuerit, hoc elaborare desiderat, et superueniente anno Tolosa synodum Christo propitio habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos uult episcopos conuenire.* Eudomius, quod episcopos congregaturus erat, episcopus ipse fuerit necesse est; sed mirandum est, quod in epistula ad Ruricium data *filius uester* appellatur, quare scribendum esse *filius noster* coniecerim, quibus uerbis facile uti poterat Caesarius episcopus metropolitanus. ne huic quidem concilio interfuit Ruricius, nam Sedatus episcopus Nemausensis in epistula ad Ruricium data haec dicit (p. 446, 20): *uehe-*

[1]) *Leo diaconus missus a domino meo Uero episcopo Turonicae ciuitatis,* cf. Conc. Gall. coll. I 798.

menter optaui, ut ad necessitatem istam, quae hic (scil. Tolosae, cf. p. 447, 4 *non prius ego a Tolosa reuerterer) nos exhibuit, ueniretis* et (p. 446, 23): *posteaquam me praesentiae uestrae spes frustrata est.* cui respondet Ruricius ep. II 35 diuersam membrorum infirmitatem restitisse et tenuitate exesi corporis, quod duo pedes prae defectione sustinere uix possent, impeditum se esse, quominus ad synodum condictam ueniret.

Anno concilii Tolosani si corpore adeo inualido erat Ruricius, non multo post eum diem supremum obiisse ueri simile esse cum Kruschio statuimus. ex epitaphio, quod composuit Fortunatus Ruricio eiusque nepoti Ruricio iuniori item episcopo Lemouicensi, Ruricium nostrum ecclesiam s. Augustini in Lemouicum urbe aedificasse comperimus (Fort. carm. IIII 5, 11):

tempore quisque suo fundans pia templa patroni
iste Augustini condidit ille Petri.

inde lux affertur epistulae II 64, in qua columnarum mentio fit, quas Clarus episcopus subministraturus erat Ruricio ad illius ecclesiae exstructionem necessarias.

Restat ut de eis pauca uerba faciamus, qui cognationis uel affinitatis uinculo cum Ruricio iuncti erant. ac de Iberia, filia Ommatii Aruerni, Ruricii uxore supra iam uerba fecimus. liberos ea ex Ruricio peperit, quoad sciamus ex epistulis Ruricianis, Ommatium, Eparchium, Constantium, Leontium, Aurelianum filiamque, quae nupsit Agricolae. atque Ommatius, ad quem dedit Ruricius epistulas I 18 et II 28, quemque *pater erudiit, nutriuit, ad sacerdotium usque perduxit* (p. 412, 21), in dioecesi Aruerna uixit, unde eum 'senatoribus ciuibusque Aruernis' ascribit Gregorius Turonensis (hist. Fr. X 31), et postea episcopus Turonensis factus est. alter filius Eparchius aeque atque Ommatius sacerdotium nactus Aruernis ab Aprunculo episcopo suo a matre (scil. ecclesia) exclusus erat (p. 438, 22) et una cum Ommatio litteras misit ad patrem (p. 437, 9. 438, 1), ut is intercessor exsisteret apud Aprunculum. tertius filius Constantius, ad quem dedit Ruricius epistulam II 24 (et fortasse ep. II 43), *Baccho et puellarum choris deditus* (p. 409, 22) Gurdone fortasse degit, quod Briuae crastino temporius Ruricio

occurrere iubetur (p. 410, 3; cf. supra p. LXV). Leontius et Aurelianus quin Ruricii filii carnales fuerint, equidem non dubito. erant enim apud Uictorinum episcopum fortasse Foroiuliensem, qui nominatur in actis concilii Agathensis anno 506 habiti, cui tamen non ipse interfuit, sed Iohannem presbyterum Agathen misit. ad Uictorinum igitur hunc litteras dans Ruricius dicit (p. 425, 13): *ad augendam circa nos caritatem uestram duo lumina nostra detinetis, Aurelianum dico atque Leontium,* et paulo post (p. 425, 21): *rogo, ut praefatos dulcissimos stimulos pectoris mei nostro nomine sospitetis,* quae uerba nisi de filiis carnalibus scribere non potuit. adde quod in epistula II 49 ad Apruneulum episcopum Aruernum data legimus (p. 432, 1): *unde per hominem filii mei Leontii has ad apostolatum uestrum dedi,* ubi patrem de filii homine quodam loqui non est mirandum, quod apud Aruernos complures familiae Ruricianae amici erant, de quibus mox dicendum est, atque Ommatius et Eparchius fratres, ad quos facili negotio hominem Leontius apud Uictorinum degens mittere poterat, ita ut illum etiam Ruricium prius adire iuberet. ignotum est nomen filiae Ruricii, quam in matrimonium duxit Agricola, ad quem misit Ruricius epistulam II 32. in ea *domnam filiam suam desiderio et honore, quo dignum est, sospitat* pater (416, 24) et *ancillam* commendat Agricolae, *quae largitate diuina utrosque nos sibi parauit obnoxios, uos auos faciens sua fecunditate, nos proauos* (p. 416, 23). intellegenda est Papianilla, Agricolae nurus,[1]) quam uxorem duxit Parthenius, Agricolae filius, Ruricii nepos. *dulcissimis* autem *nepotibus Parthenio et Papianillae* epistulam Ruricius inscripsit II 37 (cf. etiam p. 422, 3). Agricola ille frater fuisse uidetur Papianillae, uxoris Sidonii, atque Auiti postea imperatoris filius (cf. Sidonii ep. I 2 et II 12 et Sidonii stemma a Mommseno in praefatione ad Luctiohanni Sidonium p. XXXXVII

[1]) Uerba enim Ruricii ad Agricolam p. 416, 21 *ut, quo eam suscipere tanti habuistis affectu, semper foueatis indultu* de nuru tantum, non de filia dicta esse possunt, ut ipse Ruricius alio loco (p. 375, 26) de sua nuru, filia Namatii et Cerauniae, dicit: *perdidi filiam, quam et me suscepisse et uos genuisse gratulabar.*

confectum) et clericus factus est, cf. p. 415, 20 *habitu animoque mutato* et p. 415, 26 *superest, ut nunc conuersionem, quam protulistis in ueste, probetis in corde.* Papianillam a Parthenio coniuge interfectum, Parthenium ipsum anno 548 a Francis lapidibus obrutum esse tradit Gregorius Turonensis, hist. Franc. III 36.

Praeterea e Ruricii epistulis comperimus unum ex filiis Ruricii ab Hesperio Aruernis[1]) educatum esse, cf. ep. I 5 et p. 356, 4 *commendantes tibi pignus nostrum, depositum tuum, cuius nos susceptione cepisti. tibi enim spem posteritatis meae, tibi solamen uitae praesentis et leuamen . . futurae, tibi uni omnia mea uota commisi.* haec uerba scripsisse uidetur Ruricius, cum nondum plus unum suscepit filium ex Iberia, puto Ommatium, postmodo clericum Aruernum, quem aliis quoque locis supra allatis maioris affectus uerbis magisque laudat quam reliquos filios.

Ruricii filio nescio cui filia Namatii et Ceraunae, quibus inscripsit Ruricius epistulas II 1—4 (Namatio etiam ep. II 5 et 62, Ceraunae II 15 et 50), nupsit, cf. p. 372, 13 *priusquam fiat pignorum nostrorum uotiua coniunctio* et p. 374, 14 *filiorum coniunctione conectimur,* sed praematura morte abrepta est, cf. p. 375, 26 *perdidi filiam, quam et me suscepisse et uos genuisse gratulabar.*

Qui fuerint parentes Ruricii iunioris, quem senioris nepotem et episcopum Lemouicensem fuisse ex Fortunati epitaphio supra memorato scimus, non liquet.

Fratrem habuisse Ruricium Leontium, ad quem dederit epistulam II 42 quemque etiam in ep. I 8 commemoratum *(codicem, quem de fratre meo Leontio me recipere iusseratis)* una cum omni domo Ruricii Faustus salutauerit (p. 215, 11 *indiuiduum filium nostrum Leontium omnemque domum, pusillos cum maioribus, pio sospitamus officio),* Kruschius censet l. l. p. LXII. sed nulla re comprobari potest eum, quia a

[1]) Cf. Sidon. ep. IIII 22 p. 72, 19: *Hesperius . . . nuper urbe cum rediit e Tolosatium,* id quod episcopus Aruernus nisi de homine Aruernis degente scribere non poterat.

Ruricio frater appellatur, germanum eius fuisse. Fausti autem uerba quin de Leontio Ruricii filio intellegenda sint, nullus dubito. pergit Kruschius l. l.: *quos filios appellat (Ruricius) Leontium, Rusticum, Seuerum, quaeri potest, num carnales intellegat.* at fuisse Leontium reuera filium carnalem Ruricii supra ostendimus, contra Rusticus et Seuerus non magis Ruricii filii erant, quam Hesperius, Capillutus, Praesidius, Uittamerus alii a Ruricio filii appellati. immo uero patris Seueri Ruricius ipse mentionem facit p. 439, 7 *erga me bonae memoriae patris uestri non solum retinetis, sed etiam uicistis affectum.*

Quae hic disputauimus, ut melius intellegantur, Ruricii stemma depingo hocce:



Cui stemmati adde nomen filiae Namatii et Cerauniae, unius ex filiis Ruricii uxoris.

Ruricius scripsit epistulas in duos libros redactas, quorum prior continet epistulas 18, posterior 65 uel 64, si epistulam 53, quae ad uerbum concordat cum ep. 12, librarii errore repetitam esse cum Kruschio existimas. quibus addendae sunt 8 epistulae ad Ruricium scriptae (p. 443—450) et 5 Fausti epistulae ad Ruricium datae (p. 208—219). neque homines theologi neque historici ex eius epistulis multum lucrantur, non enim tractantur in eis quaestiones theologicae, ut in quibusdam Fausti epistulis, neque ad tempora Ruricii accuratius cognoscenda multa inde colligi possunt, ut ex Sidonii epistulis. quae ad rectius intellegendas eas necessaria esse uidebantur, ea in indice nominum et rerum breuiter adnotauimus.

De Ruricii elocutione exstat Sidonii iudicium (p. 138, 2 L.): *stilum uestrum quanta comitetur uel flamma sensuum uel unda sermonum, liberius assererem, nisi, dum me laudare*

non parum studes, laudari plurimum te uetares. neque dubito, quin reuera Sidonii plausum tulerit stilus Ruricii, quem Sidonium imitandum[1]) sibi proposuisse inter omnes constat. neque minus notum est Ruricium aliorum scriptorum epistulas aeque ac suas ipsius compilauisse et ab aliis bene inuenta sua fecisse. Sulpicii Seueri de ultimo iudicio epistula Ruricium usum esse Baluzius in Miscellaneorum libro I. (Parisiis 1678) eam edens in praefatione dicit, cf. Seueri epistula c. 1 (p. 219 Halm): *persaepe ad uos uenire uolui, sed usque adhuc impeditus sum, obsistente eo, qui conuenit obsistere* et Rur. ep. II 9 (p. 383, 11): *crebrius uoluimus . . scripta dirigere, sed prohibiti sumus usque nunc prohibente nimirum illo, qui bonae uoluntati consuenit semper obsistere;* Seu. c. 2 (p. 220 H.): *ne manum aratro inserens retrorsum conuersa respicias, quo . . ordinem suum necesse est sulcus amittat* et Rur. ep. I 18 (p. 371, 3): *neque stiuam tenens . . retro respicias, ut directum lineae sulcus amittat.*

Cassianum quoque exscripsit Ruricius, ut intellexi ex his locis secum comparatis: Cassian. de incarn. dom. contra Nestorium praef. (p. 235, 9 Petschenig) *producens me ex illo praemeditati silentii recessu in publicum formidandumque iudicium et noua subire cogis adhuc de praeteritis erubescentem* et Rur. ep. I 3 (p. 355, 13) *producens me ex tutissimo silentii recessu ad publicum formidandumque iudicium et in uita iam ueteri noua subire compellit;* Cassian. ibid. p. 236, 11 P.: *pareo obsecrationi tuae, pareo iussioni. malo enim de me ipso tibi quam mihi credere, maxime quia id tecum amor Iesu Christi domini mei praecipit, qui hoc ipsum etiam in te iubet* et Rur. ep. II 41 (p. 426, 4): *pareo uoluntati uestrae, pareo iussioni. malo enim de me ipso tibi magis quam mihi credere, quia pietatis non potestatis est, quod iubetis.*

Se ipsum autem, Faustum aliosque, qui ad eum litteras dederunt, quam impudenter Ruricius exscripserit, ex notis nostrae

[1]) Quo imitandi studio inductus etiam hendecasyllabos temptauit Ruricius ep. II 19.

editionis criticis luculenter apparet et hic ad epistulam II 52, quae tota ex aliarum epistularum laciniis constat, legentes rettulisse sufficit. qua de causa fides non habenda est eius uerbis sermonem suum rusticum dicentis (p. 357, 2. 403, 23. 426, 3), immo uero eiusmodi affectatae modestiae uerbis sermonis elegantis laudem sibi quaesiuisse uidetur.

Epistulae Ruricianae in eodem codice Sangallensi n. 190 saec. VIIII (S) traduntur, quo epistulae Fausti, inde a p. 132—277 eodem ordine, quo eas in editione digessimus, non chronologico. praecedunt quinque epistulae Fausti ad Ruricium a nobis p. 208—219 recensitae (p. 66—83), aliorumque epistulae ad Ruricium datae (uide infra p. 443—450), atque Graeci quidem p. 84, Uictorini p. 85—86, Taurentii p. 86—89, Sedati duae p. 89—91, Eufrasii p. 91—92 et post duas Fausti epistulas (uide supra p. XLVII) epistula Caesarii p. 126—128, Sedati p. 128—130. sed extrema illa epistula uerbis *quae dicerem ne omnino* (cf. infra p. 450, 22) desinit, quae sequuntur in S, quamquam lacunae uestigium non apparet, *quique etiam pari contrarietate . . . . . capillos uale* Sidonii epistulae II 1 (p. 21, 5—22, 7 L.) uerba sunt. itaque in archetypo folium unum deperditum fuisse, in quo extrema epistulae Sedati pars et initium epistulae Sidonianae exstabat, apparet, cum ex indice uetusto, qui in codice nostro p. 2 exstat (cf. supra p. XLVII), compertum habeamus Sedati epistulam reuera excepisse aliquot Sidonii epistulas nunc in codice non amplius exstantes, scilicet ad Constantium, Eucerium, Tetradium aliosque. inter quas quod non nominata est epistula illa II 1, folium extremam Sedati et priorem Sidonianae epistulae partem exhibens iam deperditum erat eo tempore, quo index ille uetustus confectus est.

Codex Parisinus bibliothecae nationalis latinus n. 11378 hoc modo inscriptus est: *Anicii Ruricii Aquitani Lemouicensis Episcopi ac quorumdam uirorum illustrium ad ipsum Epistolae omnes quae exstant, ex membranis manuscriptis Celeberrimi Monasterii S. Galli apud Heluetios ab Henrico Canisio I. C. olim editae, nunc primum multa cura emendatae, in compluribus locis restitutae, notisque criticis et historicis illustratae, in Gallia et seorsum prodeunt studio*

et labore Ioannis Dantonii I. C. (nomine deleto manus altera superscripsit F. I. L. M. B.). paginas 1—120 epistularum textus, p. 121—188 notae occupant. hanc esse Stephani Baluzii recensionem, quem editionem Ruricii parasse typis non expressam constet (cf. Agobardi opera ed. Baluzius, Parisiis 1666, notae p. 28), Kruschius opinatur. sed uereor, ne falsus sit uir doctus, nam in catalogo impresso hic codex hoc modo describitur: *édition des lettres de Rurice, évêque de Limoges, préparée par le P. Danton XVIII s.* utut autem res se habet, in crisi epistularum Ruricianarum factitanda hic liber manuscriptus, cum uno codice Sangallensi uitatur, nullius auctoritatis est.

Ruricii epistulas primus edidit ex codice Sangallensi Henricus Canisius in Antiquae lectionis tomo V (editionis Basnagianae uol. I) una cum Fausti epistulis, unde in Bibliothecas Patrum Coloniensem (a. 1618 uol. V part. III), Parisinam (a. 1644 uol. III), Lugdunensem (a. 1677 uol. VIII), Mignianam (Patrol. lat. uol. LVIII) transierunt. nouam recensionem instituit Bruno Kruschius, cf. supra p. LIII.

Haec de Fausto et Ruricio praefatus, priusquam disputationis finem faciam, pauca de meae editionis ratione atque consilio addam. ac primum quidem apte me hoc loco uno obtutu componere puto ea, quae in textus Faustiani atque Ruriciani recensione mea, quam ante plus duos annos absolueram typis describendam, mutata nunc uolo. retractaui autem quaedam fusius in his prolegomenis, pauca in disputatione: Beiträge zur Kritik und Erklärung der Briefe des . . Faustus und Ruricius (Ephem. gymn. austr. 1890 p. 677—699), quos locos hic una cum typographi erroribus grauioris momenti, quos suo tempore corrigere neglexi, paginarum seriem secutus breuiter indico,[1]) simulque reliqua addo, de quibus hodie aliter atque ante hos duos annos iudico.

[1]) Compendio P significo Prolegomena, littera E laudatam ephemeridem, litteris t. e. typographi errata.

P. 6, 5 lege: *in baptismo,* P p. XXXVII. — p. 7, 26 dele notam, P p. XXXV. — p. 10, 12 lege: *mortalem,* P p. XXXVI. — p. 11, 13 dele notam, P p. XXXV. — p. 17, 13 lege: *transfigurat,* P p. XXXVII. — p. 21, 1 fortasse *refugire* cum codice legendum est aeque ac p. 17, 4 *fugire* et 46, 2 *transfugire.* — p. 22, 12 *secunda* uncinare non debebam, P p. XXXV. — p. 28, 1 lege: *remedium,* P p. XXXVII. — p. 36, 25 lege: *illuc,* itemque p. 91, 14 et 96, 18, P p. XXXVII. — p. 38, 23 interpunge: *uoluntas, quae libera est a deo data, corrigitur.* — p. 43, 15 potius *sensum* quam *consilium* addendum erat, cf. P p. XXXVI not. 1. — p. 45, 10 et 15 commata, non puncta exaranda erant. — p. 46, 29 et 78, 5 interrogationis signa supplenda sunt, p. 46, 27 comma post *et* delendum est. — p. 50, 21 dubitari potest, an *captae ciuitatis* uel *captiuae ciuitatis* (cf. lin. 20) pro *captiuitatis* legendum sit. — p. 51, 19 lege: *aequalitates,* P p. XXXVII. — p. 64, 10 recte edidimus: *qui praeuidet peccatorem, ergo ipse causa peccati est,* quamquam ex corrupta codicis lectione *peccatorum* quispiam fortasse *peccatum* eliciat, quod caue, ne reponas: nam etiam l. 12 Faustus peccatorem, non peccatum nuncupat: *praescit deus homicidam.* — p. 69, 28 sqq. scribendum est: *. . perdocuit. dum, inquam, dicit . . . . clauserunt, nonne tibi uidetur uelut interrogantibus . . . . euidentem protinus dedisse rationem? da causas (de causas* codex, *de causis* editio princeps), *propter quas non uideant neque intellegant. quia* etqs., cf. p. 46, 20 *da causas, quibus baptizatus adhuc intra debitum originale consistat,* ubi codex pari modo *de causas* exhibet. — p. 75, 17 legendum est: *moderator generosam esse cupiens facturam suam etiam post ruinam, inclinatam licet hominis uoluntatem . . . non famulam iubens (iubent* cod.) *esse, sed dominam, . . . conlocauit; inclinatam* cum *licet* coniungendum est (cf. p. 78, 26 *inesse homini licet adtenuatam uoluntatis propriae libertatem minime dubitabis).* — p. 79, 8 dele comma post *uirtus.* — p. 82, 25 uidetur legendum: *in contemptu,* cf. index s. u. in *pro ablatiuo causae (= propter).* — p. 83, 1 nunc legendum censeo: *ac sic oboediens inoboedientis (oboedientis* codex) *accusat reatum,* nam subiectum

abesse hic posse nego et apte uocula *oboediens* subiecti munere fungitur propter uerba sequentia *qui placuit per obsequium.* adde quod coniectura nostra optime corruptela codicis explicatur, cuius librarius ab una uoce ad alteram aberrauit: *oboedi⟨ens inoboedi⟩entis.* — p. 87, 26 lege: *sint,* P p. XXXVII. — p. 89, 26 comma post *laudasti,* 90, 9 punctum post *irasci* reponendum est. — p. 90, 3 lege *ac loqui* pro *et loqui,* P p. XXXVII. — p. 90, 4 uerba *deum conuersione placari* fortasse melius insequenti capitulo, quo agitur de Neniuitis, assignare et post *Daniele* lacunae signum reponere poteram. — p. 92, 10 lege *oculus* (t. e.). — p. 93, 29 nunc lego: *tollamus eum de potestate peccati.* — p. 94, 24 lege *hominem (hominum* e. t.) et transpone interrogationis signum post *nostrum.* — p. 103, 12 legendum censeo: *soli te ⟨dei⟩ debere noueris maiestati.* — p. 110, 23 lege: *dicunt,* P p. XLV. — p. 111, 4 lege: *per Esaiam,* P p. XLV. — p. 111, 20 lege: *adhuc,* P p. XLV. — p. 112, 22 lege: *uideamus, ne* et 113, 18 *uide, ne;* de *ne* pro *num* cf. index. — p. 116, 24 uerba *uel maiestatis* uncis includenda erant, P p. XLV. — p. 117, 15 uerba *alia specialiter* inter se transponenda sunt, P p. XLV. — p. 120, 27 pro *repletus* scribe *de,* P p. XLV. — p. 122, 4 lege *spiritu* (*spiritus* t. e.). — p. 128, 18 *procedit* litteris diductis scribendum erat. hic enim est sententiae sensus: *hoc* (scilicet *est [qui est, misit me]*) *similiter indicat et (= etiam) procedit (qui a patre procedit),* quare pergit Faustus: *esse enim et procedere unius sempiternitatis expressio est.* — p. 130, 15 lege *aut* pro *an,* P p. XLV. — p. 133, 19 *incorruptellam* codex V praebet, per errorem in textu posui *incorruptelam.* — p. 150, 11 dele comma post *confirmatio.* — p. 154, 17 uidetur scribendum: *quia superius accepimus* (*accipimus* codices). — p. 168 ex Gennadii uerbis ad l. 3 allatis posteriorem tantum partem pertinere ad Fausti epistulam tertiam supra p. XIX exposuimus. — p. 169, 2 *etenim* mutandum est in *enim,* quod initio enuntiati positum Fausto uindicare codicis auctoritate adiutus non dubito, cum idem usus apud comicos et Apuleium imprimis reperiatur (cf. Georgesii lexicon) ideoque in sermone plebeio eum omnibus temporibus

uiguisse pateat. — p. 169, 18 lege: *illi,* E p. 678. — p. 172, 24 *et* delendum et *compellere* scribendum est. E p. 688. — p. 182, 7 lege: *aliquis,* E p. 681. — p. 187, 5 et 188, 3 retinendum erat *inquam,* E p. 683. — p. 188 in notis adde: '21 cf. liber testimoniorum contra Donatistas in Pitrae Analectis sacris et classicis Spicilegio Solesmensi paratis (uide supra p. XVIII), ubi in Auctariorum capite primo p. 158 haec exstant: *Interrogatio: Deus ubi est? — Responsio: Deus non alicubi est. quod alicubi est, continetur loco; quod continetur loco, corpus est;*' E p. 683. — p. 189, 1 fortasse recte exstat in S *quae cum sint,* cf. p. 115, 19. — p. 193, 21 fortasse scribendum: *inque ⟨homine⟩ hoc est potentia ex gratia, quod ⟨in deo⟩ natura,* E p. 685. — p. 203, 7 uide E p. 686. — p. 204, 25 lege: *ut dei ⟨pater⟩ pater hominis sit,* E p. 686. — p. 205, 8 pro *qui si* scribendum est *quae ⟨cum ita⟩ sint*[1]) et lin. 10 interrogationis signum delendum, E p. 686. — p. 205, 22 scribendum erat cum codicibus *superueniente in uirgine sancto spiritu,* non *uirginem,* uide eiusmodi ablatiui usus exempla in indice s. u. in *cum ablatiuo* congesta. — p. 207, 17 lege *retineas* pro *te timeas,* E p. 687. — p. 210, 11 lege: *tam arduo ⟨officio⟩ sufficiens,* aliter iudicaui de hoc loco E p. 678. — — p. 210, 25 retinendum erat *consolatio,* cf. index s. u. — p. 212, 24 scribendum uidetur *uelut* pro *uel* coll. p. 198, 11. — p. 214, 20 recte fortasse codex praebet *subfarcinatus.* — p. 236, 13 lege *agere (agare* e. t.). — p. 247 adde in notis 2: *exstat prior pars usque ad p. 249, 16 inter Augustini sermones dubios 136, 1—3 (39, 2013 Migne) et Maximi Taurinensis homilias 22 (57, 269 Migne), posterior in Augustini sermone spurio 90, 1—5 (39, 1918 Migne) et paulo immutata in Pseudo-Eusebii homilia 5.* — p. 354, 24 uerba in codice falso transmutata esse uidentur et hoc modo reponenda: *praesta conantibus adiutorium, trade peccatoribus remissionem.* — p. 360, 19 lege *Gurdone,* non enim flectit nomina urbium Ruricius. — p. 368, 21 *domino* (*domini* e. t.). — p. 369, 30 Ruricius uerborum lusus amantissimus scripsit *infelicium feli-*

[1]) In eadem phrasi *ita* omisit codex S p. 189, 1

cum (idem codex praebet). — p. 372, 20 pingui Minerua conieci *uobis,* cum rectissima sit codicis lectio *uestris.* — p. 373, 26 Kruschii coniecturam *quod deest numero, . . auctum agnoscatis in marito* pro *in merito* iam reprobaui E p. 694, ubi poteram ad codicis lectionem probandam haec afferre exempla ex Fausti scriptis deprompta: p. 328, 26 *si non proficit ad numerum, proficit ad meritum* et p. 124, 20 *in terrenis negotiis arrhae quantitas contractus illius, pro quo intercesserit, quaedam portio est, pignoris uero ratio meritum rei, pro qua deponi uidetur, excedit.* — p. 388, 11 Ruricius uerba *quo fit, ut humanitati . . . . . participent* aut ex Leporii libello quodam aut ex Cassiani contra Nestorium libro I 5, 7 (p. 244, 5 Petschenig), ubi Leporii uerba: *unum fit uerbum et caro, ut . . . et humanitati diuina communicent et diuinitati humana participent* afferuntur, deprompsit. — p. 393, 13 comma post *uoluntatis* delendum est. — p. 393, 22 nunc lego: *quem ego testem adhibeo professioni meae nec de initio simultatis me esse culpabilem nec in corde meo deinde (de* codex) *quicquid actum est dictumue, resedisse.* aptissime enim *deinde* opponitur uerbis *de initio simultatis* et per compendium (fortasse *dē*) scriptum fuisse *deinde* in archetypo nostri codicis elucet collata p. 201, 2, ubi codex S *dñe* pro *deinde* praebet (cf. E p. 682). — p. 400, 21 legendum est: *exigit solliciti cordis affectus, ut inperiti oris* (non *inperitioris) promatur affatus,* cf. p. 425, 20 *oris affatus — cordis affectus.* — p. 403, 2 *ubi deest effatus, siletur affectus* Ruricius mihi scripsisse uidetur *affatus,* cf. p. 364, 29 *si displiceret affatu, placeret affectu,* 400, 21 *exigit cordis affectus, ut inperiti oris promatur affatus,* 425, 20 *quantum potest promere oris affatus, non quantum cordis poscit affectus.* — p. 407, 16 comma non post *participes,* sed post *lectione* exarandum erat. — p. 410, 20 nescio an scribendum sit: *indico . . nos non paruum quidem sed . . uoluptuosum a uobis reuersos (reuersu|s umsisse* S^1, *reuersū sumsisse* S^2) *negotium.* quid enim sibi uelit *negotium a uobis reuersum,* non assequor, nisi forte idem significare quod *negotium a uobis profectum* quispiam opinatur. ceterum ipse

librarius codicis S primo *reuersus sumsisse* (i. e. *reuersos*) scripsisse uidetur. — p. 411, 7 malim: *si dominus piae definitioni nostrae* (*uestrae* codex) *tribuetur fautor.* — p. 425, 18 dubitari nequit, quin *perfectioni* pro *profectiomi* scribendum sit, cf. sequentem uocem *incipientia* et p. 357, 5 *ad quam rem ego perfectionem tuam non ignorantiae uitio . . . arbitror descendisse.* — recte fortasse Kruschius p. 432, 1 *exegit mutui amoris affectus . . . litteras destinare, etiamsi non se occasio oportuna porrigeret* (codex *porregerit*) restituit, nam eodem plane modo imperfectum tempus exstat p. 383, 26 *inrigastis, ut, quamlibet nulla munera perciperem, praesentiam uestram possideam* et p. 393, 10 *quamlibet litteras non perciperem, tamen has ad uos direxi.* quae si recte se habent, etiam altero loco codicis lectio immutanda est p. 437, 25 *ante diem, quam litteras acceperim, conpresbyterum meum ad germanitatem uestram direxeram* et *acciperem* reponendum. quam mutationem qui non probauerit, priore etiam loco codicis lectionem *porregerit,* quam perfecti formam in sermone uulgari exstitisse certo scimus, retineat oportebit (cf. E p. 692). — p. 449, 10 lege *noster* pro *uester,* cf. P p. LXVII.

Cum pleraque scripta, quae hoc uolumine continentur, uelut libri de gratia et Fausti Ruriciique epistulae singulis codicibus tradita sint, in eis recensendis imprimis id egi, ut unius, qui exstaret, codicis speciem quam religiosissime conseruarem, quae per se spectata ferri poterant, in textum recipere non dubitarem minutissimasque discrepantias in notis adnotarem. textu igitur nostro cum lectionibus in notis commemoratis comparato accuratam codicis imaginem repraesentari scito. neque quod ad orthographiam attinet a formis unico codice traditis, si omnino latinae erant, recedendum mihi esse putaui tutiusque mihi uisum est eas relinquere intactas[1]) quam meo Marte antiquam scribendi consuetudinem reuocare,

[1]) Aegre fero, quod in priore parte huius uoluminis aliquoties parum pressi codicis uestigia neque *Samuhel, Danihel, Israhel, Sarra* (p. 71, 10) similesque formas retinui.

id quod nuper Kruschius fecit in Fausti et Ruricii epistulis, qui codicis Sangallensis orthographicae discrepantiae et in textu et in notis suppressae specimen prolegomenis inseruit saeculi noni scribendi rationem non debere obtrudi quinti saeculi scriptori dictitans. quamquam enim non is sum, qui hac in re codicum auctoritati nimium tribuam, tamen antiquam scribendi rationem saeculo quinto in usu fuisse praefracte nego. iam cum de saeculi quinti scriptorum orthographia certi quidquam statuere nondum liceat, ad Gallici certe scriptoris saeculi quinti manum propius accedemus Gallici librarii saeculi noni orthographia reiectis iis, quae aperte posteriorum temporum sunt, usi, quam nisi praeceptis a grammaticis Quintilianeae aetatis datis. in eis scriptis, quae pluribus codicibus traduntur, forte fortuna accidit, ut uti nobis liceret et in libris de spiritu sancto et in plerisque sermonibus libro perbono ceteris longe praestanti, cuius lectiones omnes in notis afferimus quemque ducem secuti sumus etiam in rebus orthographicis.

Restat ut pauca de indicibus in fine uoluminis adiectis dicam. atque in indice nominum et rerum ea breuiter afferre haud superuacaneum duxi, quae ad epistulas imprimis Fausti et Ruricii rectius intellegendas necessaria essent. qui enim eas legerit, facilius indicem, quo paucis uerbis scitu dignissima componuntur, quam prolegomena, quibus eadem fusius tractantur, consulturum esse arbitror. in indice autem uerborum et elocutionum non, quae uni Fausto propria essent, solum, sed etiam, quae Fausto cum scriptoribus posteriorum temporum communia essent, congessi, quod ea est Fausti elocutio, ut prorsus desint, quae apud alios eiusdem aetatis scriptores Gallicos frequentissime reperiuntur. quam ob rem, ne quis talia ei obtrudat, caueat et inprimis in rebus ad syntaxin, quae uocatur, spectantibus intra eos fines sese contineat, quos in indice nostro elocutioni Faustianae constitutos uiderit.

A. Engelbrecht.

I.

DE GRATIA LIBRI DUO.

P = codex Parisinus lat. 2166 saec. VIIII.
e = editiones uel omnes uel una alteraue.

PROLOGUS.

PROFESSIO FIDEI CONTRA EOS, QUI, DUM PER SOLAM DEI UOLUNTATEM ALIOS DICUNT AD UITAM ADTRAHI, ALIOS IN MORTEM DEPRIMI, HINC FATUM CUM GENTILIBUS ASSERUNT, INDE LIBERUM ARBITRIUM CUM MANICHAEIS NEGANT.

DOMINO BEATISSIMO AC REUERENTISSIMO LEONTIO PAPAE FAUSTUS.

Quod pro sollicitudine pastorali, beate papa Leonti, in condemnando praedestinationis errore concilium summorum antistitum congregastis, uniuersis Galliarum ecclesiis praestitistis, quod uero ad ordinanda ea, quae conlatione publica doctissime protulistis, operam infirmis humeris curamque mandastis, parum, ut reor, tanto negotio, parum sanctae existimationi uestrae consuluistis, me iudicio caritatis, uos periculo electionis onerastis. quia ergo et uestram laborare personam sub imposito nobis fasce cognoscitis, communem causam hoc loco agitis, si ei, quem opinione uestra inparem cernitis, manum suffragii porrigatis. studium asserendae gratiae competenter et salubriter suscipit qui oboedientiam famuli laboris adiungit, tamquam si patrono uel domino inseparabiliter pedisequus minister inhaereat. quodsi unum sine altero erit, aut inhonorus absque seruo dominus apparebit aut seruus domini locum conditionis inmemor occupabit. recte ergo inter adiuuantem pariter et adnitentem ordo iste seruabitur, ut hic teneat pleno iure do-

1 FAUSTI REGENSIS EPI LIBRI DUO DE GRATIA *P*² PROLOGUS *addidi, om. P* 2 processio *P* 3 adtrai *P* 5 manicheis *P* 8 solicitudine *P* pastoli *P* beatae *P* contemmendo *c* 9 praedistinationis *P* 10 congregatis *P* 14 consoluistis *P* et *ante* ne *add. c* 17 quam *P* opinioni uestrae *c* ūa *in rasura erat c*) *P* 20 inhereat *P* 21 *num* unus *scribendum?* inhorus *P* 22 domino *P* 24 odo *P*

1*

minatum et ille tota reddat subiectione seruitium. augebitur autem dignitas imperantis, si ei semper praesto sit sedulitas obsequentis. socientur ima summis sicque socientur, ut subiciantur utique, non aequentur. sed sicut deesse non conuenit gubernatori remigem suum, sacerdoti ministrum suum, imperatori militem suum, ita oportet ut gratia alumna oboedientia inseparabili seruitute conexa sit. uerum quia Pelagius nudum laborem importunius exaltat et humanam demens infirmitatem sine gratia sibi posse sufficere stulte credidit, impie praedicauit elationis turrem in caelum conatus erigere, blasphemias eius breui sermone praestringere et confutare necessarium iudicauimus, ne forte is, qui donum laboris, id est praeceptum iubentis excludit, asserentibus nobis, quod dei misericordia fide et operibus promerenda est, catholicam uocem ad Pelagii sensum discretionis nescius adplicaret et omissa uia regia in dexteram cadens in sinistram declinare nos crederet, et, dum de labore seruo gratiae loquimur, offendiculum ante pedes caeci opposuisse uideremur. cum autem mentionem de opere ac labore fecerimus, prophetae, apostoli, euangelistae et uerbis utemur et sensibus, quibus si quis contraire praesumpserit, non nostra inuenta destruere, sed caelestia sine dubio iura dissoluere et fidei subruere fundamenta tentabit. latius utcumque sermonem de praescientia et praedestinatione produximus, ut quae putabantur obscura absolutiora tardioribus redderentur. non autem aliquos, qui uerborum phaleris delectantur, offendat, quod testimoniorum uirtute contenti absque sublimitate sermonis lucem protulimus ueritatis, in quo quidem opusculo post Arelatensis concilii subscriptionem nouis erroribus deprehensis adici aliqua synodus Lugdunensis exegit.

3 sic *omisso* que *P* subiciantur *P bis* 5 imperatorem *P* 6 ut *om. c* alumnae oboedientiae *c* 7 conixa *P* 8 exaltat et *scripsi*, exultet *P*, exaltans et *c* 9 credit *P* 10 conatur *c* 11 necesarium *P* 17 opposuise *P* 20 contrarie *c* 21 distruere *P* iura *P*, iure *c* 22 utcumque *P* 23 praedistinatione *P* 25 faleris *P* 26 absquae *P* 27 arilatensis *P* 28 subscriptione *P* deprachensis *P* 29 sinodus *P* exegit] EXPLICIT PROLOG *add. P*

CAPITULA LIBRI PRIMI.

I. Quod Pelagii sensus, qui gratiam negauit, primo loco necesse sit destrui.

II. Contra obiectionem Pelagii, qua dicit paruulos baptismo non egere.

III. Contra hoc, quod dicunt, quia per solam gratiam omnis homo sine ullo labore seruetur, contra eum sensum, qui dicendo: unus ad mortem praedestinatus, alter ad uitam praedestinatus est, rebus ipsis spem intercludit orandi.

IIII. Ubi legis opera destruuntur et gratiae commendantur.

V. De eo, quod ait: gratia dei sum id, quod sum.

VI. Quomodo intellegendum sit: gratia, inquit, salui facti estis per fidem et non ex uobis.

VII. Contra hoc, quod dicunt liberum arbitrium ex toto fuisse sublatum.

VIII. Qualiter infirmitas liberi arbitrii intellegenda sit.

VIIII. Quomodo intellegendum sit: non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei, uel illud: non ueni uocare iustos, sed peccatores in paenitentiam.

X. Contra hoc, quod dicunt ad malum tantum arbitrium promptum esse homini, ad bonum prorsus non esse.

XI. Contra eum sensum, qui dicit, quod uas in contumeliam non possit adsurgere, ut sit uas in honorem.

XII. Item uelle et nolle sicut ad malam ita etiam ad bonam partem hominis arbitrio fuisse commissum.

1 INCIPIUNT CAPITULA DE PRIMO LIBRO *P* 2 graciam *P* 3 distrui *P* 4 palagii *P* 8 praedistinatus *P utroque loco* 9 intercluditorum dī *P* 10 distruuntur *P* 12 inquid *P* 13 idem *P* 17 intellegenda *P* uoluntis *P* 19 paenitentia *P* 20 promtum *P* 23 honore *P* 24 malum *P* 25 commissit *P*

XIII. Ubi sibi gratia dei et uoluntas humana testimoniorum assertione sociantur et de paruulis inanis calumnia transeundo praestringitur.
XIIII. Contra hoc, quod dicunt eos, qui post baptismum pereunt, in baptismum penitus non credidisse.
XV. De ruina angeli et habere sanctos angelos similitudinem dei contra quorundam persuasionem.
XVI. Christum pro omnibus mortuum.
XVII. Contra hoc, quod dicunt, quia dei uiolentia induret hominem, ne uenire ualeat ad salutem.
XVIII. Nullum uolente deo perire.

LIBER PRIMUS.

I.

QUOD PELAGII SENSUS, QUI GRATIAM NEGAUIT, PRIMO LOCO NECESSE SIT DESTRUI.

De gratia dei et tenuitate liberi arbitrii inluminante sancto spiritu iuxta euangelicas disciplinas et apostolicas regulas tractaturi primo loco Pelagii blasphemias scilicet iam dudum ecclesiae catholicae fide proditas, eruditione confusas, auctoritate calcatas breui et necessario sermone praestringendas esse credidimus, pro eo quod inter reliquas dogmatis sui abominationes etiam laborem hominis ualere posse sine gratia elatione damnabili adfirmare conatus est. et ideo nefarios sensus suos uel ex parte aliqua in medium proferre curabimus, ut sollicitus

1 asertione *P* 1 baptismom *P* 5 baptismo *P* 12 EXPLICIT FELICITER · INCIPIT LIBER PRIMUS *P* 14 quod] de *addit P* gratia *P* 15 distui *P* 18 blasphemia *P* ecclaesiae *P* 20 necesario *P* credimus P^1, di *superscr.* P^2 21 suis *P* 23 nefario *P*

quisque cognoscat multo aliud esse salutari gratiae officium laboris adiungere, aliud uero nudum absque patrocinio gratiae laborem temeritate una cordis asserere.

Hic ergo dum altius humanam fragilitatem inmemor diuini timoris extollit, iudicii sui perdidit sanitatem et ita ex parte alia cecidit, dum arbitrii libertatem integram praedicat et inlaesam, sicut illi, qui eam ex toto asserunt fuisse euacuatam. hoc itaque loco gemini inter se conluctantur errores, quorum unus solam gratiam, alter solum laborem relicto tramite atque mensura ueritatis insinuat. sectarum genere dispares, sed impietate consimiles diuerso quidem studio, sed spiritu unius serpentis insibilant. quorum unus, id est solius gratiae praedicator prima quidem fronte uenenum suum sub specie pietatis occultat, alter, id est laboris assertor protinus extantem tumorem inproba elatione manifestat. haec professio insinuando solum laborem ipso sui titulo detestanda, illa magis sub religioso colore metuenda est. haec sacrilegium suum ipsis auribus prodit, illa uirus suum imis uisceribus paene antequam sentiatur infundit. duos angustum obsidere fretum scopulos putes, quorum unus subdeprimitur in profundum, alter minatur in caelum. unus infestus nauigantibus cernitur, alter caeca naufragia inprouisus operatur. ille gratiam loquitur, hic laborem. utrumque eloquia diuina confirmant. si dissidentes remoueas et dicta coniungas, plena fidei sinceritas apparebit. sed quia uelut temerarii remiges sine magistro inexplorato mari uela committunt ac temperare moderamina nesciunt et gubernacula tractare non norunt, hic tamquam in Scyllae male dextrum fertur periclum, ille in laeuum Charybdis tendit abruptum. et quid eos inter haec facere oporteat, si requiras: prouiso

1 quisquae *P* 3 cordis *om. r* 5 et *addidi, om. P* 7 uacuatam *P, sed cf. pagg. 11. 4. 18, 22. 19, 4* 9 solam P^1 adquae *P* 16 religiosa *P* 17 ipsis] suis *add. r* 19 obsedere *P* scopolos *P* 20 produm P^1 23 utrumquae *B* dissedentes *P* 25 timerarii P^1 26 tempora re *P* *uerba* et gubernacula tractare non norunt *glossatori antecedentia* ac temperare moderamina nesciunt *explicanti deberi uidentur* 27 no[illegible] *P*, runt *superscr. man. alt.* 28 leuum *P* charibdis *P*

gubernatore nauem fluctibus credant, medium teneant cursum et ambo latu dextro perducentur ad portum.

Videamus, cui impietati geminum hunc errorem adsimilare uel conferre possimus. pari modo in petram scandali offendunt uel illi, qui Christum dominum solum deum, uel illi, qui solum hominem amissa discretionis luce asserere praesumpserunt. paene utraque nimietas, dum discretionem atque discrimen tenere nescit, aequale crimen incurrit. proinde qui Christum solum hominem dixerit, negauit auctoris potentiam, qui solum deum, perdidit misericordiam redemptoris. ac sic, qui unam in domino saluatore substantiam confitentur, in hanc constringentur necessitatem, ut aut solum hominem caelo lapsum aut solum deum cogantur dicere crucifixum. sed non ita est. mortem enim nec solus deus sentire nec solus homo superare potuisset et ideo eam pro geminae ratione substantiae homo suscepit et deus uicit. si ergo partibus proprietates suas reddas et Christum deum simul atque hominem credas et asseras, perinde est ac si gratiam cum labore coniungas et ab adiutorio dei conatum hominis non repellas ita tamen, ut adnitentis deuotioni elationis culpam penitus non admisceas. quia, quantum detrimenti est non laborare, tantum periculi de labore praesumere.

Dicit ergo Pelagius, quod ad obtinendam salutem natura hominis sibi sola sufficiat. ita haec pestifer doctor adfirmat, quasi adhuc factura conditionis nostrae in statu suo inlibata permaneat. ego arbitror, quod libertas arbitrii sibi sola sufficere sine praesidio gratiae non potuerit, etiam antequam priuilegium illius transgressio prima uiolaret. quomodo uero nunc potest sibi sola sufficere, ad cuius arrogantiam dicitur: quia sine me nihil potestis facere, ad cuius praesumptionem diuinus sermo dirigitur: nisi dominus aedificauerit domum,

29] Ioann. 15, 5. 31] Psalm. 126, 1.

1 nauim *r* 7 paena *P* utraquae *P* adq; *P* 10 redemtoris *P* 14 nec — sentire *add. P*^{2} *in fine paginae* (sentiret *P*^{2}) 15 gemina *r* 16 suscipit *et* uincit *P* 20 paenitus *P* 23 optinendam *P* 24 hic *r* 25 *num* inlibato *scribendum?* 28 prima *om. r*

in uanum laborant qui aedificant eam? quod utique elationi sine gratia perficere denegatur, humilitati uero cum gratia implere conceditur.

Prosequitur adhuc Pelagius Adam mortalem factum, qui, siue peccasset siue non peccasset, esset moriturus. sed cum dicat apostolus: propterea, inquit, sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit et per peccatum mors, intellegis, quia, si peccatum non praecessisset, mors secuta non esset et donata immortalitas perdurasset, quam utique manifestum est sub proposita lege praestitam et cum conditione conlatam, ut, si non recessisset superbus ab oboedientia, permaneret aeternus in gloria. nam cum interdictum caeleste sanxisset dicens: in quacumque die comederitis de ligno scientiae boni et mali, morte moriemini, inliciti gustus malesuada praesumptio facta est ex accidenti mortis occasio. morte, inquit, morieris. si nihil largientis contulit gratia, quid est quod abstulit damnantis offensa? mors itaque, id est peregrinum et aduenticium malum non est ordo naturae, sed poena sententiae. quoniam, inquit, dominus mortem non fecit. aeternitatem creditam fuisse homini liuor ipse testatur inimici et, quia ei inmortalitatem deiectus inuidit, ideo causam mortis ingessit dicendo: in quacumque die comederitis de ligno hoc, aperientur oculi uestri et eritis sicut dii. si hoc tantum dixisset: cum manducaueritis, satietatem de cibi suauitate capietis, usque ad concupiscentiae carnalis inlecebram transgressio peruenisset. cum uero hanc praeuaricationis proposuerit finem dicendo: eritis sicut dii, edacitatis culpa usque ad diuinitatis ambitum et usque ad crimen maiestatis accessit. facti sunt ergo sicut dii dono gratiae caelestis exuti et de beatae stationis culmine proturbati, ac sic callidus serpens pro superbiae malo eiectus e caelo machinas sibi

6] Rom. 5, 12. 13] Gen. 2, 17. 19] Sap. 1, 13. 22] Gen 3, 5.

1 laborauerunt *r* 6 dicit *r* inquid *P* 8 praecesisset *P* 11 ad *P* 14 incliti *r* 15 male suasa *r* adcedenti *P* 16 inquid *P* 17 damnantes *P*1 19 poena *P* inquid *P* 20 libor *P* 28 aedacitatis *P* ambitum *P* 29 adcessit *P* 31 ae caelo *P*

ad hominem subruendum de casu proprio lapsuque disposuit et, quomodo cecidit, sic decepit.

Quid uero aliud intellegendum est etiam in ipsa, qua homo conditus est, dei imagine nisi perennitatis insigne? quam perennitatem non solum animae non ademptam, sed etiam corpori agnoscis resurrectionis uirtute reparatam. quapropter inmortalitatem homini conmissam non dubites ante culpam, quam reddi perspicis etiam post ruinam.

Asserit ergo Pelagius Adam, siue peccasset siue non peccasset, omnimodis fuisse moriturum. et hoc ex ipsa prauitate descendit, qua negat originale delictum. dum enim adfirmare contendit mort[al]em necessitatem conditionis fuisse, non transgressionis, uult uideri originem huius debiti non a seruo, sed a domino, non a contemptore, sed ab auctore coepisse, ut mortis lex ordinationis credatur esse, non criminis. et hanc lugendam contritionem super humanum genus non praeuaricator putetur transmisisse, sed conditor? et ubi est illud: inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum? dum autem peccatum originis denegat, tollit omnino causam, qua redemptor aduenerit. uideamus, utrum per uoluntatem dei an per hominis prauitatem infelix et deflenda conditio initium sumpserit. audi quid tuba personet ueritatis: propterea, inquit, sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit et per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. dicendo Pelagius Adam mortalem factum in primo facturae ordine constituit mortem, quam pro noxa praeuaricationis tertio gradu constat impositam. homo enim opus dei, peccatum opus diaboli, mors poena peccati. nam apostolus non dixit: uoluntas dei mors, sed: stipendium peccati mors.

Dolos ergo eius in profundo latentes sollicitius inspiciamus. ideo mortem adplicat conditori, ut, de quo potissimum malo

17] Sap. 2, 24. 22] Rom. 5, 12. 30] Rom. 6, 23.

4 imaginem si *P* 6 reparatum *P* 9 Adam *om. r* 10 omnibus modis *r* 11 discendit *P* qui *uel* quia *r* orienale *P* 12 mortem *scripsi*, mortalem *P* trasgressionis *P* 14 contemtore *P* 16 *cauc ne conicias* condicionem *coll. lin. 21* 22 inquid *P* 28 diabuli *P*

initium ducat, non possit agnosci ac sic liberius adfirmet infantes nexu originis non teneri. quod cum dicit, duplici impietate blasphemat, dum et mortem ad auctoris inuidiam reuocat et negando originale uinculum gratiam reparatoris euacuat. itaque ut posset asserere paruulos baptismo non egere, generale peccatum negauit. quo negato hic ordo erroris sui fuit, ut, unde mors esset generata, nesciret. quid mirum si arborem illam in fructibus non agnoscat, quam noluit in radice cognoscere? quandoquidem causam uulneris subprimit et abscondit gladium, quo uulnus inflictum est. stipendium, inquit, peccati mors. quia intellegere neglexit tanti principem mali, ideo ignorauit inpositam mortis conditionem pedisequam esse peccati, de qua praefati sumus: stipendium peccati mors. dignam secundum tale opus mercedem recepit, tale stipendium meruit qui diabolo militauit. unde uas electionis euidentissime rationem redemptionis ostendit et praedicat dicens: quid enim, cum adhuc infirmi essemus, Christus pro impiis mortuus est? uix enim pro iusto quis moritur. hoc est dicere: si abundasset in terris iustitia, non fuisset e caelis transmissa medicina. sed ut adueniret unica sanitas, generalis exegit infirmitas.

Inter haec cum Pelagius tantis sacrilegiorum uinculis inligetur, non mirum si per reprobum sensum multiplici tradatur errori, qui se per solum laborem putat posse saluari. merito contra huius arrogantiae praesumptionem sermo diuinus uim suae auctoritatis nel increpationis exseruit: nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater adtraxerit eum, et iterum: non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. quod merito ad se dictum esse reputabit, qui salutem suam cum Pelagio propria in uoluntate ac uirtute constituit. quod utique illi obici non necesse est, qui non de solo labore praesumit, sed conatibus suis cotidianam dei misericordiam et iugem gratiam

16] Rom. 5, 6 sq. 25] Ioann. 6, 44. 26] Rom. 9, 16.

1 si *P* adfirmat *r* 2 origines *P* 5 posset *scripsi*, possit *r*, positas *P* serere *P* 10 inquid *P* 13 *uerba* stipendium peccati mors *interpolata esse uidentur* 14 recipit *P* 15 diabulo *P* 18 habundasset *P* 21 secrilegiorum *P* 23 se *om. r* 28 reputauit *r*, *an* reputauerit *scribendum?*

implorandam esse cognoscit et auxilium domini peruigili exobsecratione deposcit.

II.

CONTRA OBIECTIONEM PELAGII, QUA DICIT PARVULOS BAPTISMO NON EGERE.

Adtendit etiam hoc Pelagius: si per baptismi donum tollitur originale peccatum, de duobus baptizatis nati debent hoc carere peccato. quomodo, inquit, mittunt ad posteros, quod ipsi in se minime habuerunt? quibus facile respondetur duas esse natiuitates, de quarum una peccatum ex generantis uoluptate transmittitur, ex alia sanctificatio de regenerantis adoptione donatur. quomodo, inquit, mittunt ad posteros, quod ipsi in se minime habuerunt? quam inrationabilis et plena iniquitatis obiectio! non uis, ut transfundant in posteros quod naturae est, et uis, ut eis possint uelut de suo conferre quod gratiae est, de qua natura apostolus dicit: eratis, inquit, natura filii irae. merito quasi de proprio dare nequeunt, quod de sursum et extrinsecus acceperunt. inprudentissime per parentes filiis innocentiae puritatem Pelagius dari credit. ad parentum ministerium natiuitas secunda non pertinet. officium uult esse hominis quod dei munus est, ut uelut quodam hereditario ordine per hominum currat posteritatem quod extra humanam constat esse substantiam. originale autem peccatum ex parentibus etiam baptizatis per carnis originem ad filios transire non dubium est dicentibus nobis cotidie cum propheta: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea, sicut et apostolus istud insanabile piaculum ex uno in omnes homines pertransisse confirmat.

16] Ephes. 2, 3. 26] Psalm. 50, 7.

1 exobsecratione *scripsi*, & obsecratione *P*, obsecratione *v* 4 obiectionem *P* 6 adtendit *scripsi*, adtendite *P*, adtendat *v* donum] inquit *add. v* 7 originale (orig *man. alt. in ras.*) *P* 8 care P^1 9 quibus — habuerunt *om.* P^1, *add. man. alt. in fine paginae* 11 alia] autem *add. v*, *in P lacuna duarum litterarum exstat, unde olim* altera *scriptum fuisse conicias* 13 minime (mini *superscr.*) *P* 17 ire *P* 18 adceperunt *P* 22 curat P^1 24 baptiszatis *P* 26 in *post* enim *om. P*

Sed dicit Pelagius ideo non esse originale peccatum, quia ipsa concupiscentia generationis ex deo sit. unde autem ueniat nexus iste, qui posteros trahit, si requiras: sine dubio per incentiuum maledictae generationis ardorem et per inlecebrosum utriusque parentis amplexum. nam cum illum solum uideas ab originali immunem esse contagione, qui non carne, sed spiritu, nec erubescenda passione, sed stupenda benedictione conceptus est, agnosce causam mali originalis de oblectamento natum conceptionis et de uitio uoluptatis. propterea etiam Adam et Euam in origine sua obnoxios conditio ista non tenuit, quia a duorum ministerio eorum quoque ortus alienus inlecebram in sui natiuitate et creatione nesciuit. sed forsitan requiras, quare in conceptu sit positum originale delictum. initium totius ruinae inoboedientia fuit. primum enim exaltatus homo postea humiliatus est et confusus. et quia, cum in honore esset, non intellexit, ideo conparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. quamdiu ergo circa auctoris obsequium humilitas reuerentiam tenuit, nuditatem conscientia inmaculata non sensit, cum uero illo animo, ut deus esset, gustum cibi letalis adpetiit et dammandam cupiditatem in ambitum maiestatis extendit, immemor legis et mandatorum legis rebellis multatur inpugnatione membrorum et, dum aequalitatem domini sui praesumit, corporis sui perdidit potestatem. de superbia nata est incontinentia. nam quid in eo percussum esset ostendit, quando uerecunda contexit. praecessit elatio, secuta confusio est. diuinitatis ambitiosus libidinis coepit esse captiuus.

Sed forsitan dicas: dum haec disseris, nuptias damnare deprehenderis. non ita est. ordinatio nuptialis ex benedictione

15] Psalm. 48, 13.

2 unde *ex* ut de *P* 3 trahit *scripsi*, trahitur *P*, *quod ut seruarent editores* per *ante* posteros *inseruerunt post* requiras *interrogationis signum ab editt. exaratum delenti, cf. pag. 7, 29* 7 erubiscenda *P* 8 agnosce *P* 9 *num* natam *scribendum?* 12 forsitam *P* 22 mutatur *P*1 inpugnatione *correxi*, in pugnatione *P*, in impugnatione *r* 24 superbia] namque *add. r* 28 forsitam *P* asseris *r* deprachenderis *P*

coepit, generatio corruptionem ex transgressione concepit. inter nuptiarum munus adhuc in paradiso a creatore concessum et earum usum, qui extra paradisum iam sumpsit exordium, peccatum in medio fuit. inter generationem et concupiscentiam quidquid praeceptio diuina constituit, hoc laudo, quidquid humana praeuaricatio adiecit, hoc reprobo. quomodo si aliquis atro inquinamento candorem niueae uestis aspergat, non displiceat factura, sed macula. uestimenti non amisit usum, etsi perdidit dignitatem. futura erat indubitanter casta et sincera generatio, si non intercessisset inimica transgressio. sed inmaculatos thoros caro maledictioni addicta maculauit et per superbiae spiritum simplicem corrupit affectum et sicut immortalitatis priuilegium, ita donum perdidit puritatis. non in querellam uocatur nuptialis gratia, sed obscenae passionis iniuria. non aurum in culpam uenit, sed quidquid auro obryzo adulterinum fraus iniquitatis admiscuit, sicut ipsius Pelagii spiritum ad meliora studia a deo conditum corruptione pestifera nequitiae auctor infecit.

III.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT, QUIA PER SOLAM GRATIAM OMNIS HOMO SINE ILLO LABORE SALUETUR.

Nunc ueniendum est ad illos, qui, dum gratiam aliis dari aliis negari asserunt, munus gratiae cum Pelagio perdiderunt. dicunt ergo ad cultum dei atque famulatum etiam post baptismi salutare donum deuotae seruitutis oboedientiam non requiri, sed solam per se gratiam effectum humanae salutis operari. totum, inquiunt, solius est gratiae. istud melius a nobis poterit dici, hoc magis nostris partibus conueniet adplicari, qui non in partem, sed in totum genus humanum gratiae beneficia fatemur extendi, sic tamen, ut ei uigilantiae humanae studium per

1 corruptionis *c* coepit *c* interim *c* 3 usus *c* qui *om. c* 6 quomo P^1 7 niuae *P* aspargat *P* displicit *P* 8 uestimenti *c*, uestimenta *P*, *an* uestimentum *scribendum?* 11 per *om. c* 12 spiritus *c* corripit *P* 13 querillam *P* 14 obscene *P* 15 obrizo *P* 16 ipsius *om. c* 22 dare *P* 24 adque P^1 25 obedientiam *P* 26 opera P^1 27 solus P^1 28 conueniet *scripsi*, conuenit *P*

omnia iudicemus adiungi. nam qui negat gratiae adsociandum famuli laboris conatum, subtrahit homini seruitutis officium. nescio ubi aut quando ab opere feriari, quando otio debeat derelinqui, qui etiam in paradiso iubetur operari, in quo, sicut legimus, ita est constitutus, ut operaretur et custodiret illum.

CONTRA EUM SENSUM, QUI DICENDO: UNUS AD MORTEM PRAEORDINATUS, ALTER AD UITAM PRAEDESTINATUS EST, REBUS IPSIS SPEM INTERCLUDIT ORANDI.

Cum dixerint: totum gratiae dei est, quis non ad tam reuerendum nomen omni cordis inclinetur affectu? sed cum responderimus: totum plane gratiae est, sed omnibus eam offert atque ingerit ad salutem omnium conditor ac redemptor, ad haec illi longe a pietatis tramite recedentes respondere praesument: non eam saluator omnibus dedit, quia nec pro omnibus mortuus est. ecce statim in secundis apparet gratiae inpugnator, qui in primis putabatur assertor. obiciunt nomen gratiae, ut abominandum sensum operiant blasphemiae. in alterutram itaque partem subsidia orationis excludunt. quid enim ultra speret, quem iam gratia suum fecit? in quo e contrario non desperet, quem praefinitio uiolenta damnauit? in hoc culpa, in illo gratia locum non habet. periclitabitur in utroque iustitia. remunerabitur sine fidei merito adsumptus, damnabitur sine proprio crimine derelictus. salus illuc ingerenda est non quaerenti, hinc auferenda laboranti.

Sed dicis: ideo orare debet, quia ex qua parte sit nescit. quis non putet rationabiliter ac sapienter fuisse responsum? sed quid orare homini proderit in una harum duarum conditione omnimodis constituto? nam etsi ad quam partem fuerit

5] Gen. 2, 5.

2 famulari *uel* famulati *c* 7 *neque hic neque in capitulorum iudice P ullum numeri noui capituli uestigium prae se fert* 8 ꝑdistinatus *P* 12 planae *P* eam *scripsi coll. lin. 15*, ea *P* adque *P* 14 praesumunt *c* 19 orationis *ex* orationibus *P* 20 disperet *P* 22 pereclitabitur *P* 24 illi *c* 25 hinc *scripsi*, huic *P* 29 omnimodus P^1

deputatus ignorat, utramque tamen partem defixam esse et inmutabilem non ignorat. quid refert, si nondum nouerit locum suum, qui definitissime nouit, quia nullum iam recipiat uel dextera periculum uel sinistra profectum? quodsi adhuc tam confusa persuasio orationem necessariam putat, indubitanter agnoscat, quia contra definitionem suam et de salute ad perditionem et de perditione transire poterit ad salutem. si ergo orandi usum praetermittendum esse non aestimat, studium non excludat operandi. quid est hoc? pulsare debere me iudicas et aperiendum mihi esse desperas? alterutrum ergo faciat, aut fructum orationis neget aut legem statutae perditionis excludat. uidemus itaque, quia haec plena erroris assertio, dum causam intercludit orandi, de luce gratiae incipit et finis eius in tenebras sacrilegii decurrit ac deficit. sic diabolus calliditate ueteris artificii ac multiformis ingenii condit blandimenta peccandi. sic etiam malefici facere solent, qui mortiferos herbarum temperant sucos, in condito aut aliquo dulci poculo nescientibus propinaturis gustum mentita suauitate componunt. uirus amaritudinis obscurant fraude dulcedinis. prouocat primus odor poculi, sed praefocat inclusus sapor ueneni. mel est quod ascendit in labia, fel est quod descendit in uiscera.

Dicunt, quod in alterutro rerum statu illos sibi mors uindicet, istos uita defendat. quae cum dicant, qui unum in origine perditum, alterum in praedestinatione adfirmat electum, uide quo inproba persuasione declinet. quid enim aliud dicit, nisi quod adiutorio orationis neuter indigeat? nam iam praeordinatis ad uitam necessaria non erit, deputatis ad mortem prodesse non poterit. in isto superuacua, in illo infirma iudicabitur. beneficia supplicationis, qui in adquisitionis praedestinatione est, non requirit, qui uero in perditionis parte, non recipit. quodsi curam impendendam aestimat orationi, indubitanter intellegat

8 praetermitendum *P* estimat *P* 9 pulsare debere (re debe *man. alt.*) *P* 10 disperas *P* 12 plana *P* 14 incurrit *P* diabulus *P* 17 propinaturis *scripsi*, propinaturi *P* 21 discendit *P* 23 defendit P^1 dicat P^1, dicunt *r* 24 praedistinatione *P* 29 quia *P* adquisitionis praedestinatione *scripsi*, adquisitionis praedistinationes *P*, adquisitione praedestinationis *r*

ea, quae imminent, posse mutari secundum illud euangelicum: uigilate et orate, ne intretis in temptationem, item: uigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quae futura sunt, et stare ante filium hominis, et iterum: hoc genus daemonii non eicitur nisi per orationem et ieiunium. quodsi oratio necessaria non est, cur ipse, qui exorandus est, formam orationis instituit et orauit? in eo ergo, qui indoctis auribus solius gratiae assertione blanditur, propheticum illud inplebitur: malignus, inquit, nocet, cum se commiscuerit iusto. auri species primo colore praefertur, sed plumbi uilitas intrinsecus latere deprehenditur. quomodo si sub praelato mentiti ciuis habitu subito hostis appareat aut si se inimici dolosa subtilitas transfiguret in angelum lucis, ita sub pietatis fronte gentilitatis malum et intra gratiae uocabulum absconditum erit fatale decretum. si ergo unus ad uitam, alter ad perditionem, ut asserunt, deputatus est, sicut quidam sanctorum dixit, non indicandi nascimur, sed iudicati, neque ulla sibi iuxta haec poterit aequitas constare iudicii. nam si nihil deus famulo dedit, a famulo quid reposcet?

IIII.

LEGIS OPERA DESTRUUNTUR ET GRATIAE COMMENDANTUR UEL CONTRA HOC, QUOD INDOCTISSIME TESTIMONIA PRO SOLIUS GRATIAE ADSERTIONE PROPONUNT.

Legimus, inquiunt, ad Romanos: si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum, item: ei autem, qui operatur, merces non inputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. ei uero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. addunt etiam: si autem gratia non ex operibus, alio-

2] Marc. 14, 38. Luc. 21, 36. 5] Matth. 17, 20. 25] Rom. 4, 2. 27] Rom. 4, 4 sq. 31] Rom. 11, 6.

3 habemini *P* 4 fugire *P* 10 cummiscuerit *P* 12 depraehenditur *P* 13 appereat *P* transfigurat *P* 20 reposcet *scripsi*, reposcit *P* 22 distruuntur *P* 27 mercis *P* 29 uero] autem *r*

quin gratia iam non est gratia. quibus respondendum est duo esse genera operum, quorum unum post aduentum domini remouetur, aliud adprobatur. nam dicendo: ei uero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, aperte fidem legis operibus anteponit. neque enim apostolorum testimonia compugnantia et contraria sibi esse dicemus, cum alius apostolus dicat: fides sine operibus mortua est, et iterum: ostende mihi fidem tuam sine operibus et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. tu credis, quoniam unus deus est, bene facis. et daemones credunt et contremiscunt, item: sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est. sed nec ipse doctor gentium Paulus diuersus sibi et contrarius apparebit ita dicens: in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, et iterum: unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. quae imperitis indoctis et his, qui ueritati obstinato spiritu reluctantur, discordantia uidebuntur. uerum iuxta catholicam regulam opera legis euacuantur, quae secundum litteram sunt, et ea, quae post gratiam comitante gratia gerenda sunt, asseruntur.

Videamus si hoc ita esse rebus ipsis adprobare ualeamus. opera legis destrui legimus, cum Iudaeorum conprimit elationem dicens: ubi est, inquit, gloriatio tua? exclusa est. per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei. arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. similiter et ad Galatas dicit: scientes, inquit, quod non iustificatur homo ex operibus legis

8] Iac. 2, 17 sq. 12] Iac. 2, 26. 15] 2 Cor. 6, 4 sq. 19] 1 Cor. 3, 8. 27] Rom. 3. 27. 30] Gal. 2, 16.

3 improbatur *v* 6 anteponet *P* 8 operibus sine *P* 16 pacientia *P* 20 imperitis] et *add. v* in doctis P^1 23 gratia] gratiam *P* 26 distrui *P* 28 fidaei *P* 29 iustifari P^1 30 galathas *P*

nisi per fidem Christi Iesu, et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi et non ex operibus legis. propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. ac sic euacuari opera error impius dixit. sed quae illa essent dolosa calliditate subpressit. nunc ergo patieris intellegendi difficultatem, si personarum uel operum intellexeris distinctionem. ad Iudaeos enim dicitur: non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. ad Christianos uero iam in Christo renatos ita instructionis sermo dirigitur: operamini bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, et iterum: itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et inmobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor uester non est inanis in domino. ad Christianos, inquam, dicitur: sic luceat lux uestra coram omnibus hominibus, ut uideant bona opera uestra et glorificent patrem uestrum, qui est in caelis, id est, ut non tam otio resoluamur, quam de operibus bonis non in nobis, sed in domino gloriemur. ad Christianos dicitur: in ueritate conperi, quoniam non est personarum acceptor deus, sed in omni gente, qui timet illum et operatur iustitiam, acceptus est illi.

V.

DE EO QUOD AIT: GRATIA DEI SUM ID QUOD SUM.

Audi apostolum laborem cum gratia humili confessione miscentem: gratia autem dei sum id, quod sum, et gratia illius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. uide quomodo ad gratiae donum semper subiungit laboris obse-

10] Gal. 6, 10. 11] 1 Cor. 15, 58. 15] Matth. 5, 16. 19] Act. 10, 34 sq. 26] 1 Cor. 15, 10.

6
1 perdem *P corr. man. alt.* 4 si *P* 6 subpraessit *P* difficultatem *P* 7 intelexeris *P* 11 fidaei *P* itaquae *P* 12 stote *P* *uerba* stote et inmobiles *bis habet P* 15 omnibus *om. c* 16 opera uestra bona *r* 25 miscente *P*

quium: non ego autem. quia mentionem solius laboris intulerat, cito quasi ad amplexum matris gratiae recucurrit dicens: sed gratia dei mecum. gratia, inquit, dei sum. primas partes soli gratiae pie subiectus adscripsit, media quaeque labori magister oboedientiae deputauit. utrumque in consummatione moderatus gratiam laboremque coniunxit. non dixit: ego sine gratia uel gratia sine me, sed gratia dei mecum. quae prius singillatim distincta protulerat, quam bene in sermonis fine conexuit. ac sic apud regeneratos, quando gratia sine labore uel labor sine gratia in scripturis ponitur, supprimitur, non separatur. cum unum sine altero dicitur, tacetur alterum, non negatur secundum illam regulam, quam antistes Augustinus insinuat: non omnia quae tacentur negantur.

Sed et alio loco dicit apostolus: castigo corpus meum et in seruitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar. ecce beatus apostolus iam Christo adquisitus, iam uas electionis effectus nequaquam sub nomine praedestinationis et gratiae otio manus relaxat, sed cum dei beneficiis conatus suos iungit et dicit: castigo corpus meum et in seruitutem redigo. ecce iam partis dexterae miles est, et uide, quomodo periclitari metuit iam probatus, quomodo reprobari pertimescit electus. iam uictoriam in manibus habet et necdum arma deponit, iam perductus est ad triumphum et adhuc militiae pertimescit euentum. quae cum ita sint, perspice te non contra infirmam quamcumque personam, sed contra summi apostoli doctrinam armis impii erroris insurgere et Christo, qui intra eum loquitur, contradicere. dumque laboris seruitium et orandi causas adimis, ianuam salutis humano generi intercludere te agnosce et, dum Pelagii

15] 1 Cor. 9, 27.

2 recurrit *r* 3 inquid *P* 4 piae *P* 5 utrumquae *P* 6 gratia *P* laboremquae *P* 8 singilatim *P* 11 unom P^1 altero *scripsi*, alto *P*, alio *r* 13 antistites *P* agustinus *P* 19 predistinationis *P* sed cum] secundum *P* 20 conatus uos *P* 21 dextrae *r* 29 dumquae *P* adimes *P*

impietatem nescis refugere, ad Manichaeorum dogma pestiferum, qui liberum arbitrium totum denegant, te intellege declinare.

VI.

QUOMODO INTELLEGENDUM SIT: GRATIA, INQUIT, SALUI FACTI ESTIS PER FIDEM, ET HOC NON EX UOBIS. DEI ENIM DONUM EST, NON EX OPERIBUS, NE QUIS GLORIETUR. UBI ET FIDES INTER OPERA NUMERATUR ET CIBUS LEGIS PERIRE, CIBUS GRATIAE MANERE DESCRIBITUR.

Sicut inter opera legis et fidei desidiae amicus et discretionis ignarus ab intellegentiae tramite deuiasti, ita inter duo gratiae tempora persuasionem tuam pessimum ducem secutus lucentem catholicae fidei regulam perdidisti. tempus gratiae, quo redempti sumus, merita hominum non expectauit, opera penitus non quaesiuit, sola deus fidei nostrae deuotione contentus fuit secundum illud apostoli: credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam, sicut et alio loco dicit: iustus autem ex fide mea uiuit. quod si subtraxerit se, non placebit animae meae. iustum eum et ex fide uiuere asseruit, quia ei fidem et iustitiam quaerenti contulisse se meminit. sed dicendo: quod si subtraxerit se, cum ad deuia uoluntarius declinauit, non periit quasi derelictus, qui se ingerenti misericordiae subtraxit ingratus. item ad Hebraeos: credere autem oportet accedentem ad deum, quia est, et inquirentibus se remunerator fit. quam bene et domini officium coniunxit et famuli dicendo: et inquirentibus se remunerator fit. sicut enim ad deum largitio remunerandi, ita ad hominem deuotio respicit inquirendi.

Sed dicis fidem ipsam non omnibus posse competere. non mirum si homini, ad quem denegas opera pertinere, etiam fidem studeas derogare, quam manifestum est inter opera con-

14] Gal. 3, 6. 15] Hebr. 10, 38. 21] Hebr. 11, 6.

1 nescire fugire *P* manicheorum *P* pestiferam *P* 4 inquid *P* 5 et *om.* *P* 6 intra *r* 7 discribitur *P* 8 disidiae *P* 9 intellegentia & ramite *P* 12 paenitus *P* 13 fidaei *P* 15 dicit loco *P* 19 noluntariis *P* 21 hebreos *P* 23 remurator *P* 25 largio *P* 27 possem *P* 29 deputari *r*

putari, sicut habemus in euangelio: operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam, ubi cibus, id est intellectus litterae perire, cibus uero gratiae, id est fides permanere describitur. et ita continuatus sermo consequitur: dixerunt ad eum Iudaei: quid faciemus, ut operemur opera dei? respondit Iesus et dixit eis: hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille. aduertis, quia nihil in famulatu dei sine opere geritur, quando et is, qui credere uidetur, operatur? item in apostolo: neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium, sed fides, quae per caritatem operatur. similiter et ad Thessalonicenses [secunda]: dignetur uos uocatione sua deus et impleat omnem uoluntatem bonitatis et opus fidei in uobis, et de Abraham in epistola apostoli Iacobi: uides, quia fides cooperabatur operibus illius et ex operibus fides consummata est. geminum hic officium recognosce et operationis et fidei. gratia, inquit, salui facti estis per fidem. prima itaque uocatio compendia fidei requirit a nobis, sequentis uero temporis gratia redemptis ablutis innouatis sedulitatem operis et curam laboriosae seruitutis indicit, ut quod sine labore accepimus opitulante adiutorio cum labore seruemus apostolo commonente: uidete, inquit, ne in uacuum gratiam dei recipiatis. agnosce distinctos esse gradus uocationis et consummationis. fidem expectat a paruulis, opera etiam cum fide a confirmatis requirit ita tamen, ut credulitatis affectum proficientibus augeat et laborantibus adiutor cotidianus adsistat.

1] Ioann. 6, 27. 5] Ioann. 6, 28 sq. 9] Gal. 5, 6. 12] 2 Thess. 1, 11. 14] Iac. 2, 22. 17] Ephes. 2, 8. 22] 2 Cor. 6, 1.

2 peri^{t} *P* 4 discribitur *P* 9 his *P* *post* credere *lacuna quattuor fere litterarum exstat, cuius loco olim* in dñ *scriptum fuisse conicias* 10 nequae *P* 11 tesalonicensis *P* 12 secunda *uncis inclusi, cum aperte sit numerus II ex margine huc intrusus* 13 fidaei *P* 14 habraham *P* 17 inquid *P* 18 itaquae *P* compendium *v* 23 acnosce *P* 24 expectata *P*

VII.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT LIBERUM ARBITRIUM EX TOTO FUISSE SUBLATUM.

Huius improbae persuasionis assertor hominem intellectu locupletatum, ratione praeditum, diuinae imaginis honore decoratum brutis animantibus et iumentis insipientibus aestimat conparandum, ut ad uiam rectam nullo suo ductu, sed uiolento tantum auctoris imperio pertrahatur. quo genere cum etiam insensibilibus adsimilare contendit elementis, ut sicut de ratione terrarum, quae nihil ubertatis arbitrio suo proferunt, quae propriae fecunditatis ignarae sunt, quibus sensus alicuius nec libertas subpetit nec uoluntas, frugum tamen prouentus ex his cultore operante capiuntur, ita ex homine ab omni exercitio uirtutis otioso iustitiae fructus ac bonarum rerum adpetitus atque profectus solo deo insistente sumantur et, quasi in nullo uel sentiat uel consentiat, ita, quaecumque adpetierit gesseritue, in nullo ad conatum eius ac studium pertinere iudicentur, et sicut mare magnum, quod huc atque illuc uentis agitantibus uolutatur, ita ad quodcumque bonum facinus sine ullo affectu suo solo diuinae potestatis inpulsu mens humana uersetur. quae cum ita sint, si hominem a sinistra mali non reuocat intellectus, si ad dexteram boni non excitat ambitus, iam non hominis tenebitur conditione, sed pecudis.

Ecce haereticus sub praetextu gratiae qualem uult hominem esse post gratiam. itaque si liberum arbitrium ex toto periit, quod utique in amore innocentiae uel operatione iustitiae uel in corporis sanctificatione consistit, si hoc ex toto in primi hominis praeuaricatione sublatum est, quomodo legimus: iustitiam discite, qui habitatis terram, et iterum: iustus autem ex fide mea uiuit, et: iusti hereditate posside-

28] Esai. 26, 9. 29] Hebr. 10, 38. 30] Psalm. 36, 11.

4 persuationis *P* intelectu *P* 5 locuplitatum *P* 7 ducto *P* 9 elimentis *P* 16 ita quaecumque *correxi*, itaque cum quae *P*, ita cum *r* 19 *post* bonum *male inserunt* uel *r* 23 pecodis *P* 24 hereticus *P* 25 itaquae *P* 26 utiquae *P*

bunt terram, et: oculi domini super iustos et aures eius ad preces eorum? numquid penitus interiit innocentia, quia in primo eius gradu possessor eius stare neglexit? non opinor, quia scriptum est: innocentes et recti adhaeserunt mihi, et iterum: quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde, et iterum: dominus non priuabit bonis ambulantes in innocentia. numquid sanctificatio corporis ex toto amissa esse credenda est, quia membris in seruo rebelli suam non seruantibus seruitutem discussa est primae dignitas puritatis? non utique, quia legimus: ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam sanctam placentem deo, et iterum: sancti estote, quia ego sanctus sum. ita hoc genere bonorum illorum, quae male securus paradisi incola a benigno auctore susceperat, non periit actio, etsi est amissa perfectio. non, inquam, harum uirtutum periit castitas, etsi est temerata uirginalis integritas.

VIII.

QUALITER INFIRMITAS LIBERI ARBITRII INTELLEGENDA SIT.

Sed interrogas et ais: quomodo intellegendum est infirmatum humanae mentis arbitrium? adtenuata libertas eius ita gratiae adminicula plus requirit, sicut homo longa infirmitate confectus adiutoriis ac solaciis gressu titubante magis indiget. igitur sicut post inueteratam luxuriae consuetudinem reparatio continentiae multo labore constabit et sicut longo temulentiae usu captiuata sobrietas cum uiolentia rigidae crucis uix recipitur, quae prius, cum inlaesa teneretur, paruo negotio seruabatur, siquidem cum uoluptate quadam inuiolata conscientia possi-

1] Psalm. 33, 16. 4] Psalm. 24, 21. 5] Psalm. 23, 3 sq. 6] Psalm. 83, 13. 10] Rom. 12, 1. 12] Leu. 19, 2.

1 domini *om. P* 2 ad] in *c* praeces *P* poenitus *P* 3 possessor *P* 4 adhaeserunt *P* 10 utiquae *P* 11 ac *P* 21 adminicula *P (fuit* s *in ras.)* 23 inueteram *P* luxoriae *P* raeparatio *P* 24 labore *superscr. P*[1]*, unde* multum laborare *scribendum esse uidetur* 25 captiuata *P* 27 possedur *P*

detur, et quemadmodum post diuersa carnalium blandimenta uitiorum, quae facile prima aetas statum suum retinens calcare potuisset, cum magno luctamine uelut contra ardui montis ascensum ad uirtutis uiam reditur, ita humani arbitrii a deo concessa libertas florem uigoremque gratiae suae perdidit, tamen ipsa non periit, ut diuina munera non tam interdicta sibi sentiat, quam cum summo labore ac sudore per adiutorii patrocinium sibi repetenda esse cognoscat.

Audi legislatorem de uoluntatis arbitrio disputantem, cum dicit: posui ante faciem tuam uitam et mortem, bonum et malum. elige uitam, ut uiuas, et iterum: uiam ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. uides quod neminem hic premit fati uel inpositae perditionis necessitas, ubi competit eligendi potestas, neque in unam partem trahit praedestinatio, ubi utriusque partis defertur electio. item: fiat manus tua, ut saluum me faciat, quia mandata tua elegi, hoc est dicere: sollicitabat me quidem in sinistram partem perniciosa mundi uoluptas, sed in dexteram mandatorum tuorum traxit utilitas. itaque cum gentes ipsae ad mali boniue iudicium insito sibi dirigantur arbitrio, quanto magis moderari ad bonam partem uoluntatis suae libertatem potest humilis Christianus, qui possibilitatem suam in dei adiutoris uirtute constituit, ad quem dicitur: si uis perfectus esse, uade, uende quae habes, et iterum: uis sanus fieri? conscius, quantum cordi humano potens factor indiderit, uoluntatem ipsius, quem est sanaturus, interrogat. nam et alio loco populum ambulantem concessa arbitrii libertate sic arguit: educ foras populum caecum et oculos habentem, surdum et aures ei sunt. hic quod surdus et caecus est, contumaciae esse intellegitur, non naturae. et in euangelio aperte ostendit inditum esse homini bonae uoluntatis affectum: si quis,

10] Deut. 30, 19. 11] Psalm. 118, 30. 15] Psalm. 118, 173. 23] Matth. 19, 21. 24] Ioann. 5, 6. 28] Esai. 43, 8. 31] Luc. 9, 23.

1 quemammodum *P* 5 uigoremque *P* 12 eligi *P* 13 praemit *P* 14 competet *P* eligendi *P* neque *P* neque] enim *add. r* 15 praedistinatio *P* utriusque *P* 17 solicitabat *P* 18 peruitiosa *P* 19 itaque *P* 20 inditium *P* 21 libertate *r* 24 uiude *P* 27 concessi *P*

inquit, uult post me uenire, abneget se ipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me, hoc est dicere: meae miserationis est, ut uoceris, sed tuae uoluntati commissum est, ut sequaris.

Videamus si per otium ad se inuitet hominem deus. abneget, inquit, se ipsum sibi, id est, qui malus est bonus esse contendat et supplicans dicat: et ex uoluntate mea confitebor illi. iubetur unusquisque ex uoluntate conuerti, ne peccator fortasse desperet in melius se posse mutari. si quis, inquit, uult post me uenire, abneget se ipsum sibi, id est, alter efficiatur ex altero. patientia uincat iracundiam, temperantia refrenet concupiscentiam, humilitas exturbet superbiam, crux conterat uoluptatem. quis haec sine labore cordis, sine adflictione carnis, sine magno hominis utriusque luctamine dormienti sibi per solam gratiam aestimet conferenda? abneget se ipsum sibi, hoc est dicere: o homo, non putes te ita ab auctore tuo conditum, ut de iniquo iustus, de luxurioso castus, de maliuolo benignus esse non possis. quod ut consequi ualeas, non factura in te est mutanda, sed uita. nunc ista dicentes non laborem gratiae coaequamus, sed omnino gratiam sine comparatione praeponimus.

VIIII.

QUOMODO INTELLEGENDUM SIT: NON UOLENTIS NEQUE CURRENTIS, SED MISERENTIS EST DEI, UEL ILLUD: NON UENI UOCARE IUSTOS, SED PECCATORES IN PAENITENTIAM.

Sed dicis: in tantum nihil est hominis, sed totum gratiae dei, ut apostolus dicat: non uolentis neque currentis, sicut sibi arrogat Iudaeus ex lege uel Pelagius ex liberi arbitrii praesumptione, sed licet cum hominis seruitute totum tamen miserentis est dei, non uolentis neque currentis. hic illum euidenter notat et arguit, qui solum se sibi sufficere sine

7] Psalm. 27, 7. 27] Rom. 9, 16.

3 uoluntati *correxi,* uoluntatis *P et v* 8 unusquisquae *P* 9 disperet *P* 14 utriusquae *P* 16 ptes *P* 17 luxorioso *P* 20 coequamus *P* 23 uolentes *P* nequae *P* 25 paenitentia *P* 27 nequae *P* 28 iudaeos P^1 29 totam *P*

manu adiuuantis existimat. ceterum ad eum, qui cum miserantis auxilio conatus suos iungit, non dicit: non nolentis neque currentis, sed multo aliter ad eum loquitur: sic, inquit, currite, ut conprehendatis, et iterum: tam bene currebatis. quis uos inpediuit ueritati non oboedire? si non est etiam uoluntas expectanda currentis, quare dicitur: ego igitur sic curro, non quasi in incertum, et iterum: cursum consummaui, fidem seruaui? non nolentis neque currentis: ipse sibi obtexit errorum tenebras, qui in scripturis sanctis uel personas nescit interrogare uel causas. hoc loco apostolus gentium asserens fidem Iudaeorum superbiam coercet et conprimit, qui sibi iustitiam de legis operibus adrogabant ac dei misericordiam et gratiam respuebant, qui suam, ut dicit apostolus, quaerentes statuere iustitiam iustitiae dei non sunt subiecti.

Quos et alio loco simulata iustificatione et obliqua per ironiam uoce condemnat dicens: non ueni uocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam. iustos, id est, qui sibi de praesumptione iustitiae blandiuntur, sicut et alio loco iustificantem se respuit Pharisaeum et accusantem se suscipit publicanum. non ueni, inquit, uocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam, id est, non noui Iudaeos ex lege sibi iustitiae priuilegia uindicantes, sed potius gentes requiro ex fide peccatorum paenitentiam profitentes. nam ad ipsorum elationem et alio loco ita dicit: non est opus sanis medico, sed qui male habent. Iudaei autem iustos et sanos se iactabant esse, sed non erant. quis autem sanum se sano corde dicere auderet, quando uniuersitas generis humani uno serpentis morsu percussa languebat? una est ergo spes sanitatis infirmo, si se

3] 1 Cor. 9, 24. 4] Gal. 5, 7. 7] 1 Cor. 9, 26. 8] 2 Tim. 4, 7. 14] Rom. 10, 3. 17] Matth. 9, 13. 25] Matth. 9, 12.

3 nequae *P* 4 conpraehendere *P* 5 currebeatis *P* 7 si *P* 8 nequae *P* 11 apastolus *P* 12 cohercit *P* 16 hieronimiam *P* 18 penitentiam *P* 20 se *om. v* fariseum *P* suscipit *scripsi*, suscepit *P* 22 noui *P (scil.* non noui = respuo*)*, ueni *uel* ueni uocare *v* 24 ad *P*, et *uel* de *uel* ob *v* 25 sani *P* medicos *P* 27 se] de *v* 28 mors super cussa *P*

coram medico agnoscat infirmum. dignum uero est, ut remedio careat, qui aegritudinem suam scire dissimulat. et propterea maius gaudii erit angelis in caelo super uno peccatore paenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent paenitentia. quis non hoc loco uere iustos esse credat hos, qui non indigent paenitentia? sed nemo magis eget salute, quam qui se non intellegit indigere. et ideo magis uerus ille pastor exultat super una oue, quae ab errore reuocata est, quam super nonaginta nouem ouibus, quae non errauerunt. et quis a mortiferi erroris malo esse possit inmunis, cum propheta testetur: omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit? quam dolenda caecitas Iudaeorum uiam negato saluatore perdiderat et errorem suum scire nolebat.

Hic ergo sermo diuinus sub appellatione iustorum sine praeiudicio sensus alterius magis Iudaeorum notat atque increpat arrogantiam. nam cum denarius et centesimus numerus iustos perfectosque designet. nonus et nonagesimus iniustos et peccatores ipsa inperfecti numeri ratione designat. itaque hoc loco Iudaei elationem, qui se ex lege iustificans redemptoris misericordiam repudiauerat, apostoli doctrina castigat dicendo: non uolentis, quia in humili Christiano ipsa oboedientia et subiectio cursus est et ascensus, in Iudaei elatione lapsus est et decursus. non, inquit, uolentis neque currentis. quomodo uox ista pertinere potest ad fidelem et Christi legibus subditum, ad quem dicitur: et in lege domini fuit uoluntas eius, et quod praefati sumus: si quis uult post me uenire, et: uoluntarie sacrificabo tibi, domine, et: qui

3] Luc. 15, 7. 11] Esai. 53, 6. 26] Psalm. 1, 2. 27] Luc. 9, 23. 28] Psalm. 53, 8. Luc. 9, 21.

1 remedio *e*, remedium *P* 3 magis *e* angelus P^1 4 agentem *P* supra *P* 9 supra *P* 10 quis a *scripsi*, qui se a *P*, quis eo *e* erris *P* 11 omnes — perdiderat *om.* P^1, *in fine paginae add.* P^2 14 perdiderant P^2 nolebant *P* 15 apellatione *P* 16 atquae *P* 17 argantiam *P* centissimus *P* 18 perfectosquae *P* 19 itaquae *P* 20 alationem *P* 22 et *om. P* 24 inquid *P* nequae *P* 26 le *P* 28 uoluntariae *P*

uoluerit animam suam sâluam facere, perdet illam, et qui perdiderit animam suam propter me, inueniet illam? uide quam magnum opus et quam arduum perdendae et inueniendae animae etiam in hominis uoluntate constituit et propterea ita conclusit: filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui et tunc reddet unicuique secundum opera sua. aduerte quia, dum dicit secundum opera sua, salutem hominis non in praedestinatione factoris, sed in operatione famulantis largitor gratiae conlocauit. ergo hic non condicio hominis, sed conuersatio designatur et ideo alio loco dicit: omnes stabimus ante tribunal dei, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. agnosce hoc loco non aliena generis uel originis mala, sed propria corporis gesta nouissimo discutienda iudicio.

Quapropter ex homine, qui in Christo renatus est, non hoc constat in examen uocandum esse, quod natus est, sed quod operatus est. si ergo actus hominis non est etiam uoluntatis, quomodo dicit: si uolueritis et me audieritis, bona terrae comedetis? itaque conditor utriusque, id est exterioris et interioris hominis deus, sicut potentia sua corporis humani membra disposuit, ita ordinatione sua ministerium usumque membrorum homini agere ac dispensare permisit. et sicut dexteram in omni homine ipse formauit, sed in potestate hominis posuit, ut eam quo uellet extenderet et ad diuersa opera conferret, pari modo sensum rationis et arbitrium uoluntatis in unamquamque animam inseruit inspirauit infudit, sed eam in manu humani consilii moderandam et exercendam reliquit eiusque officia iuri hominis dominioque commisit, ut, si malum

5] Matth. 16, 27. 11] Rom. 14, 10; 2 Cor. 5, 10. 19] Esai. 1, 19.

5 hominis enim *P* 6 unicuiquae *P* 7 secundum *om. r* 8 praedistinatione *P* 9 in *om. r* 11 loco alio *P* Christi *r* 12 unusquisquae *P* 15 iuditio *P* 16 hoc — esse *om. r* 20 itaquae *P* utriusquae *P* et interioris *om. r* 22 usumquae *P* 24 dextram *r* sed et *r* 25 uellit *P* opera *om. r* 26 conferet *P* 27 unamquamquae *P* 28 reliquid *P* 29 eiusquae *P* dominioquae *P*

depranatus adpeteret, in arbitrii libertate permissum sibi sciret, licere nesciret, si autem bonum cuperet, actionem et perfectionem eius a conditore deposceret, ad mercedem uero illius officiosa deuotio pertineret. et ideo hominis formator et rector bonae uoluntatis homini deputauit usum, sibi reseruauit effectum. non ergo aequum iustumque uni uelle concessit et alteri denegauit, sed sicut omni homini manum oculum gressumque donauit, ita similiter omni homini uoluntatem, ut eam in quaslibet partes uersaret, indulsit. iustitia ergo in homine non personale, sed generale et publicum dei munus est. aditus capessendae salutis quasi fons quidam in medium mundi huius expositus et in commune concessus ad hauriendum uniuersis patet, ut largitori merito reus sit, qui haurire neglexerit.

Omnibus itaque oblatum est, quod ab omnibus reposcendum est. nam si circa hominis, ut dicunt, salutem specialis est dispensatio, nescio quomodo generalis poterit esse discussio. sed cum dicat: omnes nos manifestari oportet ante tribunal dei, non eam ab omnibus terribiliter exigeret, nisi omnibus misericorditer obtulisset. igitur in procinctu militiae constitutum ita apostolus adhortatur: labora quasi bonus miles Christi. nemo militans deo inplicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat, cui se probauit. nam qui in agone contendit, non coronatur, nisi legitime certauerit, et iterum: laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. audi et alio loco apostolum non tua otia praedicantem: de cetero, inquit, fratres, confortamini in domino et in potentia uirtutis eius. induite uos armatura dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. quia non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum,

17] 2 Cor. 5, 10. 20] 2 Tim. 2, 3. 24] 2 Tim. 2, 6. 26] Eph. 6, 10.

6 iustumque *P* 7 denaeganit *P* gressumque *P* 9 parte *P* quamlibet partem *r* 11 capisendae *P* 12 auriendū *P* 13 meritor eius *P* quia aurire *P* 18 terrebiliter *P* exegeret *P* 19 procincto *P* 22 nam et *r* 24 agrienlam *P* 25 de *om. r* 28 armaturam *r* 29 diabuli *P*

contra spiritalia nequitiae in caelestibus. propterea accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. state ergo succincti lumbos uestros in caritate, induti lorica iustitiae et calceati pedes in praeparatione euangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. cum dicat: ut possitis stare aduersus insidias diaboli, et iterum: ut possitis resistere in die malo, et in consequenti: sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, apertissime ostendit a deo possibilitatem arbitrii omni homini fuisse concessam, qua ei promptum esset non solum carni suae resistere, sed etiam diabolo repugnare, de quo et alio loco dicit: uigilate, inquit, quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens circuit quaerens quem deuoret.

Si huic aduersario iam certos quosque imposita, quomodo asseris, originis necessitas deputasset, non quaereret quos deciperet nec deputatis uigilare prodesset. sed non ita est. nam sicut hostis omnibus admouetur, ita omnibus praesidii et auxilii dextera non negatur et orantibus ac uigilantibus misericordiae benignitate succurritur, quae utique pulsantibus magis ex deuotione quam ex praedestinatione defertur. itaque inter ista, qui dicit solam gratiam sine exercitio operis et laboris posse sufficere, nonne tibi uidetur in hanc blasphemiae uocem alienata mente prorumpere: nemo uigilet, nemo ieiunet, nemo luxuriae inpugnationem abstinentiae contritione castiget, nemo bellum uitiis mortificatione exterioris indicat, nemo interioris curae plagas salutifera afflictione contendat, nemo libidini con-

14] 1 Petr. 5, 8.

2 armatura *P* 4 in *add. P*^{2} ueritate *r* lurica *P* 5 calciate *P* 7 nequissime *P* 8 positis *P* 9 positis *P* 10 fidaci *P* 12 promtum *P* 13 diabulo *P* 15 diabulus *P* 17 certes *P* quosquae *P* impositos *e* 18 deceperet *P* 19 uigiliare *P* 22 utiquae *P* 23 praedistinatione *P* itaquae *P* 24 exerciti *P* 27 luxoriae *P* 28 exteris *r* *num* hominis *post* exterioris *addendum?* interiores *P* 29 libidine *P*

tradicat, nemo criminibus remedia per laborem maceratae carnis inquirat, nemo hostem inlecebris obscenae uoluptatis armatum crucis uiribus repercutiat, sed contra ignea inimici iacula nudum pectus exponat, nemo debita aeternae morti obnoxia elimosynarum sacrificiis redimat, nemo per opera misericordiae atque iustitiae curam uulneribus ferat, sed integra ea ad diem iudicii per se ferat? ecce hic, qui paulo ante adsertor gratiae putabatur, intercludendo uiam salutis humanae inpugnator gratiae, per quam salus ipsa conlata est, inuenitur et in diaboli transisse consilia adiutor perditionis ostenditur.

X.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT AD MALUM TANTUM LIBERUM ARBITRIUM PROMPTUM ESSE HOMINI, AD BONUM PRORSUS NON ESSE.

Ubi est illud prophetae: audite me, qui sequimini, quod iustum est, et quaeritis dominum, uel illud apostoli: nescitis quoniam, cui exhibetis uos seruos ad oboediendum, serui estis eius, cui oboedistis, siue peccati ad mortem siue oboeditionis ad iustitiam. dum ergo apostolus ab homine studia meliora deposcit, inesse ei facultatem bonae uoluntatis ostendit, quam cum praeferimus, aperte ordinationem atque mirabilem dispositionem sui praedicamus auctoris, quam ad iusta officia praeparatam idem apostolus demonstrat dicens: non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut oboediatis concupiscentiis eius, sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tamquam ex mortuis uiuentes et membra uestra arma iustitiae deo. item: humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmun-

14] Esai. 51, 1. 15] Rom. 6, 16. 23] Rom. 6, 12. 28] Rom. 6, 19.

1 macerate *P* 5 elimosinarum *P* 6 adquae *P* 7 per se ferat *scripsi*, perseuerat *P*, perferat *r* 8 intercludendo *P* 10 diabuli *P* 13 promtum *P* prossus P^1 14 adite *P* 16 exhibuistis *r* seruos *om. r* 18 ad *P* 21 adquae *P* dispossitionem *P* 22 demonstra P^1 25 exibeatis *P* 26 exhibeto *P*

ditiae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. nonne hic ipsum eundemque hominem ad bonorum operum studia prouocat, quem prius malis deditum fuisse manifestat?

Igitur dum liberi interemptor arbitrii in alterutram partem omnia ex praedestinatione statuta et definita esse pronuntiat, etiam suprema remedia paenitentiae sensu abruptae impietatis euacuat. et quomodo praedicat gratiam, qui misericordiam negat? quomodo uidetur asserere dei donum, cuius tollit auxilium? quomodo audet de scripturis praesumere testimonia, qui scripturarum conatur excludere beneficia? quomodo mihi dicitur: declina a malo et fac bonum, si iam malum declinare non possum? cur apostolus loquitur: mortificate, inquit, membra uestra, et iterum: eratis, inquit, aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate? quomodo mihi mutationem mei legis praedicator insinuat, si immutabilem legem factor inposuit: expoliantes, inquit, uos ueterem hominem cum actibus eius induentes nouum? quomodo concretam peccati labem inseparabiliter ad originem et conditionem pertinere contendis, quam deponi et exui posse cognoscis? intellege contrario te spiritu aduersus sanctum spiritum loqui, qui legis et prophetarum sacramenta, qui euangelicae ueritatis oracula mundo in adiutorium dedit et praecepta diuina per laboriosae seruitutis officia gratia cooperante seruantibus regnum caeleste promisit.

Quapropter honorem sancti operis ac laboris de praemii magnitudine ac dignitate metire, cuius palmam tu pariter et coronam uilem absque dubio iudicas, si eam sine laboriosa contritione adprehendi posse confirmas. numquid potest sine magna operis intentione mandatum illud diuinae praeceptionis impleri? noli, inquit, uinci a malo, sed uince in bono

11] Psalm. 36, 27. 13] Col. 3, 5. 14] Eph. 5, 8. 17] Col. 3, 9. 31] Rom. 12, 21.

3 eundemquae *P* 6 praedistinatione *P* 7 supraema *P* 10 quomo *P* 13 quur *P* inquid *P* 17 immutabilem *P*, inimitabilem *r* 19 peccatis *P* 23 mundo *P (o man. alt. in ras.)* adiutoriom *P* 28 absquae *P* 29 adprachendi *P* 31 inquid *P*

malum, uel illud: nolite seduci, corrumpunt mores bonos conloquia mala. et quomodo inter haec asseris acceptum gratiae donum nullo modo periclitari, cum legas insitum moribus bonum a malo posse corrumpi? numquid otii erit, ut obtineatur, quod apostolus dicit: in omnibus tribulationem patimur, sed non angustamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deicimur, sed non perimus, et quod alio loco dicit: mihi autem mundus crucifixus est et ego mundo? si haec atque huiusmodi, quibus scripturae sanctae plenae sunt, per otium conparantur, cur non ab omnibus obtinentur? multum et remunerati gloriae et remuneratoris iustitiae derogabitur, si summi et inlustres uiri per quietem et desidiam coronantur. et ubi est illud propheticum: propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras? si procuratio inquirendae salutis otiosum negotium est, communis et generalis et lata est uirtutis uia, ergo mentiuntur euangelia, cum dicunt: quam angusta porta et arta uia, quae ducit ad uitam, et pauci sunt, qui inueniunt eam. si opera cessabunt, honorem merita non habebunt, si nihil fuerit in labore arduum, nihil erit in uirtute pretiosum.

Sed haec ardua uia offendit ignauos et labor deterret otiosos. non ergo uiolentia praescientis, sed inoboedientia peccantis in causa est, sicut legimus: perierunt propter iniquitates suas uelut somnium exsurgentis, et iterum: discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, et alio loco: non custodierunt testamentum dei et in lege eius noluerunt ambulare. non ergo inpossibilitas ab opere iustitiae hominem reuocat, sed iniquitas et uoluntas. cum autem apo-

1] 1 Cor. 15, 33. 5] 2 Cor. 4, 8. 9] Gal. 6, 14. 14] Psalm. 16, 4. 18] Matth. 7, 14. 24] Psalm. 72, 19. 25] Psalm. 6, 9. 27] Psalm. 77, 10.

1 moros *P* 3 gratia *v* nullu *P* pereclitari *P* 4 num quit *P* num qui docuerit *v* 5 ut *ex* uł *P* 6 agustamur *P* 9 crucixus *P* 10 adquae *P* 11 plaenae *P* quur *P* 12 remunerantis *v* 18 cum] quae *v* uia] est *add. v* 21 praetiosum *P* 22 ostendit *v* deterrit *P* 25 discite *P* 28 iustiae *P*

stolus dicat: peccantem coram omnibus argue, nulla ratio est, qua uel arguendus sit uel condemnandus, qui delinquit inuitus. sed non ita est. nam cum per prophetam suum dominus dicat: unumquemque secundum uias suas iudicabo domus Israel, quicumque succubuit passioni, non praescientia urguente superatus est, sed peccato blandiente seductus est. adhuc negantes conatum laboris humani testimonium istud opponunt: nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborant, qui aedificant eam. qui hoc inperite obiciunt et totum homini denegandum credunt, primum secundum sonum litterae intellectum suum expedire non possunt. numquid enim dominus per se tantum uelut solitaria procuratione salutem humani generis administrat? non utique. sed cum corpus per membra dispositum capitis exsequatur imperium, aedificat ⟨dominus⟩ domum suam per ecclesiae praesules atque pastores, per eos, qui dicunt: dei enim adiutores sumus. qui enim curam suscipit saluandi hominis, adiutor est redemptoris.

Aedificat ergo domum hanc dominus per sanctos suos et sancti per dominum suum. aedificatur ecclesia per eum, qui dixit: ut sapiens architectus fundamentum posui. numquid aliter aedificatam cognoscis ecclesiam, quam per labores et officia sacerdotum, per ministeria et exempla sanctorum, per apostolorum uirtutes et martyrum mortes? sed inter haec cum usque ad omnium malorum tolerantiam uitaeque iacturam laborare debeat famulus, ad dominum tamen semper est referendus laboris effectus. qui uero uel initium operis sibi praesumit adrogare uel finem, ad illum merito dicitur: nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborant, qui aedificant eam. ceterum sicut ab homine indefessae seruitutis expectanda deuotio est, ita operis consummati domino

1] 1 Tim. 5, 20. 4] Ezech. 33, 20. 8] Psalm. 126, 1. 16] 1 Cor. 3, 9. 20] 1 Cor. 3, 10.

2 qua| *P* 3 cum per *scripsi*, cum *P*, per *v* 4 unumquemquae *P* 5 quicũquae *P* subcubuit *P* 13 utiquae *P* 14 dominus *addidi, om. P, cf. l. 18* 15 praesoles *P* atquae *P* 21 aedificat et cognoscit *v* 24 usquae *P* uitaequae *P*

est deputanda perfectio, cuius dona ille solus non habuit, qui seruare neglexit. nam et ille seruus se accepisse cognouit, qui commissum sibi talentum negotio salutis duplicare contempsit, sed terrae potius otio languente mandauit. sed et Saul gratiam dei a Samuele unctus accepit et munificentiam specialem regalemque potentiam sub conditione hac, ne a praeceptis dei declinaret, obtinuit. et qui lucos et fana cum pythonibus suis magistro sacerdote subuerterat, defuncto eodem cum magistro fidem perdidit et ad pythonissae postmodum responsa fallentia conuolauit, qui se ad deum pertinere potuisse idolorum subuersione monstrauerat.

XI.

CONTRA EORUM SENSUM, QUI DICUNT, QUOD UAS IN CONTUMELIAM NON POSSIT ADSURGERE, UT SIT UAS IN HONOREM.

Aiunt uas contumeliae in uas honoris transire non posse eo, quod dixerit apostolus: an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam? hoc loco praecedentes causas, quibus uel in honorem uel in contumeliam homo transeat, conclusa elocutione suppressit. nam cum homo per gratiam esse coeperit uas honoris, inuigilandum est, ut acceptus honor diuina cooperatione seruetur, ne adquisitus homo postmodum in uas contumeliae culpa exsistente uertatur. quod autem dicunt ab ineunte aetate praefinitum in melius non posse mutari deteriorem hominis statum, hoc illic futurum creditur post uitae huius excessum, ubi iam nec emendatio nec mutatio erit, apud inferos. ceterum usque in finem et ad iustitiam transire pessimi et periculum possunt timere perfecti, sicut legimus in primo Regum: qui glorificant me, glorificabo eos, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. quare iste hono-

16] Rom. 9, 21. 29] 1 Reg. 2, 30.

3 commissum *P* 5 samuhele *P* regalemquae *P* 7 phitonibus *P* 9 phitonisse *P* falentia *P* 10 subuertione *P* 13 eorum *scripsi*, eum *P* dicit *v* 20 locatione *v* suppraessit *P* 25 illuc *P* 27 usquae *P* 28 in primo Regum *scripsi*, in regum *P*, *om. v* 30 contempnunt *P*

ratur et ille despicitur? propter hoc utique, quia et ille deum glorificare potuit, qui intulit contumeliam, et iste contemnere, qui detulit gloriam, quia placere domino deo suo et potuit nolle, qui noluit, et potuit uelle, qui noluit. nec putes hic naturae esse distantiam. ipse est, qui uult, ipse, qui non uult.

Quisque ergo renatus in Christo, nisi prius fuerit uas malitiae per culpam propriam, uas offensae et irae esse non poterit. et e contrario, ut fiat uas misericordiae, prius futurus est uas oboedientiae, ut praecedentibus causis iusti iudicis sententia subsequatur. ostendamus uas contumeliae in uas honoris adiutorio dei et studio suo posse transire: si, inquit, dixero impio: morte morieris, et egerit paenitentiam a peccato suo feceritque iudicium et iustitiam, uita uiuet et non morietur. quid est impius nisi uas contumeliae? ecce per remedium paenitentiae subito honoratur candore gratiae et induitur decore iustitiae, ut peccatorum faece detersa confidenter possit dicere cum propheta: asperges me hyssopo et mundabor, lauabis me et super niuem dealbabor. audi apostolum, quomodo dealbari posse pronuntiat maculas conscientiae, ut de uase iniquitatis uas sanctificationis appareat: in domo, inquit, magna non solum sunt uasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, ⟨alia⟩ quidem in honorem, alia uero in contumeliam. adtolle cor liberum ab inmutabili necessitate, humana conditio, et agnosce circa salutem hominis domini tui ineffabilem bonitatem. cum dixisset: alia quidem in honorem, alia uero in contumeliam, manum spei fidelibus aperuit ac dilatauit ita diceus: quod si quis se ex his expurgauerit, erit uas in honorem sanctificatum.

11] Ezech. 33, 14. 17] Psalm. 50, 9. 21] 2 Tim. 2, 20. 28] 2 Tim. 2, 21.

1 dispicitur *P* utiquae *P* illi *P* 5 *post alterum* ipse *add.* est *r* 6 quisquae *P* 7 uas *om. r* 13 feceritquae *P* 17 aspargis *P* me] domine *add. r* ysopo *P* 22 linea *P* alia *addidi, om. P* quidem *scripsi, cf. l. 26,* quid enim *P* quid enim alia sunt uasa *r* 27 dilatauit *P*

Uas ergo cordis utriusque rei capax est et, quod in se ante permisit infundi, facile potest prioris propositi mutatione uacuari, ut ipsum atque idem uas in se et apud se effusa iniquitate permaneat. itaque uas ad substantiam hominis, quod uero in uase conditur, ad genus ac diuersitatem pertinet uoluntatis. et alio loco ostendit dominus perditum restitui posse, cum dicit: non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel, et iterum: epulari et gaudere oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit, perierat et inuentus est. non ergo in natura eius fuerat facta perditio, sed qui recedendi contemptu mortuus fuerat, reuixit desiderio reuertendi. nam sicut sui criminis est, quod longe pii parentis refugit oculos, ita suae est deuotionis, quod per insitum sibi bonum deliberans et adsurgens ad paternos recurrit amplexus. sed gratia, quae pulsauerat peregrinantem, ipsa suscepit reuertentem. recedat hinc originalis definitio uel fatalis. ecce mortuus uiuificatur et perditus inuenitur, sicut et mulier euangelica, quae amissam in domo dragmam, id est rem uel cuiuscumque muneris uel salutis lucerna inquirit accensa et ad gratiae oleum adponit studium suum et cum dei adiutorio iungit se requirentis intentio ac sic, quod intus perdiderat, intus inuenit.

Si quando ergo homo ex bono malus uel ex malo bonus effici arbitrio mentis adnititur, uoluntas, quae libera est, a deo data corrigitur, non uis praedestinationis operatur. et quotienscumque in sacris paginis legeris: in quacumque die conuersus ingemueris, tunc saluus eris, et iterum: nolo mortem impii, sed ut reuertatur impius a uia sua et uiuat. conuertimini a uiis uestris pessimis, et iterum: impietas impii non nocebit eum, in quacumque die conuersus fuerit ab iniustitia sua, et illud: auferte

7] Matth. 15, 24. 8] Luc. 15, 24 (32). 26] Ezech. 33, 11. 29] Ezech. 33, 12. 30] 1 Cor. 5, 7.

1 uis *v* utriusquae *P* 3 idsum *P* adquae *P* 4 itaquae *P* 8 aepulari *P* 11 recedendo *v* contemtu *P* 12 parentes *P* 15 suscipit *P* 16 definicio *P* 18 cuiuscumquae *P* 21 uenit *P* 24 praedistinationis *P* quotienscumquae *P* 25 quacumquae *P* 28 uestris *om. v*

uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, et quotiens homo ad meliora deterioribus repudiatis gratia iuuante conuertitur, totiens de uase contumeliae uas honoris efficitur. ut uero de bonis mali efficiantur, hoc facilius in se recipit humana fragilitas, ut de uase honoris in uas contumeliae transeat, sicut legimus in Abacuc: et escae eius electae, de quibus etiam dicitur: aurum ut paleas reputabit, Hieremias quoque: quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? sicut et apostolus dicit: tollam ergo membra Christi et faciam membra meretricis?

Itaque manifesta sententia est de Christi corpore posse hominem in partem diaboli per culpam propriam commutari, sicut et alio loco absolutissime docet de optimo pessimum fieri et templum dei posse uiolari ita dicendo: uos estis templum dei et spiritus dei habitat in uobis. si quis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. ecce iam templum dei esse dinoscitur, iam a sancto spiritu possidetur, et per incuriam uiolari atque corrumpi et ab indigno hospite occupari posse memoratur, sicut et propheta increpat animam dei gratia sponte euacuatam: ego plantaui uineam electam, omnem ueram. quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae? ecce uineam a deo nobili radice plantatam, studio cultoris electam, proprio ostendit crimine deprauatam. et ideo de ea in Esaiae cantico loquitur: expectaui, ut faceret uuam, fecit autem spinas. expectatio increpantis agricolae ostendit hanc uineam dare fructus potuisse iustitiae. et cum stantem cadere testetur posse, cum dicit: et qui se existimat stare, uideat ne cadat, et e contrario ad iacentem loquitur: numquid qui cadit non resurgit? potens est enim deus sta-

6] Hab. 1, 16. 7] Iob 41, 18. Thren. 4, 1. 9] 1 Cor. 6, 15. 11] 1 Cor. 3, 16. 20] Ierem. 2, 21. 24] Esai. 5, 4. 27] 1 Cor. 10, 12. 28] Ierem. 8, 4; Rom. 14, 4.

1 consparsio *P* 4 recepit *r* 12 diabuli *P* 15 et *om. r* 17 et] tamen *add. r* 18 adquae *P* 20 euacuatam *scripsi,* uacuatam *P* plantaui] te *add. r* omne semen uerum *v* 22 deo a *r* 23 electum *P* deprauatum *P* 24 uuam] uineam *r* 25 agriculae *P*

tuere illum, aperte ostendit statum hominis in diuersa non pro constitutione dei, sed pro arbitrii libertate posse uersari. sed et Esaias euidenter adfirmat deprauata corrigi et dilui posse maculata, cum ad peccatores loquitur dicens: lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis.

XII.

ITEM UELLE ET NOLLE SICUT AD MALAM ITA ETIAM AD BONAM PARTEM HOMINIS ARBITRIO PATET FUISSE COMMISSUM.

Inter haec sollicite nobis apud haereticos requirendum est, utrum homo bonum non possit an nolit. insita homini bonae semina uoluntatis euidenter adsignat ita dicens: si uolueris mandata ⟨seruare⟩, conseruabunt te, et: noli deficere a disciplina domini, et: noli abstinere bene facere egenti, et: noli fabricari in amicum tuum mala, et: nolite fieri, sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus, et: noli repudiare consilia matris tuae, et: noli intendere fallaci mulieri, et: noluit intellegere, ut bene ageret, et: noluerunt accipere disciplinam. cui nolle obicitur, uelle in promptu fuisse euidenter ostenditur. et plura similia sunt in eloquiis ueteris testamenti, quae omnia ipsam specialiter constringunt et conuincunt uoluntatem. in libris etiam nouis euangelicis et apostolicis, quid aliud nisi libertas uoluntatis ostenditur, ubi dicitur: nolite thesaurizare thesauros in terra, et: nolite eos timere, qui occidunt corpus. sobrii estote, iusti et nolite peccare, ad Timotheum: noli neglegere gratiam, quae in te est. nec bo-

4] Esai. 1, 16. 12] Eccli. 15, 16. 13] Prou. 3, 11. 15] Prou. 3, 29. Psalm. 31, 9. 17] Prou. 6, 20. Prou. 5, 2. 18] Psalm. 35, 4. 19] Ierem. 5, 3. 24] Matth. 6, 19. 25] Matth. 10, 28; 1 Cor. 15, 34. 27] 1 Tim. 4, 14; Philem. 14.

2 ꝑbitrii *ex* perbitrii *P* 4 immaculata *r* 9 fuisse] qui se *P* commissum *P* 10 hereticos *P* 11 nollit *P* 12 uoluntatis] quod *add. r* 13 seruare *addidi, om. P* et *om. r* 17 repudeare *P* 20 promtus *P* 22 conueniunt *P* 23 apastolicis *P* 24 thesauro *P* 26 stote *P* peccare] et *add. r* timothium *P*

num tuum uelut ex necessitate sit, sed ex uoluntate. seruos etiam ipsos monet, ut dominis suis ex anima seruiant cum bona uoluntate, et alio loco: nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi. nolite detrahere in alterutrum, et: nolite errare. deus non inridetur. quae enim seminauerit homo, haec et metet, et: nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt.

Uidemus ergo et in bonam et in contrariam partem posse humanae mentis transire consensum. et ideo alio loco dicit: bonum, inquit, facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. operemur ergo bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. nolite, inquit, diligere mundum: nisi ei bonum ad meliora contulisset affectum, mali ei non interdiceret appetitum, et ideo in sinistram crimine suo trahitur, qui a domino suo uocatur ad dexteram. et propterea iterum dicit: noli uinci a malo, sed uince in bono malum. aperte mali necessitate non premitur, cui uictoria de boni electione promittitur. non enim in deuia lex originis trahit, quem auctor in biuio conlocauit, ac sic, cui noluntas indita est, ut uincere malum possit, si forte aduersario suo cessit, animus ei pugnandi defuit, euentus non defuit obtinendi. legimus ad Hebraeos: uoluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia. secundum haec, si libertatem arbitrii non habemus, quomodo cum uoluntate peccamus? qua causa reus sit (si) requiras, quia post acceptam notitiam ueritatis ad spiritum declinauit erroris. post acceptam, inquit, notitiam: intellege eum accepisse gratiam et per neglegentiam perdidisse, et iterum: inritam faciens legem Moysi

3] Iac. 2, 1; 4, 11. 5] Gal. 6, 7. 7] 1 Ioann. 2, 15. 11] Gal. 6, 9. 17] Rom. 12. 21. 23] Hebr. 10, 26. 30] Hebr. 10, 28.

2 seruos—uoluntate *om. r* seruus P^1 7 neque *P* 10 alio *supra scriptum in P man. alt.* 12 metimus *P* 13 autem a *P* 14 contulisse *P* 18 praemitur *P* 21 aduersario suo cessit] aduersarios uocet si *r* 22 pugnandi *P (i in ras. man. alt.)* 23 uoluntarie *P* 27 si *addidi, om. P, cf. pag. 42, 10; post* causa *addunt r* 29 neglientiam *P* 30 inritum P^1

sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit?

Cur sub duobus aut tribus testibus accusatur et quasi proprii criminis reus moritur, si iam inuitabili ad peccandum naturae lege deprimitur? sed ideo absque dubio meretur poenam, quia potuit et noluit custodire iustitiam. qua uero causa tanto bono exutus sit si requiras, quia, inquit, spiritui gratiae contumeliam fecit. agnosce hoc loco, quia gratia non tam negata homini defuit, sed hominem prius ab eodem derelicta et contempta deseruit benignitas dantis. cum quodam dolore increpat contumeliam respuentis ac sic, cum ad deuia uoluntarius declinauit, non periit derelictus, qui se ingerenti misericordiae subtraxit ingratus, similis effectus illis, de quibus psalmista pronuntiat: et benedixit eos, et multiplicati sunt nimis, et in sequenti causas amissae benedictionis obtendit: et seduxerunt, inquit, eos uana ipsorum et seduxerunt eos in inuio et non in uia. hic praeuaricator mandati ideo apparuit reus, quia ad malum magis seductus est quam coactus. similiter et ad Galatas transgressionis noxam ad hominis retorquet offensam ita dicens: sed tunc quidem ignorantes deum his, qui natura non sunt dii, seruiebatis. secundum haec natura deus est Christus, cui seruire praecipimur. sequitur: nunc autem, cum cognoueritis deum, immo cogniti sitis a deo, quomodo conuertimini ad infirma et egena elementa, quibus denuo seruire uultis? non dixit: boni esse non potestis, sed mali esse uultis. nisi in bono potuissent stare correcti, non arguerentur ad deteriora pro-

17] Psalm. 106, 38. 23] Gal. 4, 8. 26] Gal. 4, 9.

1 testibus *om. P* 6 quur *P* 7 inuitabilia *P* 8 absquae *P* 9 causam *P*, causa in *v* 10 si *om. P*[1] 12 ho mihi *P* contẽp,ta *P* 22 ad *om. P* transgressioni *P* retorquid *P* 25 hanc naturam *v* 28 elimenta *P*

lapsi. ad quos iterum dicit: filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis.

Ecce istos, qui fide geniti facti fuerant abortiui, asserit adhuc posse ad Christi imaginem reformari et, dum perditos adhuc filios uocat, praeuaricationem sine desperatione condemnat docens et reparari perdita et auferri posse conlata. nam cum alio loco haereticus apostoli sententiam praedestinationem dei uel praefinitionem interpretetur esse, cum legitur: miserebor, cui uoluero, et misericordiam praestabo, cuius miserebor, interrogandus est, utrum quod uult deus ordinatum an inordinatum, iustum an iniustum sit? cum id, quod necesse est, iustum esse responderit, dicendum est: puta hic uerba esse iustitiae, quia uoluntas diuina iustitia est. et ita haec elocutio intellegenda est miserebor, cui uoluero, id est: cui iustum esse ⟨consilium⟩ cognouero, cuius promptam fidem uidero, quem praeceptis meis oboedire perspexero, quem meam facere probauero uoluntatem. et misericordiam, inquit, praestabo, cuius miserebor: quod ita intellegendum est, qui conlatam a deo misericordiam subdita et sollicita mente seruauerit, ampliorem misericordiam consequetur, sicut alio loco dicit: qui enim habet, dabitur illi et superabundabit, id est, qui acceptum dei donum cum uigilantia et cordis timore custodit, magis ac magis gratiae ipsius capiet augmentum, ut ei profectus ipse pariat incrementa profectuum, sicut alio loco dicit: et sanctus adhuc sanctificetur.

Quod autem et illud ad praefinitionem dei putant esse referendum, quod apostolus dicit: ergo cuius uult miseretur et quem uult indurat: dicis itaque mihi, quid adhuc queritur? uoluntati enim eius quis resistit? manifeste

1] Gal. 4, 19. 8] Rom. 9, 15. 20] Matth. 13, 12. 25] Apoc. 22, 11. 27] Rom. 9, 18.

3 qui] de *add. v* 5 disperatione *P* 7 hereticus *P* praedistinationem *P* 8 interpraetetur *P* 12 puto *v* *num* haec *scribendum?* 13 diuino *P* 14 cui] quem *v* 15 consilium *addidi, om. P* 20 consequa&ur *P* 21 et *om. v* superhabundabit *P* quia *v* 26 ad *om. P* 28 itaquae *P* 29 quaeritur *P* manifestae *P*

hic sub interrogantis uel obicientis persona contrarium sensum apostolus intromittit, quem ex aduerso propositum sequenti increpatione castigat dicens: o homo, tu quis es, qui respondeas deo? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam? hic infidelis curiositatem arguentis auctoritate conpescit. et cum dicit: an non habet potestatem, hic calumnianti solam dei obicit potestatem contemnens eiusdem rationem, qui uniuersos humanos actus diuinae ordinationi indocte et infideliter adscribebat. an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam? inter haec dum dicit ex eadem massa, quicumque duas generis humani massas esse arbitrabaris, unam sacra ex lectione cognosce. duas autem facit prauitas studiorum et diuersitas uoluntatum. ita pro earum qualitatibus, non pro inpulsu dei unusquisque aut contumeliae uas aut honoris efficitur.

XIII.

UBI SIBI GRATIA DEI ET UOLUNTAS HUMANA TESTIMONIORUM ASSERTIONE SOCIANTUR.

Si bene intendas animum, aperte copioseque cognosces, quomodo per sanctarum paginas scripturarum nunc asseratur gratiae uirtus, nunc humanae uoluntatis adsensus. fragilitatem arbitrii demonstramus, cum ad deum dicimus: pone, domine, custodiam ori meo et ostium circumstantiae labiis meis. item iubet sermo diuinus, ut aliquid uigor possit arbitrii. dum ad hominem dicit: cohibe linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum. arbitrium commendat sapientiae

3] Rom. 9, 20. 24] Psalm. 140, 3. 27] Psalm. 33, 14.

6 argumentis *v* 8 contemnens eiusdem rationem *scripsi,* contemnens ei de rationem *P,* conuincens eum ratione *v* 9 uniuersas *P* diuine *P* 13 humani generis *v* 16 unusquisquae *P* 20 sociantur] et de paruulis inanis calumnia transeundo perstringitur *add. v* 21 cognosces *scripsi,* cognoscis *P* 22 sc̃arium *P* 23 ascensus *v*

sermo, cum dicit: omni custodia serua cor tuum. sed apostolus sine diuino adiutorio hoc fieri non posse manifestat, cum dicit: dominus custodiat corda uestra et intellegentias uestras in Christo Iesu. asserit propheta uoluntatis propriae facultatem de semet ipso dicens: inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas. sed nihil de solis eius uiribus intellegit praesumendum, cum proclamat ad deum: inclina, inquit, cor meum in testimonia tua et non in auaritiam. propter liberum arbitrium indicitur nobis: rectos cursus fac pedibus tuis et uias tuas dirige. sed nos ad gratiam confugientes pro infirmitatis conscientia supplicamus: dirige in conspectu tuo uiam meam, et: perfice gressus meos in semitis tuis.

Imperat nobis, qui propriae uoluntatis generali dispensatione ius tribuit: inluminate uobis lumen scientiae. pro eo uero, quod totum ad auctorem gratiae referendum est, legimus: qui docet hominem scientiam, uel: dominus inluminat caecos, et iterum: inlumina oculos meos, ne umquam obdormiant in mortem, et: beatus homo, quem tu erudieris, domine, et de lege tua docueris eum. apostolus arbitrii praedicator libertatem eius ita incitat dicens: custodite animas uestras, sed misericordiam dei protestatur ita commemorans: dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum. per haec itaque, quibus modo arbitrii libertas adseritur, modo caelestis largitas demonstratur, nunc homo de concessis uiribus admonetur, ne de sola gratia speret otiosus, nunc de gratia sperare praecipitur, ne de solo sit labore securus. sed dicis: si praedestinatio non est, cur in paruulis alii baptizantur, alii sine baptismi sanctifica-

1] Prou. 4, 23. 3] Phil. 4, 7. 5] Psalm. 118, 112. 7] Psalm. 118, 36. 12] Psalm. 5, 9; 16, 5. 17] Psalm. 93, 10. Psalm. 145, 8. 18] Psalm. 12, 5. 19] Psalm. 93, 12. 21] Ier. 17, 21. 23] Psalm. 120, 8.

1 omni *P* 4 asserit] in *add. r* 9 auaritia *P* 10 cursos *P* 11 confugientis P^1 14 imperat *P* 15 illuminare *r* 19 dormiam *r* morte *r* 21 praedictor *r* 26 ammonetur *P* 27 labore sit *r* 28 praedistinatio *P* quur *P*

tione rapiuntur? serpentinae fraudis est ad tenebrosas cauernas relicta luce transfugere, cum per omnia uolumina sacrae litterae euidenter liberum loquantur arbitrium. quid rationis est, ut interrogare uelis occulta, cum sollicitudini tuae plenissime uideas respondere manifesta? quid utilitatis est certa omittere et incerta consulere, de quibus nihil inuenis catholica lectione conscriptum? non intellegis, quod in ueritatis iniuriam perscrutaris, quidquid ueritas scire te noluit? materiam de liberi arbitrii ratione proponis et ad discutiendum infantiae statum pernicioso errore delaberis, in quo nullum penitus uestigium liberi arbitrii, nullum apparere potest propriae uoluntatis indicium.

XIIII.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT EOS, QUI POST BAPTISMUM PEREUNT, IN BAPTISMUM PENITUS NON CREDIDISSE.

Hoc loco respondendum est, in quo auctore hoc legis, de quo doctore hoc asserere praesumis. et cum in baptismo aboleri peccatum originale non deneges et firmum esse baptisma conprobetur, ubi indiuisa trinitas inuocatur, da causas, quibus baptizatus adhuc intra debitum originale consistat. et ipsi, inquis, in Adam pereunt, quia in baptismum non crediderunt. nonne tu paulo ante dicebas ad capessenda dei dona studium hominis non requiri? ecce tu ipse manifestissime profiteris sine accipientis deuotione irritam esse munificentiam largientis. tu, inquam, ipse confirmas sine merito fidei, id est sine cooperatione uoluntatis humanae gratiam nil prodesse et, quomodo dicis, totum deus sibi de statu hominis reseruauit et nihil homini dedit.

Ecce etiam secundum sententiam tuam nec ipsum sibi regenerationis potest constare mysterium, nisi homo iuxta benedictionis donum adhibuerit credulitatis affectum. cui negas conatum, quid ab illo requiris adsensum? cum autem pro-

2] transfugire *P* 4 uellis *P* solicitudini *P* 6 consolere *P* 9 discuciendum *P* 10 pernitioso *P* dilaberis *v* 20 de *P* 23 capiscenda *P* 27 nihil *v* 30 ipsem *P* 31 benedictiones P^1

pheta dicat: exibunt aquae uiuae de Hierusalem, in quibus uitalis undae sacramenta designat, quomodo fieri potest, ut innouatus homo deletam ueteris hominis cautionem secum retineat? quomodo fieri potest, ut cum debito Adae in Christo absolutus resurgat? quomodo fieri potest, ut de sacri fontis inriguo cum adoptiuo dei adhuc mortem uita parturiat, cum dicat apostolus: quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis? quem utique nullus induere potest, nisi indumenta primae natiuitatis exuerit. cui autem ad baptismum sponte uenienti baptismum non profuisse poteris edocere, cum etiam haeretico in trinitatis nomine regenerato tantum per se uirtus ipsa mysterii conferat, ut, si postmodum ad Christi fidem transeat, baptismatis iteratione non egeat, sed ita operante gratia ablutus iudicetur, ut tantum benedictione chrismatis induatur? hunc uero persuasionis tuae reprobum sensum catholica detestatur ecclesia. ideo, inquis, genitali quamlibet unda perfusi munus baptismi non accipiunt, quia ad baptismum infideliter ueniunt. non ita est. aduerte, quia hoc ipsum ad baptismum uenire et salutem desiderare iam fidei est. quicumque, inquis, post baptismum pereunt, in Adam pereunt, quia in baptismo non crediderunt. rectius diceres ideo eos perisse post baptismum, quia ad gratiae donum iungere noluerunt laboris officium, quia eos consuetudinis neglegentia cordisque desidia a uigilantia operis et a sollicitae seruitutis reuocauit industria.

Quod si culpa incredulitatis causa est perditionis, quid de paruulis sentiemus, quibus in parentum deuotione et in lactantis infantiae simplicitate integra fidei peruigilia deputantur, qui absque ullo infidelitatis periculo immaculata regenerationis munera consequuntur et multi eorum processu aetatis in mortis

1] Zach. 14, 8. 7] Gal. 3, 27.

3 inuatus *P* 5 sacre P^1 7 quicumquae *P* 8 utiquae *P* 10 *post* uenienti *rasura trium uel quattuor literarum in P exstat* 11 heretico *P* 19 quicumquae *P* 21 dicere *P* 23 consuetudines P^1 negligentia *P* cordisquae *P* 26 lactentis *v* 27 integrae *v* 28 absquae *P* immaculata *P* 29 aetatatis *P*

praecipitia demerguntur? quae id ratio agit, nisi quia expugnari se ignauia resoluente . . . . . .

XV.

(DE RUINA ANGELI ET HABERE SANCTOS ANGELOS SIMILITUDINEM DEI CONTRA QUORUNDAM PERSUASIONEM).

. . . . . et causam, cur fracti uiderentur, exposuit: propter incredulitatem, inquit, fracti sunt, non utique propter praescientiam. non specialem esse circa credentes dei munificentiam docet, quando et eos, quos incredulitatis arguit, credere potuisse demonstrat. quo genere etiam infideles copiam fidei accepisse manifestat et, dum de naturalibus fractos dicit, praesumentes salutifera castigatione compressit: si, inquit, naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat, et subdidit: et illi, inquit, si non permanserint in incredulitate, inserentur. potens est deus iterum inserere illos. magnanimitatem itaque hic et humilitatem cordis adloquitur, humilitatem, ut et qui insertus est frangi timeat, magnanimitatem, ut spem remunerationis et qui fractus est non deponat. sic ouem perditam pastor sedulus inquisiuit et inuentam subiectis ad ouile humeris reportauit. quomodo sequentem relinqueret, qui sequitur etiam relinquentem?

XVI.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT CHRISTUM NON PRO OMNIBUS MORTUUM.

Dominum nostrum Iesum Christum aiunt humanam carnem non pro omnium salute sumpsisse nec pro omnibus mortuum esse. hoc omnimodis catholica detestatur ecclesia. nam si ita esset, quomodo apostolus diceret: sicut in Adam omnes

7] Rom. 11,20. 12] Rom. 11,21. 14] Rom. 11,23. 27] 1 Cor. 15,22.

2 *lacunae signum post* resoluente *posui, numerum* XV *et uerba* de ruina—persuasionem *addidi ex capitulorum indice, cf. quae exposui in libro 'Studien über die Schriften des Bischofes von Reii Faustus, pag. 9';* patiuntur *ante* ignauia *add. r* 6 quur *P* 7 utiquae *P* 12 compraesit *P* inquid *P* 16 itaquae *P* 17 incertus *r* 21 relinquaeret *P* 25 sumsisse *P*

moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur? hic dici non potest pro parte totum. nam sicut pars prima sententiae omnes in Adam mori euidenter ostendit, sine dubio hoc, quod sequitur: in Christo omnes uiuificabuntur, nihilominus ad omnes in Christo uiuificandos non ex parte, sed generaliter pertinere apostolus indicauit, id est etiam impii per uirtutem resurrectionis Christi resuscitandi esse creduntur, licet etiam non iudicandi, sed puniendi resurgant. cum autem apostolus dicat: qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium, quod dixit omnium hominum, ad propositum diuinae bonitatis aspexit. quod autem dixit maxime fidelium, illos hoc loco pronuntiauit atque distinxit, qui per fidem, per oboedientiam, per subditam uoluntatem redemptoris munera susceperunt.

Pro uniuersis autem uenisse Christum idem apostolus declarat: caritas, inquit, Christi urget nos iudicantes hoc, quoniam, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. et pro omnibus mortuus est, ut et qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis et mortuus est et resurrexit. quia ergo resurrectio generalis ad uirtutem pertinet redemptionis, si redemptio non ad omnes pertinet, nec ad omnes resurrectio pertinebit. et ideo quia sicut omnes resurgemus, licet non omnes inmutabimur, ita dominum redemptorem cum generalis misericordiae beneficio uenisse testamur, etsi illud infidelitas, quia noluit, non recepit. nam deum quolibet tempore qui quaesiuit inuenit et, qui inuenisse non uisus est, non quaesiuit. quod si, quemadmodum abrupta blasphemat impietas, alii ad mortem praeordinati, alii praedestinati uidentur ad uitam, nullam Christus ueniendi causam, nullam moriendi, quam pietas eius inuenit, habuit necessitatem.

9] 1 Tim. 4, 10. 16] 2 Cor. 5, 14. 23] 1 Cor. 15, 51.

3 moriuntur *r* 5 uiuificandus *P* 6 id est] iidem *r* 11 maximae *P* 12 atqnae *P* ditinexit *P*, distrinxit *r* 14 susciperunt *P* 15 ide *(in rasura exstabat* st*) P* 18 est] Christus *add. r* 19 et *om. r* 23 resurgimus *P* 24 redemtorem *P* 27 quemammodum *P* 29 praedistinati *P*

Nouum ergo remedium nihil agere potuit, si ante saecula res humanas definitio uetusta praefixit. sed quia fatalis persuasio, quae uim praescientiae cogentis inducit, omnimodis respuenda est, ideo magis et legem ⟨deus⟩ dedit et prophetas mediis temporibus excitauit, quia arbitrium uoluntatis humanae adtenuatum nouerat, non ablatum. quod si ex toto uigor eius perisset, quomodo legeretur: et in lege domini fuit uoluntas eius, et iterum: uoluntarie sacrificabo tibi, domine, et ad Philemonem: ut non ex necessitate, sed uoluntarium esset bonum tuum? et cum dicat in euangelio: caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita, dubitare penitus non debemus, quod pro toto mundo se inpenderit, qui plus dedit, quam totus mundus ualebat, sicut et beatus Iohannes euangelista testatur: ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris, sed et pro totius mundi.

Sed dicis: quomodo totum mundum redemit? ecce uidemus homines in peccatis suis uiuere, quomodo putabimus redemptos, quos uidemus permanere captiuos? hoc loco intellectum de proposita similitudine colligamus. uerbi gratia si legatus aliquis uel sacerdos intercessurus pro ciuitate captiua largius pretium deferat et uniuersum captiuitatis populum de manu eius recipiat, qui belli iure retinebat, et omnis omnino relaxetur lex ac necessitas seruitutis, et inter haec, si forte illic aliquos de captiuis uel oblectatio consuetudinis uel male blandus praedo sollicitet, gratuitum beneficium unusquisque uoluntatis suae seruus recuset, numquid minorauit gratiam pretii contemptus ingrati? numquid aliquam beniuolentiae redemptoris intulit deminutionem, qui respuit libertatem? non ita est. quin immo sicut redemptori gratus potest esse, qui rediit, ita de

7] Psalm. 1, 2. 8] Psalm. 53, 8. 9] Philem. 14. 10] Ioann. 6, 52. 14] 1 Ioann. 2, 2.

2 uetustam *P* 4 deus *addidi, om. P* 6 adtinuatum *P* 8 eius *suprascr. P*[1] 9 filimonem *P* 11 poenitus *P* 12 pro *om. r* 13 iohannis *P* 15 nostris] non pro nostris autem tantum *add. r* 17 putauimus *P* 21 praetium *P* deserat *r* 22 iura *r* 25 unusquisquae *P* 26 praetii *P* contemtus *P* 28 diminutionem *r* 29 redemtori *P*, redemptoris *v*

contemptu reus est, qui remansit. uolentes enim redemit uoluntatum remunerator. iustus enim arbiter deus uoluntarium cupit redire, quem non inuitum meminit corruisse. quae cum ita sint, dic mihi, quem a gratia redemptionis exceperit, qui damnationis antiquae chirographum generale deleuit.

CONTRA HOC, QUOD EUANGELICAM SENTENTIAM INPERITO ET INPROBO SENSU INTERPRETANTUR.

Nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater, qui misit me, adtraxerit eum. quis tam inmemor salutis suae sit, qui adtrahentis misericordiam negare praesumat? sed ille uere impius est, qui eam non omnibus ingeri, non omnibus testatur inpendi. hoc loco adtracti salutem adtrahentis putat esse uiolentiam. apparet illum non nosse nisi catenas obnoxiae seruitutis, qui deuotae nescit uincula caritatis. hic autem sermo diuinus specialiter increpat hominem de propriis sibi uiribus adrogantem et de labore suo impie praesumentem. cum inter haec unus totum labori, alter totum gratiae iudicet deputandum, impletur in utroque Graeca sententia: nimietates, inquit, inaequalitates sunt. similis inprobitas et par esse probatur impietas, si totum soli gratiae uel si totum soli adscribatur labori. quid nos oportet inter ista sentire, nisi ut semper gratiae subiciamus laborem et semper gratiam cum labore sociemus?

Sed ante omnia adrogantiam laboris refugiamus nec nobis quicquam de eius meritis uindicemus, ne Pharisaeum imitari mortifera iactantiae praesumptione uideamur. nam cum ille orans indubitanter uerum diceret: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium, quaecumque possideo, euacuauit ueri fidem, quia ueritati miscuit uanitatem. non ergo operatio,

8] Ioann. 6, 44. 26] Luc. 18, 12.

1 contemtu *P* 3 coruisse *P* 5 cyrographum *P* 6 *capituli numerus non exstat in P, cf. quae exposui in libro 'Studien über die Schriften des Faustus', pag. 8 et 22* 7 interpraetatur *P* 9 adtraxit *P* adtrahentes *P* 18 utroquae *P* greca *P* 19 inaequalitates *scripsi*, aequalitates *P*, et inaequalitates *v* *uerbis* similis inprobitas *cum hac sententia coniunctis* 20 asscribatur *P* 23 arrogantiam *P* 24 fariseum *P* 25 praesumtione *P* 27 euacuauit *P* 28 uiri *P*

sed cordis elatio declinanda est. nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater adtraxerit eum. numquid uelut insensibilis et inepta materies de loco ad locum mouendus est et trahendus? sed adsistenti et uocanti domino famulus manum fidei, qua adtrahatur, extendit et dicit: credo, domine, adiuua incredulitatem meam. et ita se duo ista coniungunt, adtrahentis uirtus et oboedientis affectus, quomodo si aeger aliquis adsurgere conetur et facultas animum non sequatur et propterea sibi porrigi dexteram deprecetur. clamat uoluntas, quia sola per se eleuari nescit infirmitas. ita dominus inuitat nolentem, adtrahit desiderantem, erigit adnitentem. quid est autem adtrahere nisi praedicare, nisi scripturarum consolationibus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, praemium polliceri? Audi dominum non duris nexibus, sed spei manibus adtrahentem et dilectionis brachiis inuitantem, sicut ait propheta: adtraxi eos in uinculis caritatis, et illud: post te in odorem unguentorum tuorum curremus. et ideo dicit: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos, ne ullus excusare se possit exclusus, qui conuincitur inuitatus. licet enim non omnes oboedientiam exhibituros esse praenosceret, omnibus tamen et uelle et posse donauerat. hoc loco sollicitius requiratur, utrum quisque adtrahi uelit an nolit. si non uult, absolute adtrahentis beniuolentiam non meretur. si autem uult, ecce iam cum deo et hominis consensus cooperatur. nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater adtraxerit eum. quomodo adtrahentem uides, cur dissimulas uidere uenientem? et ideo sicut gratiae est quod adtrahitur, ita oboedientiae probatur esse quod sequitur. haec adtrahentis dei misericordia si dignis datur, aduertis, quia iam et studio humanae utcumque seruitutis inpen-

5] Marc. 9, 23. 17] Ose. 11, 4. Cant. 1, 3. 19] Matth. 11, 28.

9 dextera *P* deprecetur *P* 15 spei *om. r* 18 currimus *r* 23 sollicite *r* quisquae *P* 24 ue lit *P* nollit *P* assolitam *r* 25 deo] dō *P*, des *r* 26 cooperatur *scripsi*, operatur *P*, operatur *r* 28 quur *P* 31 utcumquae *P* impenditur *P*

ditur, si uero indignis, consequens est, ut etiam reprobis non negetur et euidenti miseratione bonitas dei indiscrete et iustis et peccatoribus offeratur.

Sed is, quem perspicis adtrahentem, requirit omnimodis praecepta seruantem, ut per quandam uoluntatis ansulam conprehendi et adtrahi ualeat, qui uocatur. quod si eum putas adtrahere nolentes, caelesti iustitiae iniquitatis pondus inponis. sed si inuenitur adtrahere nolentes, quanto magis conplectitur desiderantes! nam etiam, qui sine labore uidetur adtrahi, laboraturus est, ut inhaereat adtrahenti. quanti enim uenerunt et recesserunt, quia adtracti in gratia perseuerare desideratore uocante noluerunt, sicut in euangelio scriptum est: multi ex discipulis eius audientes abierunt retrorsum et iam cum illo non ambulabant, item: dixit autem Iesus ad duodecim: numquid et uos uultis abire? respondit ei Petrus: domine, ad quem ibimus? uerba uitae aeternae habes et nos credimus et cognouimus, quia tu es Christus filius dei. in utrisque libera fuit uoluntas et in illis, ut ingrata mente discederent, et in istis, ut cum libertate fidei permanerent.

XVII.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT, QUIA DEI UIOLENTIA INDURET HOMINEM, NE UENIRE UALEAT AD SALUTEM.

Si ipse, ut blasphemas, obdurat, quomodo ait in psalmo: hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, et iterum: secundum duritiam autem tuam et inpaenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae, item in Hieremia: percussisti eos et non doluerunt, adtriuisti eos et renuuerunt accipere disciplinam. indurauerunt facies suas super petram et noluerunt reuerti.

12] Ioann. 6, 67. 14] Ioann. 6, 68. 25] Psalm. 94, 8. 26] Rom. 2, 5. 28] Ierem. 5, 3.

5 conpraehendi *P* 10 inhereat *P* 11 desiderare *P* 18 utrisquae *P* 22 induceret *P* 24] blasphemas] blasphemus ult *c* 28 atriuisti *P* 30 supra *v* noluere *v*

adhuc causam obdurationis aduerte secundum sententiam sapientissimi Salamonis, qui dicit: impius cum uenerit in profundum malorum, contemnit, id est de adsiduitate peccandi desperatio nascitur, obduratio uero ex desperatione generatur. dum dicit Hieremias: noluerunt reuerti, uides, quia obduratio cordis crimen est propriae uoluntatis. inhonestus, cupidus et cruentus est cuiuslibet facinoris seruus, si peccatis non reluctetur.

Videamus autem, unde obduratio ista nascatur. non utique uiolentia conpellentis, sed clementia relaxantis obdurationis occasio est, dumque ad paenitentiam sustinet delinquentem infatigabilis bonitas, abutitur beniuolentia remittentis elata securitas. ideo ait beatus apostolus: an diuitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis ignorans, quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit? secundum duritiam autem tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei. aduertis, quod apostolus dicendo secundum duritiam tuam et cor inpaenitens non deo, sed homini culpam indurati cordis adscribit: ignorans, inquit, quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit? secundum duritiam autem tuam et inpaenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei. agnosce, quia non austeritas dei indurat malorum corda, sed bonitas. nam quia tribulationum laboribus ac flagellis pro dei patientia non affliguntur, ideo superbia deprauantur. quod ita esse euidenter et propheta commemorat dicens: in laboribus hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia eorum. ac sic dum poena in iudicium reseruatur dumque ad

2] Prou. 18, 3. 13] Rom. 2, 4. 28] Psalm. 72, 5.

4 disperatio *P* desperatione *P* 7 est *(an erit?) scripsi*, et *P* 9 autem *v* utiquae *P* 11 dumquae *P* 14 longanimitates P^1 ignoras *c* 18 aduertes *P* 20 indurationis *v* ignoras *v* 24 corda malorum *v* 25 tribulationem P^1 26 patientiam *P* 28 labore *v* 30 dumquae *P*

emendationem prouocat domini longanimitas, in seruo contemptum nutrit impunitas. qui reddit, inquit, unicuique secundum opera sua, certe non inponit deus homini secundum praescientiam peccandi necessitatem, a quo secundum opera sua legitur exacturus esse rationem. peccaui, inquit propheta, et quid accidit mihi triste? hoc est dicere: certum est deum nescire peccata, qui non accelerat pro ultione supplicia, et iterum: dixit enim in corde suo: oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat usque in finem. dum ergo dicit oblitus est deus, patientiam remittentis neglegentiam iudicat ignorantis et arbitratur oblitum, quod magnanimus dispensator reseruat in posterum. quo genere metuentem admonitio dei castigantis emendat, contemnentem magis lenitas moderantis obdurat, ut putet de deo impius, quod usque in finem ignorantia obscurante non uideat, quidquid ad praesens beniuolentia sustinentis punire dissimulat, et, cum probetur ab insultante contemptus, obdurationem putatur operatus. dum enim iram inter crebrescentia peccata suspendit, peccatorem insultare permittit.

XVIII.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT, QUIA HOMINES UOLUNTATE DEI IMPELLANTUR IN MORTEM.

Si autem, ut dicit haereticus, per uoluntatem dei trahuntur homines in perditionem, quomodo in lectione Regum mulier loquitur ad Dauid: nec ult, inquit, deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est? item Ezechiel sub uerbis dei ita disserit: multo labore sudatum est et non exiit ab ea nimia rubigo eius

2] Rom. 2, 6. 6] Eccli. 5, 4. 8] Psalm. 10, 11 25] 2 Reg. 14, 14. 27] Ezech. 24, 12.

1 contemtum *P* 2 unicuiquae *P* 7 adcelerat *P* 8 dicit *c* 9 usquae *P* 11 magnanimis P^1 13 ammoniti *P* contemnente *P* 14 usquae *P* 17 contemtus *P* 18 crebriscentia *P* 21 quia *om. c* impelluntur *c* 22 in mortem *om. c* 23 hereticus *P* 25 inquid *P* 26 paenitus *P* paereat *P* 27 item] et *add. c*

neque per ignem inmunditia tua exsecrabilis, quia mundare te uolui et non es mundata a sordibus tuis. ecce deus hominem non solum saluari optat, sed pro eius purgatione multo labore desudat. porro pro ratione iustitiae per se effectum medentis cura non peragit, quia uoluntatem eius, qui est purgandus, expectat. item: defecit sufflatorium, frustra conflauit sufflator. malitiae enim nostrae non sunt consumptae. dum audis sufflatorium uel conflatoris officium, intellege purum metallum adulterina permixtione corruptum et a naturali sinceritate uitiatum. si homo in mortem inpulsu ac uoluntate dei agitur, cur item sub Ezechiele inputans et uelut dolens loquitur: quare moriemini, domus Israel, quoniam nolo mortem impii, dicit dominus? reuertimini et uiuite. et quomodo eos in mortem, ut blasphemas, inpellit, quos ad uitam non solum nutu iubentis, sed affectu supplicantis inuitat? item: uiuo ego, dicit dominus, nolo mortem impii, sed ut reuertatur impius a uia sua et uiuat. reditum se in potestate habere cognoscat, qui a domino prouocatur, ut redeat. uiuo ego, dicit dominus. ne de indulgentia reus dubitet, iudex clementiam suam etiam quadam sacramenti interpositione confirmat. sed per apostoli Petri sententiam uoluntas benignissimi insinuatur auctoris: non tardat, inquit, dominus promissum suum, sed patienter agit propter uos nolens aliquos perire, sed ad paenitentiam reuerti. peccanti ingeritur paenitentia, ut in conferenda misericordia locum possit habere iustitia. sed patienter, inquit, agit emendationem hominis, quia inpatienter desiderat, patienter expectat. item secundum Lucam: et ut adpropinquauit, uidens ciuitatem fleuit super illam

6] Ierem. 6, 29. 12] Ezech. 18, 32. 16] Ezech. 33, 11. 23] 2 Petr. 3, 9. 29] Luc. 19, 41.

1 nequae *P* 4 pugnatione *P* 8 consumtę *P* 10 a] e *v* 11 inpulsu] suo *add. v* 12 ezechielem *P* inputas *P* 14 uiuete *P* 18 redditum *P* 20 dubitat *v* 21 sed] et *add. v* 22 benignisimi *P* 23 actoris *v* 24 pacienter *P* nollens *P* 25 ad *suprascr. P*[1] paenitenciam *P* pęnitencia *P* 27 pacienter *P* emendatio nem *P*

dicens: non relinquent in te lapidem super lapidem eo, quod non cognoueris tempus uisitationis tuae.

Hic constringendi sunt haeretici. si dominus perituris salutis intercluserat aditum, ergo falso istorum defleuit exitium. si autem eorum perditionem uero, ut manifestum est, maerore perdoluit, non uoluntatem suam homini, sed consensum hominis uoluntati suae defuisse monstrauit. quid mirum si pro salute hominis lacrimas fundit mox sanguinem profusurus? item in Matthaeo: Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt, quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, et noluisti? duas res hic agit sermo diuinus. nam dum dicit: quotiens uolui et noluisti, in deo propositi bonitas, in homine arbitrii est expressa libertas. dicendo autem: Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt, saluare se eos uoluisse pronuntiat, cum euidenter proferat causas, per quas salutem eis negare debuerit. hoc loco duplici genere in seruo iniquitas cruentae mentis ostenditur, in domino indulgentia benignissimae uoluntatis aperitur. si deus perire uult hominem, quomodo dicit etiam propheta Michaeas: indicabo tibi, o homo, quid sit bonum et quid dominus requirat a te, utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum deo tuo. dum dicit: et quid dominus quaerat a te, utique facere iudicium, promptam exercendi boni operis uoluntatem non reposceret, si non dedisset. uides, quia, sicut dei est, ut prouocans adhortetur, ita oboedientiae hominis reseruatum est, ut sequatur.

9] Matth. 23, 37. 21] Mich. 6, 8.

3 heretici *P* 4 interclusserat *P* 7 uoluntatis *P* monstrauit *P* 8 lacrymas *P* fudit *v* 9 matheo *P* occides *P* 10 quotens *P* (i *suprascr. man. alt.)* 11 galina *P* 14 expressa *P* 15 occides *P* 17 pronontiat *P* 20 operietur *P* 21 micheas *P* 22 utique *P* 25 utiquae *P* promtam *P* sequatur] EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCAPITVLA *(sic! pro:* incipiunt capitula*)* DE LIBRO SECVNDO *add. P*

CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. Contra hoc, quod impie asserunt a deo induratum fuisse cor Pharaonis.

II. Quod praescientia dei nec ad iusta nec ad contraria humanas urgeat uoluntates.

III. Quod aliud sit praescire, aliud praedestinare.

IIII. Contra hoc, quod dicunt: in istos misericors est, quos adquirit, in illos iustus est, quos relinquit, cum et circa malos misericors et circa bonos etiam iustus appareat.

V. Contra hoc, quod dicunt: non tam uoluit quam non potuit saluus esse, qui periit, iuxta quod legimus: et non poterant credere.

VI. Quid sit, quod ait: cum enim nondum egissent aliquid boni aut mali.

VII. Quid sit, quod ait: ut propositum dei maneret.

VIII. Contra hoc, quod dicunt: totus periit Adam.

VIIII. Ad cuius imaginem et similitudinem primus homo sit conditus.

X. De hoc, quod naturae legem aut interisse dicant aut insitam non fuisse.

XI. Gentes deum naturaliter sapuisse.

XII. De Niniuitis.

LIBER SECUNDUS.

I.

CONTRA HOC, QUOD IMPIE ASSERUNT A DEO INDURATUM FUISSE COR PHARAONIS.

Hic sensum scripturae sanctae sollicitius perscrutemur et obicientis animum consulamus, utrum Pharao uolens an in-

2 impiae *P* a *suprascr. P* 3 faraonis *P* 4 humana surgeat *P* 6 p̃distinare *P* 13 agit *P* 15 propisitum 21 neniuitis *P* 22 INCIPIT LIBER SECVNDVS *P* 25 faraonis *P* 26 sollicitus *P* 27 consolamus *P*, confundamus *v* farao *P*

uitus a domino fuerit induratus. si uolens, ipsi utique culpam obdurationis adsignas, si uero inuitus, iniquitatem dei obdurantis accusas. quae enim iustitia erat, si, quem ipse obdurauerat, ipse puniret? cum uero dominus ipse ad eum loquatur et dicat: cur non uis dimittere populum meum uel usquequo non uis subici mihi? ecce ubi diuinis testimoniis liberam fuisse in Pharaone agnoscimus uoluntatem. hac ratione Pharaonem, dicit dominus, obdurabo, dum eum mihi in decem plagis, quas a Moyse exoratus remoueo, insultare permitto. ego, inquit, obdurabo cor Pharaonis. sic interdum familiariter etiam apud homines genus huius elocutionis adsumimus, sic interdum contumacibus famulis exprobramus mansuetudinem nostram ita dicentes: ego patientia mea pessimum (te) feci, ego remissione mea malitiam tuam superbiamque nutriui, ego te contumacem indulgentia mea reddidi, ego dissimulatione mea cor tuum, ut contra me obduraretur, animaui. et hoc modo, quod in bonitate domini uirtutis est testimonium, in serui inprobitate fit uitium.

Ait autem sermo diuinus: uidensque Pharao eo, quod data esset requies, ingrauauit cor suum. manifestissime hoc loco indulta requies cor Pharaonis indurasse perscribitur. hoc enim, quod dicit: obdurauit cor suum, non passiuum uerbum est, sed actiuum. uis scire, quia diuina moderatione ob causam induratae mentis operatur? idem ipse Pharao in decem plagis positus cum percuteretur, mitigabatur, cum laxaretur, ingrauabatur. ac sic impium diuina seueritas inclinabat, bonitas obdurabat, et, ut se esse liberi arbitrii demonstraret, castigante deo populum dimittebat, parcente reuocabat. perspice, quomodo rebellem spiritum caelestis lenitas obdurat.

5] Exod. 10, 3. 10] Exod. 4, 21. 19] Exod. 8, 15.

1 utiquae *P* 3 enim] etiam *v* 5 quur *P* 6 usquaequo *P* 7 faraone *P* 8 faraonem *P* decim *P* 9 moysi *P* 10 faraonis *P* 11 genus *om. v* elocutionis] uim *add. v* 13 te *addidi, om. P, post* mea *add. v* 14 superbiamquae *P* 16 obduretur *v* amaui *P* 17 in *om. v* uirtutus P^1 19 uidensqu e *P* farao *P* 21 faraonis *P* 23 uerbum *om. v* 24 oc causam *P* farao *P* 25 decim *P* 26 si *v* 29 perspece P^1

accedentibus mitescit flagellis, recedentibus insolescit. agnosce rationem obdurationis et uim propriae uoluntatis. Hebraeum populum, quem egredi pro inposita sibi contritione nunc praecipit et pro plagarum moderatione nunc prohibet, ad extremum incumbentibus plagis etiam festinus abire perurget et compellit. non ergo induratur in multa dei potentia, sed contemptor efficitur in multa dei patientia. denique inter alternas uices castigationis et remissionis flagellatus humiliatur, exanditus erigitur, liberatus insultat, afflictus obtemperat et filios Israel, quos post decimam plagam emisisse cognoscitur, ad primam eum emittere potuisse uoluntas postrema testatur. et cum inter medias correptiones profiteatur: iustus es, domine, ego uero et populus meus impii, non se a deo, sed a uoluntate propria deprauatum conscientiae suae testis ostendit. et tu deum circa Pharaonem durum uel iniquum fuisse praesumis asserere, quem circa se iustum et pium ipse sacrilegus non potuit abnegare?

Inmitem deum Christianus esse conqueritur, quem pium etiam impius confitetur? hoc ergo agit in hominibus caelestis misericordiae dispensatio, quod in terris pluuiae superuenientis infusio. ad copiosi imbris inlapsum cultus et edomitus cespes multiplicatur germinum fetibus, uerum incultus et crudus inutilibus herbis repletur et sentibus, ac sic unus idemque imber duas res diuersas atque contrarias iuxta culturae aut studium operatur aut uitium, sicut legimus: terra enim saepe uenientem super se bibens imbrem et generans herbam oportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a deo. proferens autem spinas ac tribulos reproba est et maledictio proxima, cuius

12] Exod. 9, 27. 25] Hebr. 6, 7.

1 mitescit *scripsi,* mitis et *P,* mitioribus et *v* recentibus *v* insoliscit *P* 2 hebreum *P* 5 abire perurget et compellit *scripsi.* perurget et abire perurget compellit *P,* perurget et abire compellit *v* 7 deniquae *P* 9 Israeliticos *omisso* quos *v* 10 eum] cum *v* 15 faraonem *P* 18 Christianus] Christum *v* conquaeritur *P,* consequitur *v* 19 ait *P (g suprascr. man. alt.)* 21 cupiosi *P* 22 cespis *P* 24 idemquae *P* atquae *P* 26 sepe *P* 29 maledicto *P*

consummatio in conbustionem. agnosce terram sub uno eodemque imbre nunc spinas et tribulos germinantem, nunc fructus benedictionibus idoneos proferentem. eodem modo dum misericordia dei expectat et parcit, emendatur oboediens, obduratur inpaenitens.

II.

QUOD PRAESCIENTIA DEI NEC AD IUSTA NEC AD CONTRARIA HUMANAS UIOLENTER URGEAT UOLUNTATES.

Praescientiam et praedestinationem dei male intellegunt astruentes, quod inde humanorum actuum causa nascatur. primum, quid ex quo pendeat uel procedat, perspicere debemus. non propterea homo quodcumque facturus est, quia eum coactura sit praescientis auctoritas, sed magis deo praesciendi ingerit qualitatem libertas praesciti hominis ac uoluntas. ergo non de uiolentia praeuidendi inponitur homini causa peccandi, sed magis de consecuturis hominum meritis ordo exoritur praenoscendi. generalis itaque praescientia, quae de statu mundi totius apud deum manet, de potentia nascitur, sed circa statum hominis qualitates et species praenoscendi de humani actus inspectione mutuatur.

Sed inter ista deo respondes et dicis: o domine, quomodo bonum adprehendere ualui, quem tu malum futurum esse praescisti? non ita est. aliud est, quod uult deus, aliud est, quod permittit deus. uult itaque bonum et permittit malum, praescit utrumque. iusta bonitate adiuuat, iniusta pro arbitrii libertate permittit. de suo est, quod dat gratiam, de tuo, quod praenoscit offensam. et inde est, quod circa iniquos incessabiliter inuenitur prohibere, quae prouidit. numquam prana hominum studia praeciperet ad meliora conuerti, si ea sciret non posse mutari, et ideo respondebit tibi consequenter diuina prouidentia: o homo, non te talem feci, qualem te futurum esse praesciui. bonum te pro iustitiae meae lege formaui et,

2 eodemquae imbrae *P* 9 praedistinationem *P* 12 quodcumquae *P* 17 generales P^1 itaquae *P* 21 respondis *P* 22 adpraehendere *P* tu$^{u}_{i}$ *P* 24 itaquae *P* 28 *num* prouidet *scribendum?* 32 praesciuit *P*

ne malum sequereris, admonui, malum te pro consecutura uoluntatum tuarum iniquitate praeuidi. ubi non conpulsio, sed consensio peccandi deprehenditur in querella, non auctor, sed praeuaricator in culpa est. si ad factorem, inquit, o homo, respicis, bonus esse potuisti, si ad praecognitorem, tu me pro gestorum tuorum ordine, ut de te malum praenoscerem, conpulisti.

Sed reuoluis et dicis: praescientia et praedestinatio humanorum actuum atque meritorum praefigit et excitat causas. non ita est. magis de origine uoluntatis humanae genus praescientiae deriuatur. sed ut aliqui cogitationis suae prauitate ducantur et actus suos de praescientia aestiment inchoari, hoc de proprio animi uitio ac de inemendabili obstinatione procedit, dum simulant passionibus reluctari et putant se non posse, quod nolunt. legem dicunt esse inmutabilis mali consuetudinem delinquendi. sed adhuc dicis, quia opera ac uoluntates hominum de nutu et inpulsu praescientiae caelestis incipiant. non ita est. hoc potius agnosce, quod praescientia dei de materia humanorum actuum sumat exordium. quid de nobis praescire ac praeordinare debeat deus, quantum pertinet ad futurum, in profectu hominis defectuque consistit.

Accipe illud exemplum, quo praescientia dei pro humana se actione conuertit. ad decumbentem Ezechiam regem mors defertur in uerbo tristi uatis ueridici adnuntiata responso ita dicentis: ordina domum tuam, nam cras morieris. at ille conuersus ad fletum ordinauit domum suam, quia humiliauit animam suam. prophetam quidem exploratae sanctitatis agnoscit, sed desperatio spe repellitur. oratio interdicit oraculo, resoluit deprecatio definitionem, fides plena dicti superat ueritatem, ineuitabilem denuntiatae mortis causam ex-

25] 4 Reg. 20, 1.

1 sequaeris *P* prosecutura *P* 3 consentio *P* deprachenditur *P* quaerilla *P* 5 respicit *v* 8 praedistinatio *P* 9 atquae *P* 11 diriuatur *P* 12 de] in *v* 13 ac] hoc *v* 14 relutari *P* 22 quod *P* 23 ezhechiam *P* 25 donum P^1 ad *P* 27 propheta *v* 29 depraecatio *P*

trema uincit deflentis infirmitas. humiliat se fragilitas humana et uim quandam patitur diuina sententia, sicut ait: regnum caelorum uim patitur. omnimodis moriturus fuisset, nisi territus supplicasset. elige utrum uelis, aut praefixam necessitatem confitere mutatam aut ueritatem conuince mentitam.

III.

QUIA ALIUD EST PRAESCIRE, ALIUD PRAEDESTINARE.

Apostolus ait: quos praesciuit et praedestinauit conformes fieri imaginis filii sui. aliud est praescire, aliud praedestinare. praescientia itaque gerenda praenoscit. postmodum praedestinatio retribuenda describit. illa praeuidet merita, haec praeordinat praemia. praescientia ad potentiam, praedestinatio ad iustitiam pertinet. praescientia de alieno subsistit actu, praedestinatio autem de iudicio suo, illa facinus manifestat, ista condemnat, illa testis, haec iudex est. cum illa praenuntiauerit causam, tunc praenuntiat ista sententiam. a praescientia quae sunt nostra produntur, a praedestinatione quae sunt praeparantur. ac sic nisi praescientia exploraverit, praedestinatio nil decernit. oculi autem uicem praescientiae uirtus exercet, quod se aspectui obtulerit, hoc uidebit. numquid fecisse creditur, quod deprehendisse cognoscitur? cum autem oculi ea uideant, non quae ipsi intrinsecus operantur, sed quae eis extrinsecus offeruntur, si peccantem quempiam forte conspexerint, non opinor uidentis, sed committentis flagitium iudicabitur. ita non ad praenoscentis, sed ad praecogniti pertinebit reatum omne delictum.

Sic et deus ea ante diem hominis praeuidet, quae non a se, sed ab homine facienda sunt. et sicut materia existens efficit,

3] Matth. 11, 12. 9] Rom. 8, 29.

2 sentia *P* 4 uellis *P* aut] an *P* 8 praedistinare *P* 9 quo *P* praedistinauit *P* 11 praedistinare *P* itaquae *P* 12 praedistinatio *P* 14 praedistinatio *P* 15 praedistinatio *P* iuditio *P* 17 pronuntiauerit *v* pronuntiat *v* 18 praedistinatione *P* 20 praedistinatio *P* 21 exercit *P* exercet] et *add. v* 22 deprahendisse *P* 23 operatur *P* 25 committentis *P* 29 existentis *v*

ut eam oculi acies contempletur, non autem oculus facit, ut res uidenda nascatur, ita et praescientia dei ea, quae de hominis meritis secutura sunt, non ut eueniant exigit, sed euentura praecurrit. et quia sacris eloquiis moris est, ut per adsumptam quamcumque similitudinem asserendae rei aperiant ueritatem, sicut interdum uel grano sinapi uel fermento mulieris euangelicae uel sagenae missae in mare et, quae plura talia sunt, regnum caelorum legimus conparari, ita et nos distinguere cupientes futura instituto genus colligitur praesciendi. quod si praescire conpellere est, qui praeuidet peccatorem, ergo ipse causa peccati est? praescit adulterium deus, ergo ipse ossa et medullas ignibus obsceni furoris inflammat? praescit deus homicidam, numquid ipse bestiales motus perturbatis sensibus suggerit, ipse ad peragendum facinus gladium cruentae mentis exacuit? praescit impium, ergo ipse ad profana sacrificia spiritum dementis instigat? itane quarum rerum ultor est, earum et auctor esse credendus est? et inter haec ad malum perurgere iudicandus est captiuae uoluntatis adsensum, qui nec diabolo conpellere permisit inuitum? uoluntas est, quae operatur delictum, uoluntas est, quae meretur auxilium.

Sed dicis: inuenio ubi sola gratia sine societate humanae uoluntatis operetur, nam in Bethleem omnis innocentium populus tam beatam mortem ex sola dei praedestinatione consequitur. non ita est. nam tum forsitan solius gratiae uerteretur operatio, si innocentis sanguinis non intercessisset effusio. quod si una tunc fuit innocentium causa, cur non omnis illic saluatur infantia? ab illius enim temporis gloria omnis aetas alterius sexus aliena est. si uis praedestinationis specialem per singulos facit conditionem, cur hic omnes pueri diuersis dierum uel mensuum temporibus nati unam obtinent felicitatem? si

1 ut *(erat* aut*)* *P* 2 hominum *v* 5 quamcumquae *P* asseredae *P* 6 granum *P* sinapis *v* firmento *P* 7 et quae *scripsi,* quae *P.* et quam *v* 8 sunt *om. v* 9 futuram *P* instituti *v* collegitur *P* 10 praeuidit *P* peccatorum *P* 13 motus *P* 14 cruento *P* 16 ultor est] ultorem *P* 19 diabulo *P* 22 omnes *P* 23 praedistinatione *P* 24 forsitam *P* 26 quur *P* 28 praedistinationis *P* specialem *P* 29 quur *P*

uero promiscua in genere humano electionis ratio agitur, cur ab hoc munere omnis status puellaris excipitur? hic ergo decreti sorte cessante mors pueris pro diaboli infertur furore, mortis uero beatitudo pro dei honore confertur. non ergo eos praedestinatio morti addixit, sed causae occasio consecrauit. hanc itaque paruulorum interfectionem non dispositio dei, sed impietas ordinauit inimici. deus autem, qui etiam malis hominum bene utitur, perempti gloriam de scelere perimentis operatur. contraria quidem malitiae disponit inuentor, sed bonitatis auctor in melius consilia aduersa conponit.

IIII.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT: IN ISTOS MISERICORS EST, QUOS ADQUIRIT, IN ILLOS IUSTUS EST, QUOS RELINQUIT, CUM ET CIRCA MALOS MISERICORS ET CIRCA BONOS ETIAM IUSTUS APPAREAT.

Si hominis statum deus, sicut blasphemat impietas, non aequitate sed potestate disponit, ille fortassis, qui pulsauit, excluditur et ille, qui non quaesiuit, adtrahitur. ac sic nec circa saluatos misericors fuisse uidebitur, quibus non dedit, ut ex officio misericordiam mererentur, nec circa perditos aestimari poterit iustus, qui sine proprio crimine a misericordia repelluntur. quod si ambo rei sunt in natura, et in isto iustitia periclitabitur, qui sine merito indignus eligitur, et in illo misericordia, qui perditioni sine peccati iudicio deputatur. qua enim misericordia honoratur otiosus, qua iustitia damnatur innoxius? itaque dum inperite tollit homini libertatem, impie deo probatur negare iustitiam. si dicas, quia tantum misericors in adquisito et solum iustus in perdito est, in utraque persona abrupte negabis utramque uirtutem. nam nec in hoc erit aequitas, si eligat non probatum, nec in illo bonitas, si perdat inmeritum.

1 quur *P* 2 excepitur *P* 3 cessẽte *P* diabuli *P* 4 mors *v* beatissima *v* 5 praedistinatio *P* 6 itaquae *P* disposicio *P* 8 peremẽtis *P* 13 reliquit *v* 22 elegitur *P* 23 perditioni‖ *P*, peritioni *v* 25 itaquae *P* impii *P* 27 utraquae *P* 28 utramq̃ *P*

Nos autem geminum hoc in dei operibus bonum inseparabili consertum fatemur amplexu, sicut legimus: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine, et iterum: misericors dominus et iustus et deus noster miserebitur, et iterum: misericors et miserator et iustus dominus. nam misericors est et in perditos, qui inquirit et inuitat errantes, qui diu sustinet delinquentes. et sicut solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos, ita utrosque indifferenter lumine rationis inpleuit, honore imaginis suae induit, ad gratiam redemptionis generaliter euocauit. itane misericors in illo non fuit, in quem tanta congessit, quem de neglecta et perdita misericordia iudicabit? iam illud minoris negotii est, ut erga adquisitos sicut misericordem ita iustum esse doceamus. iustus, inquam, et circa eos, quos suscipit reuertentes, quos non deserit laborantes, quos dignos efficit libertate fideliter seruientes. haereticus autem ideo circa malos negat misericordem, quia non credit oblatam fuisse salutis copiam his, qui delabuntur in mortem. ideo circa bonos non asserit iustum, quia nihil eis aestimat pro humili deuotione conlatum. misericors ergo est, quia et malis ingerit rationis intellectum et bonitatis affectum, iustus, quia oboedienti proponit praemium, iustus, quia nullum saluat inuitum.

Itaque apostolus magnifice ad donum gratiae officium laboris adiungit ita dicens: laborantem agricolam oportet de fructibus accipere. ecce quomodo sibi admirabili commercio diuina et humana sociantur. ad oboedientiam pertinet labor, fructus uero laboris ad gratiam. et iterum: unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, cum dominus in euangelio dicat: cum feceritis haec, dicite: serui inutiles, quod debuimus facere, fecimus.

2] Psalm. 100, 1. 3] Psalm. 114, 5. 5] Psalm. 111, 4. 7] Matth. 5, 45. 24] 2 Tim. 2, 6. 27] 1 Cor. 3, 8. 29] Luc. 17, 10.

6 perditos quos *r* 7 sustinet] sui tenet *P* 9 utrosquae *P* indifferenter *P* 12 neclicta *P* iudicauit *r* 14 inquam] *num* est *addendum?* 16 hereticus *P* 22 iustus] uero *add. r* 23 itaquae *P* 24 agriculam *P* 25 ammirabili *P* 27 unusquisquae *P* 29 cum dominus *scripsi,* secundum *P,* secundum quod *r* dicit *r* 30 inutiles] sumus *add. r*

aduerte, quia non excludit operis studium, sed operantis requirit obsequium, nec laborem seruitutis recusat, sed humilitatem mentis insinuat. uitium ergo, quod laborem inperitissime refugiendum putas, non in opere, sed in corde consistit. totis ergo uiribus laborabo, sed quidquid de superna largitate percepero, gratiae, non industriae deputabo, beneficium uocabo, non pretium, donum testabor esse, non debitum, remunerationem, non retributionem. ita cum ex officio aliquid agimus, nequaquam nos inputare deo possumus, quia soluimus, quod debemus. tu uero diuinae ne inuideas bonitati, si opus, quod a me illa adiuuante bene gestum est, uel etiam accepta perdiderim. hoc genere nec conuerti eos permittunt mala praecedentia nec sanari.

V.

CONTRA HOC, QUOD DICUNT: NON TAM UOLUIT QUAM NON POTUIT SALUUS ESSE, QUI PERIIT, IUXTA QUOD LEGIMUS: ET NON POTERANT CREDERE.

Inter haec cum Iohannes euangelista commemoret: propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: excaecauit oculos eorum et indurauit eorum cor, hoc loco elocutio conclusa sic resonat, quasi eis non credendi necessitas inponi uideatur inuitis. sed ex illis causam uel culpam incredulitatis exortam in consequentibus lectionis ordo manifestat ita dicens: uerum tamen et ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, ut de synagoga non eicerentur. dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. absolute hic indicat, sicut et de Simone legimus, etiam infidelibus uim credulitatis fuisse conlatam, quibus, sicut facultas credendi adfuit, ita uoluntas defuit confitendi. quod credunt,

18] Ioann. 12, 39. 24] Ioann. 12, 42.

3 quo *r* 5 laboro *r* percipero *P* 8 retributionem *r*, remunerationem *P* 11 illa *scripsi*, illo *P* perdiderim *scripsi*, perdiderent *P*, perdiderint *r* 14 *capituli numerus manu recenti adiectus est: uerba* contra hoc — credere *hoc loco desunt in P* 18 iohannis *P* 25 phariseos *P* 26 sinagoga *P* 27 absolutae *P*

gratiae largitas est, quod professionem creditis non accommodant, mentis inprobitas est et inpletur in eis: qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.

Ecce quomodo bonum uoluntatis et fidei admixta malitia depranauit, sicut alio loco in eodem euangelio ipse dominus dicit: quomodo potestis uos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis et gloriam, quae a solo est deo, non quaeritis? uides ergo, quia, sicut subpressis causis absconditur ueritas, ita manifestis remouetur obscuritas, quae in Esaiae testimonio densiores paulo nebulas uidetur obducere, dum eos, quos propria nequitia surdos caecosque reddiderat, a deo asserit obcaecatos, ne forte conuerso ad deum corde sanentur. itaque ut paululum differamus, quod Matthaeus apertius elocutus est, iuxta ipsius sermonis rigorem, qui ex uerbis prophetae austerius percutit legentis auditum, altius requiramus, quare hoc loco nolle putetur dominus, ut sanentur, id est, ne momentanea conuersione suscepta conlatis beneficiis abutantur, ira cum probati fuerint suscepta neglexisse ac respuisse recidiua infirmitate medicinam, sicut ille, ad quem ipse dominus loquitur: iam sanus factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Aduerte bonitate sanitatis impium praegrauari. sic Pharao insultasse deprehenditur misericordiae dei, quem addictus plagarum resipiscentem et conuertentem et humiliantem se, quotiens sanare uoluit, totiens deteriorem esse post humanitatem clementiae deprehendit. quare, inquam, istos sanare dissimulat? ne fiant utique illius similes, qui supra petrosa seminatus est, id est, qui ad momentum cum gaudio suscipit uerbum, qui ad tempus credit et in tempore temptationis recedit. quid est momentaneam suscipere sanitatem? id est ad tempus credere et in tempore temptationis pro animi

2] Matth. 13, 12. 6] Ioann. 5, 44. 19] Ioann. 5, 14. 27] Matth. 13, 20; Luc. 8, 13.

6 crede *P* ab *suprascr.* P^1 8 subpraessis *P* 10 dentiores *P* 11 caecosquae *P* 12 itaquae *P* 13 matheus *P* 17 ira *scripsi*, iram *P* 18 susceptam *r* 22 *expectaueris* sanantis 23 deprachenditur *P* adictus *P* 26 deprachendit *P* 27 utiquae *P*

infidelitate discedere et ad leuem temptationis aestum infirma radice deficere. uideamus, quos sanare temptauerit et eis parum pro consequenti incredulitate profuerit. ecce seruo illi in euangelio magnis debitis et animae languoribus oppresso decem milia talenta, quae ei remissa uidebantur, per crimen propriae malitiae adiectis cruciatibus exiguntur, ubi et aduertendum est, quomodo adquisita perduntur et beneficia iam conlata reuocantur.

Sed et ille depulso a se immundo spiritu ad tempus legitur fuisse sanatus, de quo dicit sermo diuinus: cum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca arida quaerens requiem et non inueniens. tunc dicit: reuertar in domum meam, unde exiui. et ueniens inuenit uacantem, scopis mundatam et ornatam, id est uacuatam uirtutibus et uanitatibus adimpletam. tunc uadit et adsumit septem alios spiritus nequiores se, et intrantes habitant ibi et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. ecce cui sanitatem conlatam esse non profuit, in quem multiplicatis malis nociuus languor incubuit et increuit. sed et alio loco is, qui post acceptam notitiam ueritatis, id est post conlatam ueritate sibi curam salutis sanguinem testamenti pollutum duxerat, in quo sanctificatus est, id est in quo sanatus est, grauiora mereri supplicia apostolo adtestante perhibetur. sic itaque gratia in culpam uertitur, nisi custodia subsequatur. sed in his euangelista Matthaeus dum incrassatum cor, obturatas aures clausosque oculos ad culpam hominis refert, cur non sanarentur, apertiore sensu et dilucidata ratione perdocuit, dum, inquam, dicit: incrassatum est cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos clauserunt. nonne tibi uidetur uelut interrogantibus, cur uidentes non uideant et audientes non intellegant,

10] Matth. 12, 43. 15] Matth. 12, 45. 21] Hebr. 10, 29. 28] Matth. 13, 15.

4 oppraesso *P* 6 decim *P* 16 spiritus] secum *add. v* 20 noticiam *P* 21 ueritate *scripsi*, ueritatem *P*, *uncis inclus. r* 22 dixerat *P* 24 itaquae *P* 25 matheus *P* 26 clausosquae *P* 27 quur *P* 28 delucidata *P* 31 quur *P*

euidentem protinus dedisse rationem de causis, propter quas non uideant neque intellegant? quia audire et uidere, id est intellegere et oboedire noluerunt. quia, inquit, non omnes oboediunt euangelio, quia tota die expandit manus suas ad populum non credentem et contradicentem, sicut etiam per se iam dominus loquitur: filios genui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt, et iterum: quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum, et in actibus apostolorum: uidentes, inquit, turbas Iudaei repleti sunt zelo et contradicebant his, quae a Paulo dicebantur, blasphemantes uiam domini, et item: instabat, inquit, uerbo Paulus testificans Iudaeis esse Christum Iesum. contradicentibus autem illis et blasphemantibus excutiens uestimenta sua dixit: sanguis uester super caput uestrum erit, mundus ego ex hoc iam ad gentes uadam. contradicentibus, inquit, illis et blasphemantibus. uide, quomodo remedia ingerit medicus et recusat aegrotus. quorum duritiam etiam beatus Stephanus pari auctoritate increpat dicens: incircumcisi corde et auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. ecce quare uidere non possunt: quia spiritui sancto resistunt atque a se clausis sponte oculis lumen ueritatis excludunt. quod ergo in euangelio sequitur et dicit: ne forte oculis uideant et auribus audiant et corde intellegant et conuertantur et sanem eos, ne possint conuerti atque sanari, obdurati cordis uitium et poena peccati est. ne, inquit, conuertantur et sanem eos. non hic sanitatem uolentibus denegat, sed contradicentes se sanare nolle, id est non debere pronuntiat. ad conferendum remedium promptissima est bonitas medici, sed intemperantia contradicit

3] Rom. 10, 16. 4] Rom. 10, 21; Esai. 65, 2. 6] Esai. 1, 2. 7] Ierem. 17, 13. 9] Act. 13, 45. 11] Act. 18, 5. 19] Act. 7, 51. 23] Matth. 13, 15.

1 causas *P* 2 nequae *P* 4 diae *P* expandi *r* meas *v* 6 genui] alui *r* 7 derelinquerunt *P* 9 turbas *om. v* 11 iterum *v* 13 autem illis *om. v* 14 excutientes . . dixerunt *P* 18 egrotus *P* duriciam *P* 21 adquae *P* 24 et *ante* conuertantur *om. v* 25 adquae *P* 29 promtissima *P*

infirmi. nam qui ita intellegendum putat, quod eos sanare noluerit, absoluit hominem et damnat auctorem. nullus ergo excluditur a beneficiis dei, qui primum de neglectis beneficiis iudicandus est.

VI.

QUID SIT, QUOD AIT: CUM ENIM NONDUM EGISSENT BONI ALIQUID AUT MALI.

Illum uero apostoli sensum intra gentilis decreti artare conantur angustias, quo dicit: promissionis, inquit, uerbum hoc est: secundum hoc tempus ueniam et erit Sarae filius, non solum autem, sed Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patrem nostrum. cum enim nondum nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. in his uerbis hoc uult intellegi gentiliciae persuasionis impietas, quod deus absque ullo inter malum et bonum moderatoris examine non ordine regentis, sed iure dominantis illum affectu dignum reddat, hunc odio, illum recipiat studio, hunc excludat imperio, et inter duos perditos nulla consideratio laboris, nulla deuotionis habeatur, sed unus sine ratione cessantibus officiis adsumatur, alter sine discretione damnetur. ac sic dum in alterutro nec meriti existit materia nec delicti, aufertur omnino futuri causa iudicii.

Quod si haec rerum tam indigna confusio etiam a sensu humanae mentis aliena est, sollicitius requiramus, quid diuinae conueniat apostolo disserente iustitiae. inter duos populos constitutus Iudaeorum doctor et gentium dum ita ait: quia maior seruiet minori, in seniore Iudaeae arrogantia re-

9] Rom. 9, 9. 29] Gen. 25, 23.

1 infirmo *P* 3 neclectis *P* 9 quod *e* 10 serrae *P* sed] et *add. v* rebeccae *P* 12 patre nostro *P* 18 absquae *P* 23 asummatur *P* discrecione *P* 30 Iudaeae *scripsi*, iudae *P*, Iudaei *v* arrogantiae *P* *num* Iudaea arrogantiae *scribendum?*

probatur, in iuniore fides gentilis eligitur. itaque ipse sibi obducit ignorantiae nebulas, qui non tam scripturis sanctis sequaci sensu se accommodat, quam scripturas sanctas ad intellectum suum uiolenter adtrahere et praesumptiue nititur applicare et id sibi pro captu suo omissa praecedentium uel sequentium ratione persuadet, unde penitus loqui apostolus non instituit. quod si ad capituli ipsius, de quo agitur, recurras exordium, omne absque ulla difficultate declinabis ambiguum. si magister gentium de genesi hominum tractare coepisset et diceret homini totius uitae cursum origine praefinitum et magis necessitati subditum, quam libero arbitrio fuisse commissum eo, quod dominus omnium pro potestatis nutu uiolentoque decreto alios relinqueret ad perditionem, alios eligeret ad salutem, tunc fȯrsitan uelut per lineas decurrentes colorem hunc iniqua persuasio posset asserere. cum uero apostolus promissiones dei et uocationem gentium altius repetitis texat exemplis et Iudaeorum praesumptionem omni modo conprimere studeat, qui inprobe de legis operibus intumescebant, non in origine seniorum Ismahele uel Esau decretum fatale constituit, sed in benedictione Isaac et Iacob electionem populi iunioris ostendit et propterea minorem maiori non uelut ⟨pro⟩ potentia dei, sed pro iustitia praetulit. perinde enim impietatem Iudaeorum sicut oboedientiam gentium praenidebat. quia ergo dicit: cum enim nondum egissent boni aliquid aut mali, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori, ex uocante quidem dictum est, non tamen ad compellendos uel repellendos, sed ad credituros et non credituros dictum esse manifestum est, ut diuina sibi constante iustitia ad hominis pertineat uoluntatem uel rennuere uel obseruare praecepta. cum ergo audis: sed ex uocante dictum est, inuitantem intellege, non

1 elegitur *P* itaquae *P* 6 paenitus *P* 8 absquae *P* declibis *P* (na *suprascr. man. alt.*) 12 commissum *P* potestis *P* (ta *man. alt.*) 13 uiolentoque *scripsi*, uiolento quo *P* 14 forsitam *P* 15 posset *scripsi*, possit *P* asserrere *P* 18 intumiscebant *P* 21 iunioris] minoris *v* 22 pro *addidi, om. P* iusticia *P* protulit *P* 30 ego *P* 31 audis sed *scripsi*, audisset *P*, audis *v*

cogentem. item dum dicit: non ex operibus, asserit circa eos non legis opera, quae utique nondum aduenerat, sed etiam ante legem diuinae misericordiae ac munificentiae dona uiguisse. non ex operibus, inquit. audis legis opera destrui et tu propterea inepto sensu etiam sub gratiae lege uiuentes alios sine operibus gratiae credis posse saluari, alios etiam cum operibus prohibente naturali nexu et lege fatali ianua salutis excludi. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. quomodo hic iuxta praui sensus interpretem circa nondum natos sententia caelestis exseritur? nec reus enim esse potest nondum genitus nec dilectus. nihil enim meretur nondum productus in lucem, sed sicut in futurum adhuc erat eorum reposita conuersatio, ita futura praescientis offensio, futura praenuntiatur electio. nam diuina prouidentia sicut nouit indicare de gestis, ita adhuc gerendis nescit praeiudicare.

Nemo itaque putet, quod fratribus nondum natis diuersorum necessitas sit praefixa meritorum, cum hoc post transactam uitae militiam de eis Malachias propheta commemoret et de praeterito eorum statu diuinum proferat manifesta aequitate iudicium: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. quid mirum est, si iustitia diligat innocentiam et respuat iniquitatem, apud quam etiam futura facta sunt? quod autem minor maiori ex lege praeponitur et Iacob neglecto fratre diligitur, hinc paulo tardioribus obscuritas nascitur, quod prolatum dilectionis uel odii testimonium nondum natis fratribus arbitrantur, dum et euidentes causae, quibus unus displicuerit, alter placuerit, supprimuntur. in his ergo duobus non naturae iura hominibus praefiguntur, sed de fide gentium et infidelitate Iudaeorum iustitiae statuta narrantur. non enim hoc loco iuxta litteram personae specialiter germanorum, sed rerum causae ac mysteria describuntur dicente domino: duae gentes sunt in utero

20] Mal. 1, 2. 31] Gen. 25, 23.

2 utiquae *P* 4 distrui *P* 6 credes *P* 8 excludis *r* autem *om. r* 9 interp&rem *P* 15 scit *v* 16 itaquae *P* 18 militiãe *P* commemoret *P* 22 ſt *P (erat est)* 30 misteria *P* 31 discribitur *P*

tuo et duo populi de uentre tuo diuidentur. quod si de praefixa lege originis tractaretur, quid opus erat, ut maioris et minoris aetatem, quod ad rem non pertinebat, insereret, nisi quia apud Iudaeorum prosapiam semper in duorum uocatione populorum seniori iunior antefertur. in qua tamen partium diuersitate multi et de Iudaeis reprobis eliguntur et de electis gentibus reprobantur, ut intellegas in utroque populo iustum iudicem non decretum obseruare, sed merita.

Sed dicis: cum adhuc non egissent aliquid boni aut mali, iam praefinitis partibus deputantur. quid mirum si, quorum actus praeuidit, eorum exitus praesignauit, et ideo, sicut eos cursum uiuendi pro arbitrio proprio disposituros esse constabat, ita pro dei potentia praenoscuntur, pro iustitia praeordinantur? hoc totum de eis praedicitur, non praefinitur. in Iacob ergo fidelis populus describitur, in Esau incredulus designatur, de quibus utrisque ita dicit: quid ergo dicemus, quod gentes, quae non sectabantur iustitiam, adprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quae ex fide est, Israel uero sectans legem iustitiae in legem iustitiae non peruenit. quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. offenderunt enim in lapidem offensionis. dum dicitur: non ex operibus, uides, quia legis opera destruuntur et quod gentibus oboedientia uiam aperuit ad misericordiam, Iudaeis uero praecedens iniquitas et incredulitas praeparauit offensam. non ex operibus, inquit, sed ex uocante dictum est. non illos dicit propriis operibus uacuos, sed negat ex operibus legis fuisse saluatos. absit, ut proponi hic damnatio originis aestimetur, ubi uocantis benignitas et obtemperantis humilitas praedicatur et ubi fidei diuitias doctrina generalis inculcat ac lumen credulitatis insinuat. non ergo se

16] Rom. 9, 30.

1 diuidenter *P* 3 *uidetur* quae *scribendum* 5 senori *P* iuniorem *v* 7 utroque *P* 8 decretum *scripsi*, decretu *P*, decreta *v* 9 aut] aliquid *(erasum)* aut *P* 12 dispositurus *P* 15 discribitur *P* 16 utrisque *P* 17 adpraehenderunt *P* 22 distruuntur *P* 27 proni *P (*po *man. alt.)* 28 optemperantis *P* 29 fi|dei *P* 30 incultat *P*

hoc loco iniquitatis assertio, quae in ipsa conditione partem humani generis damnatam loquatur, interserat. causas uero, cur Iacob dilexerit deus et Esau odio habuerit, euidenter Geneseos expressit historia, ut intellegas non sine operum discussione nec sine ratione perspicua diuinitus pronuntiatum, ut Esau odio, Iacob autem dilectione dei dignus haberetur. apparuerunt plane in uita Iacob euidentes causae, quae iudicium

. . . . . .

VII.

⟨QUID SIT, QUOD AIT, UT PROPOSITUM DEI MANERET⟩.

. . . . . .

. . . . . .

VIII.

./CONTRA HOC, QUOD DICUNT: TOTUS PERIIT ADAM'.

. . . . . sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius. non superposuit homini peccatum sub hac ordinationis suae lege, sed subdidit.

Ecce piissimus moderator generosam esse cupiens facturam suam etiam post ruinam inclinatam, licet hominis uoluntatem totius passionis et concupiscentiae non famulam iubet esse, sed dominam, seductoris uel amicitiam uel repulsam in manu hominis posuit atque in eius iudicio conlocauit. uidetur quidem utriusque operis appetitum electioni ipsius permisisse, sed ideo, ut mali licentia boni fieret gloria. sed sub te erit

14] Gen. 4, 7.

2 loquebatur *v* 3 quur *P* geneseus *P* 4 expraessit *P* ut] quo *v* 6 eseau *P* 7 iocob *P* 8 *post* iudicium *permulta intereidisse demonstraui in libro 'Studien über die Schriften des Faustus' pag. 10 sq.;* domini rectum omnimodis asserant, sicut Cain dicitur *add. v* 9 *numeros VII et VIII et uerba* quid — maneret *atque* contra — adam *addidi ex capitulorum indice* 14 apetitus *P* 15 homini *v*, hominem *P* hac] ac *P* 16 ordinationes P^1 19 iubent *P*, *fortasse* iubeat *scribendum* 21 atque in *scripsi*, ad quem *P* iudicium *v* 22 utriusquae *P* electioni *scripsi*, electione *P* permisise *P*

appetitus eius et tu dominaberis illius. nulla peccandi necessitate concluditur, cuius discretioni committitur, ut peccato superioris libertate dominetur. degener uero animus, qui cum beneficio dei de peccato potest uictoriam consequi, mault cum offensa dei seruus esse peccati.

Quae cum ita sint, post primi hominis praeuaricationem non mors arbitrii, sed infirmitas, nec impossibilitas, sed difficultas proposito labore successit. sed et Abel diuinis placere conspectibus per insitum a deo generaliter bonum, id est per propriae meruit uoluntatis affectum. hic ergo, cui cognomen iusti inmaculatae uitae perfectio dedit, quo erudiente institiae sectator existeret, nisi eum lex uisceribus inscripta docuisset? aut unde placituras deo hostias et per ignem caelitus adsumendas de adipibus et primitiis scisset eligere, nisi fides, quae eum amatorem uirtutum fecerat, inspirasset, sicut legimus: fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit testimonium perhibente muneribus eius deo. quod nequaquam obtinere potuisset, nisi ad domini donum famuli accessisset obsequium. et tu nihil cum ordinatione dei habere iudicas proprium, cuius deuotioni deus perhibet testimonium? uides bonum credulitatis non nouellum esse priuilegium, sed uetustum, et inter ipsa mundi coalescentis exordia mentem hominis sicut intellectu atque ratione ita etiam fide a summo auctore dotatam? itaque iam tum dedit animae notitiam suam, quando ei committere dignatus est imaginem suam.

VIIII.

AD CUIUS IMAGINEM ET SIMILITUDINEM PRIMUS HOMO SIT CONDITUS.

Sed dicis: quid mihi ad libertatem arbitrii iungis imaginem dei, cum ille eximius conditor futurus secuturis saeculis et re-

15] Hebr. 11, 4.

1 apetitus *P* 2 discretione *P* 3 superiore *v* 4 beneficium *P* 10 cui *suprascr.* P^1 13 absumendas *r* 14 scisset *P* 20 deuotione *P* deus *scripsi,* dei *P* 22 coaliscentis *P* 23 adquae *P* 24 itaquae *P* 25 committere *P* 29 secuturus *P*

demptor ad illam magis imaginem fecerit hominem, quam per uirginem erat adsumpturus ex homine? persuasio haec a plerisque profertur, sed omni ratione nudatur, quia prioris initia imaginem multo posterioris induere nullo modo possunt. aut quomodo nondum creati similitudinem is, qui primus creabatur, acciperet? inter haec facilius hoc credi possit, ut ad secundum Adam primus Adam imaginem suam pro ordinis ac temporis ratione transmitteret. minime autem fieri poterat, ut imago nondum existentis substantiae diceretur is, qui ante tot saecula formabatur, et inprudens assertio probaretur, ut, sicut dicunt, similitudinis auctorem ex uirgine procreandum antiquissimi protoplasti persona praecederet.

Huc accedit, quod multum res illa humiliaret in homine primae innocentiae decus, si immaculatus ad exemplar illius fingeretur, qui peccaturi erat maculas curaturus, ut, cum transgressio nondum existeret, iam tamen transgressionis culpam futuri intercessoris forma praeferret. consequens itaque non erat consummatum atque perfectum ad imaginem illius fieri, per quem necesse erat perditum reparari, ne sub nomine uenturi medici in ipso tempore felicis exordii subplantandi uideretur ruina praedici. id ergo rationi magis congruit, ut in homine, cui in ipsa similitudine a deo gratiae res traditur, non naturae, imago hoc potius nuncupetur, quod a priore et superiore suscipitur, et de ueritate similitudo fuisse conlata plenius iudicetur, quam tamen cum filio naturali pater iure communicat. deinde et illud sollicitius aduertendum est, quod dominus noster Iesus Christus in primo tempore de suo meliora contulit, in secundo autem de nostro deteriora suscepit. et propterea quando ex nihilo nos parauit, imaginem suam factor adposuit, quando uero nos perditos reparauit, formam serui restitutor adsumpsit, sicut ait apostolus: formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo.

31] Phil. 2, 7.

2 adsumturus *P* plerisquae *P* 4 possint *P* 13 illi *P* 16 exsteret *P* 17 itaquae *P* 18 adquae *P* fieri *om. r* 20 medici in *scripsi*, medicini *P*, medici *r* 25 iurae *P*

Quod si ad illam exterioris hominis speciem formati sumus, in cuius membris uisus, auditus, gustus, odoratus et tactus est, quid erit honoris aut gratiae, si de illa participemus imagine, quam nobis ex parte maxima communem scimus esse cum pecude. grauis ergo eorum error est, qui arbitrantur primum hominem iuxta illum, qui erat sumendus ex Maria, ab incorporea trinitate compositum. neque enim pater uel spiritus sanctus ueste carnis et habitu erat hominis induendus, ut ad eius quasi ad imaginis suae speciem ac facturam primi hominis lineamenta disponeret ac membra plasmaret, ut posset dicere: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem, quam sumpturi sumus ex hac uirgine. ideoque ex deitatis similitudine deriuatur, quidquid homini trinitas in commune largitur. nec sic quidem primus homo secundi Adae suscepisse imaginem dici posset, etiam si filius dei solus hominem condidisset. cum uero unita trinitas dicat: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, plurali singulare et singulari plurale permiscens, et iterum: et fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam, ad imaginem dei fecit illum, totiens legis hominem ad imaginem dei conditum et qua auctoritate contra diuina eloquia praesumis asserere iuxta serui formam fuisse compositum? cum ergo imago haec a patre et filio et sancto spiritu conferatur, suae absque dubio trium personarum una diuinitas primo homini suae imaginis tribuit dignitatem.

Quae cum ita sint, inesse homini licet adtenuatam uoluntatis propriae libertatem minime dubitabis, si primam gratiam, qua a deo est honoratus, inspexeris. imago ergo dei homo dicitur, quia ei indulgenter ac dignanter inseruit ueritas iustitiam, ratio sapientiam, perennitas aeternitatem. de imagine

16] Gen. 1, 26. 18] Gen. 1, 27.

7 nequae *P* 9 ad *om. v* 10 liniamenta *P* posset *scripsi*, possit *P* 12 hac *correxi*, hoc *P*, *om. v* ideoquae *P* 13 diriuatur *P* 15 possit *P* 19 imaginem et *om. v* 21 qui *P* 22 asserere *P* 23 spiritu sancto *v* 24 suae *om. v* absquae *P* 27 minimae *P* 28 quia *P* horatus *P* homo *om. v*

dei est, quod intellegit, quod rectum sapit, quod inter malum et bonum iudicio examinante discriminat. et cum deus bonitas, misericordia, patientia atque iustitia sit, quanto quisque magis iustus ac patiens inuenitur, tanto magis deo similis adprobatur, cuius utique similitudo non in uultibus, sed in uirtutibus possidetur. et propterea de deo dicitur: subtilis, simplex, sincerus. simplex utique, quia nihil illi extrinsecus adiectitium, nihil aliunde conlatum, sed in illo uirtus, essentia atque substantia est. ac sic deus quod habet est, homo uero haec dona, nisi acceperit, non habet. cum ergo deus iustus ac iustitia, misericors et misericordia, pius et pietas sit, homo iustus esse potest, iustitia esse non potest, misericors esse potest, misericordia esse non potest, pius esse potest, pietas esse non potest, quia non naturaliter habet ista, sed largiter. uerbi gratia ille aurum est, homo uero deauratum uas uideri potest, et in homine gratia est, quod in deo natura est, et in hoc creatum est, quod in illo probatur ingenitum. et ideo iuxta hanc rationem magis duplex status hominis apparet, cui haec ita inseruntur, ut separentur saepius et auferantur.

Errant ergo, qui iustitiam reliquasque uirtutes animae putant esse substantiam, sine quibus utcumque potest uitali in natura sua uigore subsisterė, sine quibus et diabolus in natura sua manere dinoscitur. manifeste enim inueniuntur adposita, dum culpis interuenientibus exuuntur. solum uero arbitrium et inmortalitas, quae etiam malis insita est, non aufertur, licet dignitas et beatitudo inmortalitatis possit auferri. quantum ergo ad libertatem arbitrii et inmortalitatem pertinet, imaginem dei licet a se et in se decoloratam etiam mali habere possunt, similitudinem nisi boni habere non possunt. quae cum ita sint, cum homines ita fuerint imagine et similitudine ⟨dei praediti, ut multi etiam filii⟩ dei meruerint nuncupari, uel paucis adhuc

2 dī *P*, dei *r* 3 adquae *P* quisquae *P* 5 utiquae *P* 7 utiquae *P* 8 adquae *P* 16 natura in deo *P* 19 sepius *P* 20 erant *P* reliquasquae *P* 21 utcumquae *P* 22 diabulus *P* 24 inuenientibus *r* 28 a se] esse *r* 30 cur *r* ita fuerint *om. r* dei . . . filii *addidi Maxentii loco quodam usus, cf. quae exposui in libro 'Studien über die Schriften des Faustus' p. 19,* dei decorati angeli seu filii *r, om. P*

exemplis praestringere nos oportet, quanti ante legem litterae erudiente lege naturae, quae prima, ut diximus, dei gratia est, uestibula salutis intrauerint per Christum ad ipsa uitae penetralia perducendi.

Sed ⟨dei⟩ quoque in locum Abel morum ac meritorum similitudine substitutus unde profana fratris instituta respuere, unde meliora potuisset eligere, nisi eum in uiam rectam intellectus et ratio direxisset, qua duce sanctas traditiones et praedicabiles disciplinas uelut hereditarium munus transmisit ad posteros, ut angelorum uel filiorum dei nomine per multas censerentur aetates? quis dubitet innumeras eius familias deo placitas, libertate arbitrii praeditas et ex gentibus fuisse saluatas, de quibus pauci admodum, sed clari atque perfecti ad inluminationem saeculi sacris produntur eloquiis? unde Enoch cum deo ambulare uel deo placere potuisset, nisi eum lex uisceribus infusa secreto magisterio inluminasset in tantum, ut nihil terrenum sapiens mirabiliter a terra deo adsumente raperetur? qui dum fidei merito in prima saeculi illius aetate ceteros antecellit, fidem ipsam cum lege naturae sibi traditam fuisse perdocuit, sicut legimus: fide Enoch translatus est, ut non uideret mortem. ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo. sine fide autem inpossibile est placere deo. credere autem oportet accedentem ad deum, quia est et inquirentibus se fit remunerator. nisi uoluntaria deuotione et intentione quaereretur, remunerationem homini non deferret, nisi ei aliquid proprium, unde posset placere, tribuisset. dum autem dicit: ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo, dubium non est, quod prius uita examinetur et sic electio

20] Hebr. 11, 5.

5 dei *addidi, om. P,* hoc *v* quoquae *P* loco *v* 6 respuere *scripsi,* respueret *P* 7 unde *scripsi,* inde *P* elegere *P* in *om. P* 13 adq: *P* 14 Enoch *scripsi,* in hoc *P,* enim Enoch *v* 19 traditum P^1 20 perdocet *v* enoc *P* 22 inpossibili *P* 24 fit *addidi, om. P,* sit *v* 25 uoluntariam deuotionem *v* intentionem *v* quaereret *v* 26 deferret] et *add. v* 27 proprium] prius *v* posset *scripsi,* possit *P* 29 uitae *P*

subsequatur. in persuasione praedestinationis facile declinabitur error accedens, si interrogetur causa praecedens. inquirentibus ergo se remunerator fit: cum magno deest crimine non quaerenti, qui dedit unde possit inquiri.

Qualem quantamque homo a deo legem prima conditione susceperit, perfecta etiam Noe iustitia declarauit, quia generalia fidei dona speciali in se studio uirtutum sectator excoluit. cuius tempore cum corrupisset omnis caro uiam suam super terram, damnatio secuta non esset, nisi praeuaricatio ex arbitrio hominis praecessisset. sicut ergo culpa poenam meretur, ita culpam poena testatur, quae pro aequitate moderatoris infertur. dum autem dicit sermo diuinus: omnis caro corruperat uiam suam, iniquitates illius temporis non inpositae definitioni, sed uoluntariae inputat prauitati. legem itaque litterae absque dubio caelestis dispensatio non dedisset, nisi legem naturae interpellasset usque ad iram diluuii perducta transgressio. ideoque haec lex Moysi, quae prima creditur, iam secunda est.

Opus itaque naturalis legis in cordibus hominum fuisse conscriptum etiam beatissimus pontifex Augustinus doctissimo sermone prosequitur ita dicens: utrumque simul currit in isto alueo atque torrente generis humani, malum, quod a parente trahitur, et bonum, quod a creante tribuitur. item nullius quippe uitium ita contra naturam est, ut naturae deleat etiam extrema uestigia. nam hinc est, quod etiam impii cogitant aeterna ac praedicanda etiam in praesenti saeculo iura constituunt et multa recte reprehendunt recteque laudant in hominum moribus. quibus ea tandem regulis iudicant nisi naturalibus, in quibus uident, quem ad modum quisque uiuere debeat, etiam si nec ipsi eodem modo uiuant? quod et apostolus ad

12] Gen. 6, 12.

1 praedistinationis *P* 2 accidens *P* 3 ergo *om. v* sit *v* magno] non *add. v* 4 quia *v* unde] non *add. v* 5 quantãquae *P* 6 susciperit *P* 7 se *suprascr. P*[1] 11 culpa poenam *v* 14 itaquae *P* 15 absquae *P* 17 ideoquae *P* 19 itaquae *P* 20 agustinus *P* 21 utrumquae *P* 22 adquae *P* 25 est] et *v* 27 reprachendunt *P* rectequae *P* 29 quemammodum *P* quisquae *P* 30 et *suprascr. P*[1]

Romanos euidentius protestatur dicens: reuelatur enim ira dei de caelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem in iniustitia detinent, quia, quod notum est dei, manifestum est illis. deus enim illis manifestauit: inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque eius uirtus et diuinitas, ut sint inexcusabiles. quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. nisi enim a lege dei recessisset uoluntas, iram dei non sensisset impietas. et cum dicat: quia, quod notum est dei, manifestum est in illis. deus enim illis manifestauit, euidenter hoc disserit per internam doctrinam paginis mentis inscriptam manifestam illis esse debuisse notitiam dei et per creaturae magnificentiam creatorem potuisse cognosci. inexcusabiles quippe apud deum non essent, nisi et extrinsecus et intrinsecus copiam percipiendae ueritatis habuissent adiciente apostolo: quia, inquit, cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt. impios ergo et de intellectu, quod abusi sunt, damnat, quorum iniustitiam in contemptum diuinitatis accusat.

Famosi autem exundatio uasta diluuii quid aliud nisi arbitrium humani generis per reatum damnati orbis asseruit? ac sic Noe perfecta iustitia spontaneos saeculi illius et ostendit et condemnauit errores, sicut legimus: fide Noe responso accepto de his, quae adhuc non uidebantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suae. per quam damnauit mundum et iustitiae, quae per fidem est, heres est institutus. quare condemnauit mundum? quia sequi

1] Rom 1, 18. 29] Hebr. 11, 7.

2 in iustitiam *P* 7 quoquae *P* 21 ex trinsecus *P* 24 quo *v* 27 asserruit *P* 32 heris *P*

mundi improbitas iustitiae neglexit exemplum. ac sic inoboedientis accusat reatum et, qui placuit per obsequium, arguit alios placere nihilominus potuisse per studium. certe nullum in illa aetate fatalis constitutio locum habuit. nam quia uniuersalis fuerat praemissa transgressio, uniuersalis est secuta damnatio. quomodo dicis, quod adsumatur unus et alius relinquatur? uide, quem ad modum excepta iusti familia totus orbis cogente iniquitate deletur. illud ergo, quod asseris, speciale decretum excluditur per generale iudicium et, qui pro improbitate damnatur, bonum facere potuisse conuincitur.

X.

DE EO, QUOD NATURAE LEGEM IN PRIMO HOMINE ASSERUNT INTERISSE NEC PER POSTEROS UIGUISSE USQUE AD SALUATORIS ADUENTUM.

Sed dicis naturalia bona commemoranda non esse, quia ante aduentum Christi nequaquam gentes ad salutem pertinuisse manifestum est. qui naturam in bonis suis negat debere praedicari, nescit profecto ipsum naturae auctorem esse, qui gratiae est. hoc qui inprudentissime negat, negat naturae bonum extra dei opificium et aut numen quod esse arbitratur aut fatum. cum uero ipse sit conditor, qui reparator, unus idemque in utriusque operis laude benedicitur, unus idemque in utriusque operis praeconio celebratur. iure itaque utriusque rei munus assero, quia me illi scio debere, quod natus sum, cui debeo, quod renatus sum. et propterea non ideo negabo conditoris dona, quia perdidi, sed priora ideo sequentibus non exaequabo, quia multipliciter in melius reparata suscepi. extollam beneficia creantis, sed in immensum praeferam redimentis.

Ne in hoc quidem uidebor incautus, si profitear, quod aliquotiens in dispositionibus nostris non quidem in uitae nostrae

1 neglexerit *r* oboedientis *P* 2 qui *om. r* obsequium] et *add. r* 7 quemammodum *P* 8 cogente te *P* 9 iuditiũ *P* 13 uicuisse *P* 16 praedicari debere *r* 19 nomen *P* 21 idemquae *et* utriusquae *utroque loco P* laude — 22 operis *om. r* 22 itaquae utriusquae *P* 23 scio illi *r* 29 ne in] nec *r* aliquoties *P*

primordiis, sed dumtaxat in mediis gratias speciales et ex accedenti largitate uenientes uoluntas nostra deo ita ordinante praecedat. utrum ita sit, sacra interrogemus eloquia. legimus in euangelio dicentem dominum: quid tibi uis faciam? et iterum: uis sanus fieri? uides, quia non tribuitur munus salutis, nisi prius interrogetur desiderium uoluntatis. sed et cum uenitur ad baptismum, prius accedentis uoluntas inquiritur, ut regenerantis gratia subsequatur. et in centurione Cornelio, quia praecessit uoluntas gratiam, ideo praeuenit et gratia regenerationem. nihil hic, ut opinor, redolet praesumptionis, cum et hoc ipsum incessabiliter asseram, quod deo ipsam debeam uoluntatem, praesertim cum in omnibus eius motibus ad opus gratiae referam uel inchoationis initia uel consummationis extrema.

Abraham quoque ex media gentilitate progrediens non solum cum omni familia sua ad salutem uocatur, sed etiam pater multarum gentium testimonio ipsius ueritatis efficitur. de dei bonitate est, quod uocatur, de propria uoluntate, quod promptus obsequitur. Iob quoque sine animi libertate incumbenti in se hosti non potuisset obsistere, sed iungit magnanimitatem cordis cum auxilio protectoris. ac sic iustitia remunerantis deuotionem pugnantis ostendit. in spiritali bello ita ad hominis laborem uidetur pertinere conflictus, sicut ad deum refertur euentus. amicos quoque Iob ex gentibus uenisse nondum promulgatae legis tempus ostendit et, dum pro eis idem Iob praecipiente domino supplicasse et exauditus esse memoratur, his quoque adhuc in gentilitate uiuentibus salus indubitata confertur. Rahab quoque in tantum nationis gentiliciae fuit, ut ex gentibus congregandae typum praeferret ecclesiae. haec etiam in salutem cum omni domo

4] Marc. 10, 51. 5] Ioann. 5, 6. 16] Gen. 17, 4.

1 gratia *P* 5 fieri sanus *r* 9 cornilio *P* 14 consummationes *P* 15 quoquae *P* 17 gentium *P bis* 19 promtus *P* quoquae *P* 20 magnitatem *r* 24 quoquae *P* 25 tempus *om. r* 26 eis idem] eisdem *r* 27 quoquae *P* 28 quoquae *P*

sua fide inoperante suscipitur, de qua legimus: fide Rahab meretrix non periit cum incredulis. unde hic extra legem positi accusantur increduli, nisi quia legem naturae, cui fides iuncta est, seruare noluerunt? unde obicitur incredulitas, nisi quia in promptu fuit credendi facultas? liberi itaque arbitrii ratio facit, ut remuneretur credens et damnetur incredulus.

Legimus in libro Geneseos: nondum enim completa sunt peccata Amorrhaeorum. praedicit dominus filios Israel in terra Aegypti humiliandos atque inde ad perdendas impias nationes et percipiendas promissas sedes in signis et miraculis educendos, sed hoc prius fieri non posse testatur, quam gentes, quas eis traditurus erat, peccatorum excrescentium magnitudine flagellis debitis locum faciant et extendi in se manum afflictionis extremae consummatae iniquitatis mole compellant. ubi expectatur multiplicatio peccatorum, prauitas arguitur uoluntatum. qui gentili absoluto a lege praecepti inponit pro aequitate sententiam, legem naturae arguit fuisse calcatam, simulque longanimitas sustinentis iustitiam probatur manifestare damnantis. nemo enim moram ex moderatione permittit, qui ex praedestinatione punire disponit. nondum, inquit, inpleta sunt peccata Amorrhaeorum. dum in plenitudine peccatorum commemoratur perditionis causa, aufertur praefixae necessitatis inuidia. diuinae hoc loco patientiae agnosce uirtutem. liberandus et subuersurus impias gentes populus Israel interim in seruitute retinetur, donec iniquitas gentium compleatur. tam diu ultionem differt ira iudicii, quamdiu crescat in cumulum mensura peccati, ut concurrente sibi bonitate et seueritate sub uno eodemque tempore hinc absolutio filii, inde contritio exerceatur inimici.

1] Hebr. 11, 31. 8] Gen. 15, 16.

1 operante *v* suscepitur *P* raab *P* 3 incredulitatis *c* 5 promtu *P* 9 amorreorum *P* israhel *P* 10 adquae *P* 11 insignes P^1 13 ei *P* *(s suprascr. man. alt.)* 18 simulquae *P* 20 permittit *scripsi,* praemittit *P* 21 praedistinatione *P* inquid *P* 22 amoreorum *P* 27 affert *v* 29 eodemquae *P*

CONTRA HOC, QUOD DICUNT, QUIA ANTE GRATIAE TEMPUS AGNITIO UNIUS DEI GENTIBUS CONCESSA NON FUERIT.

In grandi profundo ignorantiae uolutantur qui dicunt, quod unius dei notitiam habere non potuerint gentes ante saluatoris aduentum, cum apostolus asserat factorem mundi per facturae suae magnificentiam potuisse cognosci ita dicendo: quod notum est dei, manifestum est in illis. inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque uirtus eius et diuinitas, ut sint inexcusabiles. quomodo tu excusabiles dicis eo, quod alieni fuerint a caelestibus donis, quos deus ex hoc inexcusabiles protestatur, quod abusi probentur acceptis et opificis sublimitatem sine difficultate scire potuissent, si opus interrogassent? longe est hoc ab omni ratione absque pietate, ut homo ad agnoscendum deum nuper putetur eruditus. cui uniuersus ab exordio rerum testis est mundus, et ideo in eadem epistola ⟨apostolus⟩ dicit: cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt. non ergo recenti magisterio ad conprehendendam legem dei credatur inbutus, qui id, quod naturaliter habet, in primi utique hominis conditione percepit. inmutauerunt, inquit apostolus, gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis ⟨corruptibilis hominis⟩ et uolucrum et quadripedum et serpentium.

Dum inprudens abiecta et indigna ueneratur, debuisse se omnimodis cultum dignioribus profitetur, dumque lignum adorat et lapidem, in promptu habuit, ut saperet adorare terrestrium

6] Rom. 1, 19. 17] Rom. 2, 14. 21] Rom. 1, 23.

1 *neque hoc loco neque in capitulorum indice noui capituli numerus in P exstat; de uerbis* contra hoc — fuerit, *quae desunt in indice, cf. quae exposui in libro 'Studien über die Schriften des Faustus', p. 11* 9 quoquae *P* 11 celestibus *P* 12 probentur *scripsi,* praebentur *P,* probantur *r* 15 absquae *P,* atque *v* cognoscendum *v* 17 apostolus *addidi, om. P* 19 conprachendendam *P* 21 utiquae *P* 22 corruptibilis hominis *addidi, om. P* 26 dumquae *P* 27 promtu *P*

et caelestium conditorem. nam dum homo colendum esse aliquid probat, ipse intellectus colendi crimen conditoris ostendit. quomodo enim religionis habuit sensum? inuenisset absque dubio deum, si inquirendi adponere uoluisset affectum dicente domino: quaerite et inuenietis. cum enim mens humana ad uidendum oculos aperuerit, statim se desideranti quaesita lux ingerit. ideoque lex intus inserta docuit uenerationem, sed neglegentia et contumacia inuenire non meruit ueritatem. et propterea dum se mortuis simulacris et figuris insensibilibus figmentum caeleste prosternit, iniuriam non solum factori, sed et in se facturae suae intulit et erubescendis semet ipsum contumeliis propriae immemor generositatis affecit atque ex errore ipso poenam recepit erroris, sicut ait apostolus: et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semet ipsos recipientes. et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit eos deus in reprobum sensum. hic rebellis sensus sponte corruptus non uiolenter ablatus est. sicut, inquit, non probauerunt deum habere in notitia, tradidit eos deus in reprobum sensum. qui pro causis praecedentibus derelinquitur, non fato premitur, sed iudicio reprobatur.

Quod si requiras, unde indoctis nationibus in illa ingenita feritate peccatum, unde nisi per animi motum mentisque consensum? denique pecudes et bruta animantia a peccato omnimodis libera sunt, quia discretionis nescia et rationis ignara sunt. tu deteriorem pecude hominem facis. cur enim ei relinquis peccatum, cui tollis arbitrium? aut si eum subdis peccato, noli priuare iudicio. non ergo mentiatur iniquitas sibi. nouit, quid in occulto homini dederit cognitor occultorum. et ideo quando ab eo quisque pro malo opere corripitur et con-

5] Matth. 7, 7. 13] Rom. 1, 27.

1 aliquid *P bis* 3 censum *r* absquae *P* 5 quaeritae *P* 7 *num* ingeret *scribendum?* incerta *r* 8 negligentia *P* 11 erubiscendis *P* 12 adquae *P* 14 semet ipsis *r* 15 notitiam *r* 18 notitiam *P* 20 praemitur *P* 22 genita *P* 23 mentisquae *P* 26 sint *P* relinquęs *P* 28 inditio *P* 29 oculto *P* ocultorum *P* 30 quisquae *P*

demnatur, bonum facere potuisse conuincitur. magna est ergo uis animi in utramque partem, dum et super honestate confunditur et super inhonestate confunditur. et ideo dicitur per prophetam: palpebrae eius interrogant filios hominum, dominus interrogat iustum et impium. quid me iudicis natus interrogat de peccato, si suae definitionis est, quod delinquo? itaque qui finxit singillatim corda hominum, uias hominum et merita conscientiarum secretus discussor interrogat. sed si te et ipse discutias, si quando in sinistram declinare uoluisti, nonne trepida conscientia, ne peccares, admonuit? nonne te uelut censor occultus tristis cogitatio castigauit? ac sic homines se ipsos latere non possunt testimonium reddente illis conscientia et inter se cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus.

Inter haec si requiras, ubi sit libertas arbitrii posita, ubi sit uoluntas hominis constituta, [et] ubi nisi in intellectu, in ratione atque sapientia? quae cum ita sint, prius necesse habebis homini negare sapientiam, auferre rationem, ut adimere liberam ualeas uoluntatem. quam ob rem si quando delictum aliquod anima intra domicilium suum captiua meditatur, reclamant ei cogitationum secreta, interdicunt ei intrinsecus officia sua, sed uires subtrahit resistendi consuetudo peccandi. sed reuoluis et dicis, quod mali et qui ad perditionem trahuntur non acceperint arbitrii libertatem. primum scire debemus, quia libertas arbitrii duplici ministerio praedita est, nunc ad salutem, nunc ad perditionem sui prompta est. sed obponis, quod uoluntatis libertas solis competat liberandis et in redemptionis beneficio constitutis. non ita est. liberatio ad donum gratiae et ad propositum consentientis pertinet uitae, libertas uero arbitrii non est res accedentis munificentiae, sed naturae. quaerentibus illa uel tribuitur uel conseruatur, etiam non requi-

4] Ps. 10, 5 12] Rom. 2, 15

2 utramquae *P* honestatem *v* fundatur *e* 7 itaquae *P* finexit *P* singilatim *P* 8 emerita *v* 10 nec *P* peccaris *P* ammouit *P* 16 et *uncis inclusi* 17 atquae *P* 23 trahunt *P* 26 promta *P* 27 solii *P* liberandis competat *v* 30 accidentis *P* 31 illam *v*

rentibus ista confertur. illa renascentibus ministratur, ista nascentibus. libertas ad solam dei pertinet operationem, liberatio et ad subditi hominis seruitutem. illa bonis confirmata, ista et malis insita est. illa adquisitis et perseuerantibus competit, ista et perditis suppetit. illa condentis, ista et oboedientis est. illa potentiae, ista est misericordiae. illa originis et generis, ista est muneris et uirtutis.

XI.

GENTES DEUM NATURALITER SAPUISSE.

Plenus spiritu sancto propheta Daniel sciens deum in sensu hominis appetitum boni maliue posuisse, ita Nabucodonosor alloquitur dicens: quamobrem consilium meum placeat tibi, o rex, et peccata tua elimosynis redime et iniquitates tuas miserationibus pauperum. et peccata, inquit, tua elimosynis redime. praefixum uideri non potest, quidquid redimi potest. a sanitate utique non excluditur, cui remedium persuadetur. simulque ei arbitrium non negatur, cui consensus exigitur. liberi animi officium non amisit, qui probatur suscipere potuisse consilium. a salute alienus non inuenitur, cui materia salutis ingeritur. et cui offert propheta comparandae indulgentiae occasionem, inesse ei uoluntatis asserit potestatem.

Sed et hoc, quod Baltasar gentilis arguitur dicente propheta: laudasti deos argenteos et aureos et ligneos et lapideos et deum, in cuius manu flatus tuus est, non laudasti. uides, quia hic alienigena deum et scire potuit et laudare, sed noluit. inesse homini intellectum dei pariter et cultum ideo propheta memorauit, quia legem naturae indiscrete intra omnis hominis sensum uigere cognouit. et propterea cum praefato Nabucodonosor regi Daniel uim somnii reuelasset, deum

12] Dan. 4, 24. 24] Dan. 5, 23.

1 ita *v* 10 danihel *P* 11 possuisse *P* nabogodonosor *P* 13 elimosinis *P* 15 elymosinis *P* 16 utiquae *P*, itaque *v* 17 cuius *v* 24 lineos *P* 30 nabogodonosor *P* danihel *P*

se non ignorare quamlibet profanus ostendit ita dicens: uere deus uester deus deorum est et dominus regum. sed et Darium quis ita de deo sentire et loqui docuit, nisi uis rationis et legis cum Daniele? deum conuersione placari . .

. . . . . .

XII.

⟨DE NENIUITIS⟩.

. . . . . unde fuit, quod deum cum conditione cognouit irasci? non enim magna illa ciuitas Ionae eruditione resipiuit nec eius monitis intellectum petendae salutis accepit nec docuit populum propheta, sed terruit, nec misericordiam promisit, sed immutabilem sententiam nuntiauit, et tamen urbs illa, sicut scriptum est, contra spem in spem credidit. atque ipsa sibimet remedia quodammodo interdicta promisit multum placitura deo, etiamsi promissa quaesisset.

Quae quidem remedia ideo interdum a domino supprimuntur, ut uiolentius adquisita seruentur. simulque interposita obtinendi difficultate dum munificentia absconditur, fides probatur, exercetur ambitus, manifestatur affectus, totumque hoc in homine ignis interior a deo insitus et ab homine cum dei gratia nutritus operatur. ostendit itaque gens illa ea, quae saluti hominis conpetunt, ipsa ordinatione facturae deum intra hominem conlocasse et ante munera redemptoris circa rationabilem creaturam semper auctoris dona uiguisse a conditore quidem summo praestita per naturam, sed confirmanda per gratiam. per gratiam, inquam, in cuius tempore praeteritorum salus erat consummanda saeculorum, quia nihil ad perfectum adduxit

1] Dan. 2, 47. 13] Rom. 4, 18.

3 et loqui *scripsi,* aeloqui *P,* et eloqui *r* 4 Daniele *scripsi,* danihelem *P,* Daniel *v* conuersione] posse *add. r* placari] edocuit *add. r; lacunam statuendam esse docui in libro 'Studien über die Schriften des Faustus', p. 13* 6 *numerum* XII *et uerba* de neniuitis *addidi ex capitulorum indice, om. P* 10 resipuit *r* 14 adquae *P* 15 promisa *P* 17 simulquae *P* 19 totumquae *P* 21 itaquae *P* 23 colocasse *P* rarationabilem *P* 25 praescita *v*

lex uel litterae uel naturae. in Neniuitis ergo euidenter manifestata est clementiae et bonitatis plena uox domini ita dicentis: repente loquar ad gentem et regnum, ut euellam et destruam et eradicem. si gens illa paenitentiam egerit pro peccato suo, et ego paenitentiam agam super malo, quod locutus sum, ut facerem ei. optat iudex misericors caelestis decreta consilii pio immutare mendacio, si reus medicinam festinet adhibere peccato. inuitus homini pondus damnationis inponit, qui remedium satisfactionis ostendit et sedulae obsequium seruitutis expectat. et ideo perfecta illa prouidentia, quae in hoc saeculo uirtutum exercitiis delectatur, ordinatissimum et sapientia sua dignissimum iudicauit, ut hominem conditum ad sacrae imaginis dignitatem hic prius agonibus et contritionibus exploraret, illic uero donis et retributionibus adimpleret, ut, cum famulus exhibuisset in labore oboedientiam, dominus ostenderet in remuneratione iustitiam, ut, cum infirmitas humana obtulisset humilem deuotionem, ineffabilem diuina potentia exereret largitatem.

lugiter ergo laborandum, sed a gratia non recedendum et dicendum: deus, in adiutorium meum intende. ipsum ergo adiutorii uocabulum laborantis requirit officium. adiutorii itaque sermo duos indicat, operantem et cooperantem, petentem et promittentem, pulsantem et aperientem, quaerentem pariter et retribuentem. hoc solum nostrum est, ut, qui pro fragilitate idonei non sumus, saltim quaerendi et pulsandi importunitate placeamus. ubi erit sedulitas miserentis dei, si, cum persona nihil mereatur indigni, ad hoc desideria accedant otiosi? et ideo nisi obsequendi studium oboedientia indefessa praetulerit, locum remanendi iustitia non habebit. et propterea sermo diuinus in spe laboris sui positum describit agricolam ita dicens:

3] Ierem. 18, 7. 20] Ps. 69, 2.

1 in *om. v* manifesta *P* 4 distruam *P* 7 mendatio *P* 11 seculo *P* 12 dignissum *P* 13 sacre *P* 14 conditionibus *r* illuc *P* 16 obedientiam *P* 18 exerceret *r* largitate *P* 19 a *om. P* 22 itaquae *P* 27 indigni] et *add. v* accedat *P* 28 oboedientiaę *P* 30 discribit *P* agriculam *P*

ecce agricola expectat pretiosum terrae fructum, ut recipiat temporiuum et serotinum. quid est temporiuum, quid serotinum? temporiui fructus sunt, quos stipendiis militiae praesentis adquirimus. serotini sunt, quos post emeritam seruitutem in illius saeculi retributione capiemus. temporiui sunt fides atque sinceritas cordis, beniuolentia, corporis temperantia, contemptus mali, appetitus boni, tranquillitas mansuetudinis, puritas castitatis. serotini fructus sunt adquisitio rerum immortalium, hereditas caelestium, proprietas aeternorum, de quibus dicitur: nec oculos uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus his, qui diligunt illum. de quibus per apostolos et martyres dicitur: non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. temporiui itaque fructus in uirtutibus sunt, serotini in remuneratione uirtutum. temporiui sunt, quos hic opera capiunt in praeceptis, serotini, quos illic uota consequentur in praemiis.

Quantum ergo delectetur deus, si fecerimus murum, id est ualidissimum contra offensam dei supplicationis obstaculum, sicut fecit ille, de quo legimus: properauit enim homo sine querella deprecari pro populo proferens seruitutis suae scutum, restitit irae et finem inposuit necessitati. qui staret, inquit, oppositus contra me propterea, ne disperderem eam. qui ostendit, quomodo eius ira superetur, quodam modo placatus irascitur. inter haec quicumque a potentissimo ac iustissimo conditore ita factum hominem dicit, ut unus in sinistram sine proprio crimine impulsu tantum praescientiae deputetur, alter in dexteram indiscussis meritis adtrahatur, hoc aperte asserere deprehenditur inordinatas uel iniquas esse dispositiones et factoris et iudicis.

1] Iac. 5, 7 10] 1 Cor. 2, 9. 13] Rom. 8, 18. 20] Sap. 18, 21. 23] Ezech. 22, 30.

1 praetiosū *P* 2 seretinum *P* 4 meritam *P* 5 seculi *P* 6 adquae *P* 7 contemtus *P* appetitum *P* 13 condigne *P* passionis *P* 15 itaquae *P* 18 si fecerimus *scripsi*, siue *P*, fieri *v* 21 querilla *P* depraecari *P* 24 separetur *v* 25 quicumquae *P* 26 ac iustissimo *P bis* 29 depraehenditur *P* 30 factores P^1

Sed hoc loco sollicitus intendat auditor auctori summo, cum hominem plasmare disponeret, auctori, inquam, summo in ministerium et consilium hominis fabricandi quattuor astitere uirtutes. quae quattuor? potentia utique, bonitas, sapientia atque iustitia. tu uide, quam deo ex his quattuor defuisse praesumas asserere. itaque ad intellectum euidentius colligendum proferant, si placet, singulae istae uirtutes quasi tractatus et adlocutiones suas. potentia dicat: faciamus post caeli regnum in secundis mirabilem creaturam, ne in imperii nostri possessione, quae prima sunt, haec etiam uideantur extrema. istam speciosam mundi machinam consummemus, ut in ea hominem faciamus, et praeficiamus, per quem mundus ordinetur, possideatur, ornetur. bonitas dicat: fas non est, ut sola beneficiis nostris caelestia perfruantur. faciamus et in terra hominem, circa quem abundantiam gratiae nostrae exerceamus, circa quem beniuolentiae munera dilatemus, in quem pietatis ingenitae diuitias profundamus. sapientia dicat: non solum faciamus, sed etiam sensu rationis ac discretionis honoremus, prudentiae lumine repleamus, faciamus simplicem, faciamus astutum. simplicem, ne malum callidus inferat, astutum, ne incautus incurrat. insinuemus ei affectum boni, intellectum mali et iuxta gubernationem nostram permittamus eum in manu consilii sui ac proprii in libertate iudicii.

Tractat inter haec secum potentia, cui inest et praescientia. quid agimus, quod eum, si arbitrio suo permittimus liberum, in peccati deuia praenoscimus transiturum et pretiosae dona facturae conuersurum esse praeuidemus ad instrumenta nequitiae? et ideo si opus in eo nostrum uolumus esse perpetuum, tollamus ei de potestate peccatum. dicit iustitia: non ita est. non conpetit legibus nostris, ut is, quem a contrariis oportet probari, de uiribus suis non possit agnosci. non con-

1 *num* sollicitius *scribendum?* indat *r* 2 ministeriom P^1 4 utiquae *P* 5 adquae *P* 6 itaquae *P* 7 proferunt *P* 9 cae P^h (li *man. alt.)* 10 nostre *P* 11 ista *P* 12 praefaciamus *P* 14 sola *P* 15 habundantiã *P* 16 boninolentiae *P* quaem *P* 19 lumine *P* 23 consili *P* 24 potentia] sapientia *r* 25 si *om. r* 26 praetiosae *P* 28 pepetuum *P* 29 ei *scripsi*, eum *P*

petit, inquam, hoc legibus nostris, ut ei, quem glorificari etiam ex officio suo uolumus, materiam et causam gloriae denegemus, ut eum, quem cupimus munerari per nudam gratiam, faciamus de labore proprio nihil mereri. exerant potius in eo singillatim sociae istae germanaeque uirtutes, exerant partes suas. potentiae sit inter cuncta uisibilia, praesertim inter hostes habitaturum creare sublimem, sapientiae ordinare prudentem, bonitatis adiuuare certantem, iustitiae coronare uincentem.

Talem ergo hominem pro utilitate sui ac pro nostri dignitate faciamus, quem in dexteram partem non trahat necessitas, sed uoluntas, qui malum ratione intellegat, bonum uirtute perficiat. talem faciamus, cui bonitas in natura, malitia uero extra naturam sit, qui bonum in uoluntate, malum habeat in potestate, qui bonum naturaliter uelit, malum actualiter possit, qui mandata nostra custodiat uoluntarius et periclitari non possit inuitus, cui prima ista sit laudis occasio, ut peccare et possit et nolit. sufficiat autem, quod in quadrupedibus et brutis, quae subicienda sunt homini, iam fecimus tale animal, quod, dum non est obnoxium culpae, fructum non potest habere iustitiae. hunc autem non oportet esse pecudis similem, cui commissuri sumus nostrae imaginis dignitatem. interrogemus ea, quae peccati nescia ac rationis ignara absque ullo prudentiae honore formauimus. numquid proderit pecudi simplicitas sua aut arbori fecunditas sua? erga hominum nostrum non poterimus laudi conferre palmam, si uolumus necessitati seruire naturam.

Hunc ergo conditione subditum, discretione liberum, ratione perfectum ita ordinare nos aequum est sub potestate permissa et lege proposita, ut custodia praecepti aditus et causa sit praemii. nam si mali copiam ac licentiam non habuerit, boni gloriam non habebit. si iuxta beniuolentiam nostram non etiam suo studio uel labore praedicabilem tenuerit sanitatem, non erit innocentia, sed inertia, et praeterea praemium perit,

3 eum] cum *v* 4 nil *v* singilatim *P* 5 germaneque *P* 7 sublimen *P* 14 uellit *P* 15 pereclitare *P* 17 nollit *P* 18 quae *om. v* subiciendi *P* 19 habe^{re} *P* 22 absquae *P* ulla *P* 23 peccodi *P* 28 le^{ge} *P*

ubi meritum non praecedit. bona nostra non potest seruare, qui nescit adquirere. nisi fuerit oboedientiae praemissa deuotio, gratiae nilescit oblatio. simulque uerecundia remunerantis est, si honoretur otiosus, si remuneretur ignauus. quin potius cooperante adiutorio etiam suo opere fiat dignus et cum bona conscientia sit beatus. nam nisi fuerit tribuentis iusta liberalitas, non erit accipientis perfecta felicitas, et nisi prius explorata fuerit inquirentis auiditas, in quo iocundabitur benignitas largientis?

Adhuc cum iustitia uerba conserit praescientia et ita dicit: melius est, ut non fiat genus humanum, quam ita fieri uideatur, ut pereat. respondet bonitas atque iustitia: non ita est. propter Cain impium Abel pius in rebus non erit? propter increscentem malitiam mundus Noe iustitiam non uidebit? propter Iudam non habebimus Petrum? propter eos, qui uitio blandiente uincendi sunt, in uitam non uenient, qui per rigidam magnanimitatem uirtutis austerae iusto iudicio coronandi sunt? propter praeuaricatorum multitudinem praetermittentur in nihilum iustorum saecula, milia martyrum regnumque sanctorum? propter eos, quos suo crimine praenoscimus peccaturos, non faciemus eos, quos praescimus etiam suo merito placituros? si ita est, plus fraudabit potentiae nostrae praecognita quam consummata malitia nocebit, siquidem bonis malorum praescita generatio nocebit, bonis, qui propter eam creandi non erunt, quae creata quandoque soli sibi nocere potuisset? sed dicat bonitas: ita faciamus humanum genus, ut peccare non possit. cui respondet e contra circumspecta iustitia: quomodo terrestribus dabimus, quod caelestibus non indulsimus? quomodo habebit fragilitas hominum, quod natura non obtinuit angelorum? quae cum ita sint, non audeat crea-

3 uiliscit *P* simulquae *P* 10 et] ipsa *add. r* 12 respondit *P* adquae *P* 13 propterea in *P (correxit man. rec.)* propter impium Cain Abel *v* in rebus] reus *r* 14 crescentem *r* 16 blandimente *P* 17 austere *P* inditio *P* 20 regnumquae *P* 21 peccaturos *correxi*, peccaturas *P*, peccatores *r* faciaemus *P* praesciremus *P* 23 malicia *P* 24 propterea *v* 25 quia *r* quandoquae *P* 27 respondet e *scripsi*, respondite *P*, respondeat e *r* 28 non *om. r*

tura de creatoris opere disputare. potentiae itaque fuit, ut inmortalem ex nihilo hominem conderet, sapientiae, ut capacem rationis efficeret, bonitatis, ut ad beatitudinem praepararet, iustitiae, ut non ante eligeret quam probaret.

Sed inter haec aliquis persistit et dicit: si constat peccatores in illo saeculo suppliciis addicendos et aeternis ignibus mancipandos, sic fieri homo debuit, ut is omnino peccare non possit. quid praecurris, o homo, auctoris tui dispensationes? quid quaeris rem inmortalitatis in regione mortis? quid quaeris in militia, quod paratur in gloria? quid ante emeritum laborem poscis, quae praeparata sunt post laborem? dabitur hoc, sed iam in aeternum iustificato, quando id, quod conlatum fuerit, perire non possit. dabitur hoc, sed in tempore beatitudinis, ubi iam peccatum nec uincere sit necesse nec scire, ubi ad peccandum non uoluntas, non possibilitas erit, ubi sancte, integre, pie uiuere non erit diligentia, non industria, sed natura dispensante ita diuina misericordia atque iustitia, ut qui hic studuerit integritati nulla illic ultra possit labe corrumpi. dignum enim esse iudicabit, ut homo peccare qui noluit infirmus non possit aeternus, sed ut labentibus in inmensum saeculis sine metu gaudium, sine inuido praemium, sine hoste sit regnum.

1 itaquae *P* 2 nihilominem *P* 8 posset *r* 10 milicia *P*, malitia *r* paretur *r* 14 nèc necesse *P* nec scire] nescire *P* 17 adquae *P* 18 illuc *P* 19 indicauit *r* 22 regnum] explicit *add. P*

FRAGMENTA AD LACUNAS LIBRORUM DE GRATIA PERTINENTIA.

I.

Ex prioris libri de gratia capite XIIII sub finem lacunoso uerba desumpta sunt, quae Ioannes Maxentius in libello, cui inscribitur 'ad epistulam Hormisdae responsio' (Migne, Patrologia Graeca LXXXVI 1, p. 109), affert (cf. quae exposuimus in libro 'Studien über die Schriften des Bischofes von Reii Faustus' p. 22 sq.):

'Rursus in capite eiusdem libri XV agens *(scil.* Faustus*)* contra eos, qui non generale, sed speciale asserunt donum esse credulitatis, ita inter cetera loquitur: sed dicis, inquit, quia non omnibus detur, sed donum sit personale credulitas et illis tantum credere suppetat, quibus deus specialiter donauit, ut crederent. non ita est. nam dum eam dominus etiam ab incredulis exigit, omnibus eam insertam esse demonstrat. cui autem etiam ipsa naturae lege non suppetat credere, quando et daemones credunt et contremiscunt?'

9] Iac. 2, 19.

1 *numerum XV apud Maxentium nostrae computationis numero XIIII respondere l. l. docuimus* 6 nam dum *scripsi,* nondum *Migne* 8 naturae *scripsi,* natura *Migne*

II.

Eodem loco Maxentius (Migne l. c. p. 111) posterioris libri Fausti de gratia caput XI hodie maxima ex parte deper-

ditum respicere uidetur dicens (cf. quae exposuimus in libro supra laudato p. 23 sq.):

'Unde et in libr(i secundi capitul)o undecimo per naturalem uigorem absque gratiae adiutorio multos non solum ante aduentum domini, uerum etiam et ante legem litterae saluatos atque ad plenam cordis puritatem perfectamque iustitiam peruenisse, filios dei fieri meruisse impudenter et procaciter asseuerat *(scil.* Faustus*).*'

1 libri secundi capitulo *scripsi*, libro *Migne* 5 *uidetur* et *inserendum ante* filios

II.

DE SPIRITU SANCTO LIBRI DUO.

V = codex Palatinus 241 saec. X.
P = codex Parisinus 12203 saec. X.
R = codex Reginensis 194 saec. XII.
r = lectio uulgata.

CAPITULA LIBRI PRIMI.

I. Omnino spiritum sanctum aperte de capite fidei, id est de symbolo intellegendum.

II. Quod non in ecclesiam sicut in spiritum sanctum, sed remota in praepositione ecclesiam catholicam credere debeamus.

III. Christum a spiritu sancto utpote deo non genitum, sed creatum.

IIII. De unitate testimoniis adserenda propheticis.

V. De trinitate uel liberales etiam disciplinas de tribus sensisse personis.

VI. Dum facies patris filius dicitur, patri aequaeuus agnoscitur.

VII. Spiritum patris ipsum esse spiritum sanctum.

VIII. De digito dei.

VIIII. Non obesse spiritus sancti deitati, quod nec ingenitus uideatur esse nec genitus.

X. Spiritum sanctum perfectorum esse charismatum largitorem.

XI. De actibus apostolorum adsertio trinitatis iteratur, ubi et Christus contra Nouatianos ad dandam paenitentiam missus adseritur.

XII. Dei proprium esse, ut sanctificet creaturam.

XIII. Localem non esse spiritum sanctum.

IN HOC CODICE CONTINENTUR DUO LIBRI FAUSTI EPISCOPI DE SPU SCO. INCIPIUNT SENSUM CAPITULA VEL DISTINCTIONES. CAPITVLA LIBRI PRIMI *V*, IN DEI NOMINE INCIPIUNT CAPITULA LIBRI DE SPU SCO PASCHASII DIACONI VRBIS ROMAE *P* 2 omnino—intellegendum *om. P* omnes *V* (ino *man. alt.*) 6 ut pute V^1 7 asserenda *P* 8 etiam] & *V* 13 sancti spiritus *P* quia *P* genitus *P* 14 ingenitus *P* 15 perfectorem *P* carismatum *PV* 16 adsentio *V* 17 nouaticos *P* 18 asseritur *P* 20 scificetur *V* sanctum] EXPLICIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI *V*, EXPLICIVNT CAPITVLA *P*

LIBER PRIMUS.

I.

OMNINO SPIRITUM SANCTUM APERTE DE CAPITE FIDEI, ID EST DE SYMBOLO INTELLEGENDUM.

Fides catholica in uniuersum mundum per patriarchas ac prophetas et gratiae dispensatores spiritu sancto insinuante diffusa est. hanc apostolica sollicitudo atque perfectio, sicut per sacras paginas dilatauerat, ita in symboli salutare carmen mira breuitate collegit et tamquam dispersas remediorum species disposuit in corpus unum ac uelut ex innumeris aromatibus pretiosum confecit unguentum, cuius odor omnes fines terrae potentia fraglantiae spiritalis impleuit, ut in ipso uniuersitatis adsensu uirtus appareat ueritatis.

Et quia oportet, ut errantibus quasi paruulis et ignaris prima Christianae traditionis elementa repetamus, in hac symboli perfectione et unitas euidenter aperitur et trinitas, dum ter repetita confessio patri et filio et spiritui sancto unum credulitatis reddit obsequium. in quibus uerbis etiam trecentorum decem et octo sacer numerus sacerdotum emergentem Arrii ac Macedonii damnauit errorem [dicens]: credo in deum patrem. credo in filium eius unicum dominum nostrum. credo et in spiritum sanctum. nam etsi hoc ex numero paucorum fragilitas declinauit, uniuersalis tamen numeri mysterium non resoluit. et ideo sacer numerus diximus, quia trecenti in aera uel supputatione Graeca signum crucis, decem et octo uero

1 INCIPIT DE SPIRITV SANCTO LIBER PRIMVS *V*, INCIPIT LIBER PRIMVS *P* 3 omnino V^2 *in capitulorum indice*, OM̃S *V in textu* omnino—intellegendum *om. P* 5 ac] et *P* 8 scās *P*, sanctas *c* in] per *P* simboli *P* carmen *om. P* 9 tamquam] ꝑ *add. P* diuersas *P* 10 ex *om. V* 11 praetiosum *P* 12 flagrantiae *V* spiritualis *P* uniuersitatis] ueritatis *V* 13 assensu *P*, ascensu *c* 14 primae *P* 15 simboli *P* 16 et *ante* unitas *om. V* 19 emergentes *P* 20 machedonii *P* dampnauit *P* errores *add.* P^2 dicens *om. V, quare uncis inclusi* 22 ex hoc *P* 23 misterium *P* 24 soluit *V* quod *P* in era *(*mera *c) omisso* uel *Pc* 25 greca *P*

Iesu adorandum nomen ostendunt. in hoc ergo numero atque mysterio, in quo et sanctus Abraham de innumeris gentibus triumphauit, seniorum pietas hostem fidei sub una patris et filii et spiritus sancti praedicatione confudit. unde etiam intellegendum est eos, qui in sanctum spiritum sub aeterna damnatione blasphemant, aut sine perfectione symboli baptizatos aut in ipso sibi symbolo ac fonte mentitos, ante quem omnis homo diabolo renuntians confitetur: credo et in spiritum sanctum.

Credo, inquam, et in spiritum sanctum. agnoscamus uerbi ipsius priuilegium. credere illi cuilibet potes homini, credere uero in illum soli te debere noueris maiestati. sed et hoc ipsum aliud est deum credere, aliud in deum credere. esse deum et diabolus credere dicitur secundum apostolum: nam et daemones credunt et contremescunt. in deum uero credere nisi qui pie in eum sperauerit non probatur. in deum ergo credere hoc est fideliter eum quaerere et tota in eum dilectione transire. credo ergo in illum, hoc est dicere: confiteor illum. colo illum, adoro illum, totum me in ius eius ac dominium trado atque transfundo. in professionis huius reuerentia uniuersa diuino nomini debita continentur obsequia.

II.

QUOD NON IN ECCLESIAM SICUT IN SPIRITUM SANCTUM, SED REMOTA IN PRAEPOSITIONE ECCLESIAM CATHOLICAM CREDERE DEBEAMUS.

Sed opponis et dicis non statim in hoc uerbo deum posse monstrari, quo dicimus: credo et in spiritum sanctum, quia sequitur: credo in sanctam ecclesiam catholicam. primo nescio,

14] Iac. 2, 19.

1 ergo *suprascr. P*[1] numerus *P* 2 misterio *P* et *om. V* 3 seniorum *P* hostem *P (suprascr. man. alt.)* 4 confundit *r* 5 spiritum sanctum *P* 6 dampnatione *P* professione *r* simboli *P* babtizatos *P* 7 ante quem *scripsi*, anteq; quem *V*, antequam *P* 11 quilibet potest hominum *v* 12 debere te maiestati noueris *P* 13 aliut *P* credere] et *add. P* aliud] est *add. P* credere in deum *P* 15 demones *P* ergo *P* 17 et] est *r* 19 ius *P* 25 nun *P* 26 et in—credo *om. V* 27 in *om. P*

quomodo ecclesiam catholicam nominare audeat Macedonius, qui extra catholicam exul salutis exclusus est ex illorum factus numero, de quibus dicitur: in circuitu impii ambulabunt. ergo dicis: credo in sanctam ecclesiam catholicam. quid supponendo exiguam, id est in syllabam ingentem caliginem subtexere conaris? credimus ecclesiam quasi regenerationis matrem, non in ecclesiam credimus quasi in salutis auctorem. nam cum hoc de spiritu sancto uniuersa confiteatur ecclesia, numquid et in semet ipsam ecclesia credere potest? ergo cum in solam specialiter credi oportere trinitatem etiam memoratorum patrum toto celebrata orbe doctrina confirmet, aut remoue hanc de ecclesiae nomine syllabam aut certe credere te in ecclesiam manifesta professione scripturis adsere, testimoniis doce, diuinis oraculis remota uerborum tuorum praesumptione conuince.

De sacris omnimodo uoluminibus quae sunt credenda sumamus, de quorum fonte symboli ipsius series deriuata subsistit. qui in ecclesiam credit in hominem credit. non enim homo ex ecclesia, sed ecclesia coepit esse ex homine. recede itaque ab hac blasphemiae persuasione, ut in aliquam humanam credere te debere aestimes creaturam, cum omnino nec in angelum nec in archangelum sit credendum. haec enim, quae in symbolo post sancti spiritus nomen sequuntur, ad clausulam symboli remota in praepositione respiciunt, ut sanctam ecclesiam, sanctorum communionem, abremissa peccatorum, carnis resurrectionem, uitam aeternam credamus in deum, id est, ut haec a deo disposita et in deo constare fa-

3] Psalm. 11, 9.

1 machedonius *PV* 3 ambulant *P* 4 quod *r* supponendum *V (o man. alt.)* 8 numquid *P* 9 ecclesia *om. P* 10 oporteat *P* 11 tota *P* 12 cerit *P* 13 professiones *V (ex man. alt.)* asserere *P* 14 tuum *P* 17 diriuata *P* 19 esse *om. V* esse cepit *r* omine P^1 20 ex *r* blaspemiae *P* 21 te extimes debere credere *P* oñino *P* 23 symbolo *P* secuntur *V* 24 recipiuntur *P* 25 ac remissa *V*, ab remissa *P (ionem man. tert.)*, remissionem *r* 26 credamus *bis Pr* 27 deposita *v*

teamur. nam nonnullorum inperitia praepositionem hanc uelut de proxima uicinaque sententia in consequentem traxit ac rapuit et ex superfluo imprudenter adposuit. in nullis autem canonicis, de quibus symboli textus pendet, accipimus, quod in ecclesiam credere sicut in spiritum sanctum filiumque debeamus. et ideo de spiritu sancto, cum ab hoc honore omnis creatura aliena sit, hic, in quem credere praecipimur, deus est. quod uerbum specialiter diuinitati uox domini saluatoris adsignat ita dicens: credite in deum et in me credite. et iterum: qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.

III.

CHRISTUM A SPIRITU SANCTO UTPOTE DEO NON GENITUM, SED CREATUM.

Cum autem catholica confiteatur ecclesia: conceptus de spiritu sancto, interrogandi sunt hoc loco Macedoniani, utrum spiritum sanctum creatorem an patrem aestiment redemptoris. si patrem forte responderint, cum iam in principio symboli dixerint: credo in deum patrem omnipotentem, duos eum habere patres confusibiliter confitebuntur. si autem creatorem, ut habet ueritas, adseruerint, uel necessitate nobiscum uniuersitatis dominum pronuntiare cogentur. et ideo per Esaiam prophetam uelut per tubam suam ac de templo suo loquitur, dum duas in Christo substantias praesignaret: rorate, caeli, desuper et nubes pluant iustum, aperiatur terra et germinet saluatorem, ego dominus creaui eum. homo namque adsumptus ex Maria operatio spiritus sancti, non portio

9] Ioann. 14, 1. 10] Ioann. 12, 44. 21] Esai. 45, 8

1 in *ante* praepositionem *add. P* 3 imprudenter *P* apposuit *P* 4 accepimus *P* quia *P* 6 de spiritu sancto *om. P* creatura omnis sit aliena *P* 8 diuinitatis specialiter *r* assignat *P* 11 me misit *P* 15 confitentur *P* conceptus] ⁊ *add P²*, est *r* 16 macedoniani *PV* 17 extiment *P* 18 simboli *P* 19 duas *V (o man. alt.)* 20 patrem *V* fatebuntur *P* uero *P* 21 asseruerint *P* 22 dum *V*, deum *P* *post* ideo *inserendum uidetur* dominus isaiam *P* 23 uelud *P* 27 assumptus *P* fuit *post* sancti *habet P*

fuit, nec ab eo genitus, sed creatus. conceptus est potentia non substantia, operatione non participatione, uirtute non genere.

IIII.

DE UNITATE TESTIMONIIS ADSERENDA PROPHETICIS.

Catholica fides trigeminam maiestatem sub unius diuinitatis confessione ueneratur [accipite unam ex sacris uoluminibus diuinitatem]: audi, Israel. dominus deus tuus deus unus est, et: dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies, et iterum: ego sum dominus et non est deus praeter me, et in psalmis: faciens mirabilia, tu es deus solus, item: tu solus altissimus in omni terra. per Esaiam quoque: deus Israel, qui sedes super Cherubin, tu es deus solus omnium regnorum terrae, item: ego dominus, primus et nouissimus ego sum, item: ego dominus, hoc est nomen meum. gloriam meam alteri non dabo. ut uero hoc testimonium ad Christum noueris pertinere, id est primus et nouissimus, de se alio loco dixit: ego sum principium, quod et loquor uobis, item: ante me non fuit deus et post me non erit. ego sum dominus et non est absque me saluator, quod specialiter pertinet ad Christum humani generis saluatorem, item: haec dicit dominus redemptor tuus et formator tuus ex utero: ego sum dominus faciens omnia, extendens caelos, solus stabiliens terram et nullus mecum. quod ad Iesum factorem ac redemptorem proprie respicit, de quo euangelista commemorat: omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, item:

7] Deut. 6, 4. 8] Deut. 6, 13. 9] Deut. 32, 39. 10] Psalm. 85, 9. 11] Psalm. 82, 19. 12] Esai. 37, 16. 13] Esai. 41, 4. 14] Esai. 42, 8. 17] Ioann. 8, 25. 18] Esai. 43, 10. 21] Esai. 44, 24. 25] Ioann. 1, 3.

4 asserenda *P* 6 accipite—diuinitatem *om. V, quare uncis inclusi* 7 israhel *V* 9 et iterum—me et *om. v* dñs *V*, deus *P* dš *V*, alius *P* 11 isaiam *P* 12 israhel *V* sedet *v* cherubim *P* 16 id est] idem *P* 18 qui *P* 24 Iesum] pertinet et *add. P* 25 propriae *V* euuangelista *P* 26 nichil *P*

non est ultra deus absque me et saluator non est praeter me, item: ego primus et ego nouissimus, manus quoque mea fundauit terram et dextera mea mensa est caelos, sicut de se Iesus Christus alio loco euidenter adserit dicens: ego [sum] Alpha et Omega, initium et finis. in his testimoniis etiam spiritus sanctus continetur, in quibus ita confitenda est diuinae substantiae de spiritu sancto unitas, ut in eis inesse credenda sit etiam personarum distincta proprietas et indiuisa pluralitas.

V.

DE TRINITATE UEL LIBERALES ETIAM DISCIPLINAS DE TRIBUS SENSISSE PERSONIS.

Dei itaque uerbis unam monstrauimus deitatem, tria nunc in una deitate doceamus, tria nomina non tria regna, tres appellationes sed non tres potestates, tres essentias uel subsistentias sed non tres substantias. manifestum est etiam saecularem intellexisse sapientiam omnium multitudinem saeculorum intra trium personarum conclusam esse rationem. quae sunt istae tres? id est: ego, tu, ille. ergo, ut diximus, tres tantum in rebus esse personas etiam liberalia studia de spiritalibus disciplinis instructione mutuata senserunt eisque euidenter apparuit nec secundam personam satisfacere perfectioni nec tertiam posse transcendi, quia dualitatem semiplenam esse ad tertium numerum tendens arguit plenitudo, quaternitatem uero respuit in tribus consummata perfectio. his ergo leui commemoratione transmissis magis sacris testimoniis adseramus trinitatem in unitate subsistere.

1] Esai. 45, 5; Ose. 13, 4. 2] Esai. 48, 12. 5] Apoc. 1, 8; 21, 6.

2 ego *post* et *om. v* 3 quoque *om. P* 4 de se *post* loco *habet P* 5 asserit *P* sum *om. V* a et *ω PV* 7 diuinae] omnis *r*, de spiritu sancto *om. P* 8 ut] et *add. v* 11 transisse *r* 13 dī *V*, dñ *P*, cum *v* uerbi *P* 15 essentias] hypostases *r* 16 secularem *PV* 17 saecularium *r* 19 tres—studia de *om. P, add. in marg. P*[1] 20 spiritualibus *P* 21 mutata *P* 25 cumsummata *P* 26 comparatione *P* *(suprascr. man. alt.)* asseramus *P* 27 unitate] mutatione *add. r*

Sed dicis: quid mihi profers unitatis ac trinitatis uerba, quae in canonica lectione non inuenis? non mirum, si is, qui ingredi non meretur penetralia salutis, expauescit ac refugit etiam ostium ueritatis. quid enim tam proximum, tam naturale, tam proprium, quam ut de uno unitas, de tribus trinitas catholicis patrum definitionibus nuncupetur? non ex se discutienda sunt uerba, quae de praecedentibus pendent, nec sane consequens est, ut peregrina iudicentur, quae ex uno et tribus, id est de manifesti exordii proprietate nascuntur. aduerte, quia non est praesumptiuus uterque hic sermo, sed deriuatiuus. quae uocabula a tempore primitiuae ecclesiae antiquitas inuenit, auctoritas protulit, aetas longa firmauit.

VI.

DUM FACIES PATRIS FILIUS DICITUR, PATRI AEQUAEUUS AGNOSCITUR.

Suscipe de sacris uoluminibus trinitatem: in principio fecit deus caelum et terram et spiritus dei ferebatur super aquas. pater auctor, aequaeuum principium filius, superfusus aquis spiritus sanctus. super aquas itaque dominantis eminentia ferebatur iam tum, credo, baptismi munera praefigurans. in faciendo quoque homine se non unius, sed trium personarum opus esse demonstrat trina repetitio deitatis. ita enim legimus: et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. aduerte sententiam in propositione simplicem, in responsione multiplicem. et dixit deus: faciamus hominem. quid est aliud, nisi quia substantia unitatis loquitur et potentia trinitatis operatur? perspice, quomodo trina uice nomen dei in creatione hominis nuncupatur.

15] Gen. 1, 1. 22] Gen. 1, 26.

1 michi *P* proferis *V* 4 ostium] testimonium *r* 5 ut *om. P* katholicis *V* 6 patrum] primum *r* diffinitionibus *P* noncupetur *P* 8 indicentur *r* 10 diriuatiuus *PV* 11 aecclesiae *V* 12 aestas *V* 14 dicitur filius *P* 17 aequaeuus *V* filius *om. P* 19 dum V^1, tunc *P* babtissmi *P* figurans *P* 20 se *om. P* 22 dicit *P* 23 propositionem *V*

sic enim habemus in Genesi: et dixit deus: faciamus hominem, et iterum: creauit deus hominem, et tertio: benedixit ei deus. dixit deus, fecit deus, benedixit deus. propter tres personas ter iteratur una diuinitas. quo loco euidenter mysterium etiam unitatis intellege. ecce imago dei et similitudo unicuique homini a tribus datur et tamen una esse dinoscitur. dixit deus: faciamus. diligenter adtende, dum unus dicit et non unus facit dumque iterum singulari plurale permiscet nec dicit: ad imagines et similitudines nostras, uel certe: ad imaginem et similitudinem meam, unitatem singularitate, trinitatem pluralitate commendat. itaque in eo, quod dicit: faciamus ad nostram, personarum numerus explicatur, in eo uero, quod singulariter ait: ad imaginem et similitudinem, in unam substantiam deitas indiuisa colligitur.

Cum Abrahae in ostio tabernaculi apparuisset deus et ex uno tres eius se oculis mirabiliter obtulissent, in tribus unum conscius maiestatis adorauit. in psalmis quoque absolute personis suis unitas designatur: ne proicias me, inquit, a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. ecce propheta patri supplicans non minus spiritus sancti quam patris et filii expauescit offensam. ne proicias, inquit, me a facie tua. filius sicut imago patris, ita et facies patris accipitur. et ideo legimus: Philippe, qui uidet me, uidet et patrem, item: quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam? aduerte, infide, perfectae confessionis mysterium trinitatis. propheta ad patrem loquitur, faciem patris filium pro-

2] Gen. 1, 27. Gen. 1, 28. 15] Gen. 18, 1. 18] Psalm. 50, 13. 23] Ioann. 14, 9. 24] Psalm. 138, 7.

2 tercio *P* 4 diuiuitas *V* 5 misterium *P* hunitatis *V*, trinitatis *r* 7 attende *P* 8 nun *P* plurali *V* (ẽ *man. alt.*) 9 non *r* 11 pluralitatem *V* quia *P* 12 faciamus] hominem *add. r* ad] imaginem *in marg. add. P*^{2} 13 uero *om. P* quia *P* ait *om. P* 14 diuinitas *r* collegitur *V* (i *man. alt.*) 16 eius *om. V* 17 magestatis *P* psalmo *P* 18 *pro* suis *uidetur* singulis *scribendum* 19 et spiritum— 22 facie tua *om. P, add. P*^{2} 21 filii] & *add. V* 23 me uidet *P* uidit *V utroque loco* 24 item] et iterum *P* 25 in fide *r* 26 filium] patris *add. P*

fitetur nec non diffusum per omnia spiritum sanctum protestatur. de filio autem etiam ad Moysen loquitur dominus: facies mea praecedet te. quod nomen, id est facies et ad unitatis substantiam et ad coaeternitatem pertinet maiestatis. quod autem minorem putant esse, quia natus est, quid est deum de deo natum esse, nisi ex deo naturaliter extitisse? sed dicis: si ex illo est, iunior illo est. ecce brachium ex corpore et facies de capite suo nascitur, nec tamen faciem iuniorem capite suo uel brachium corpore suo constat esse posterius. si ergo ullum caput antiquius umquam fuit facie sua, tunc adserere praesume antiquiorem esse patrem ab imagine sua, quae in Christi perfecta similitudine et aequalitate consistit. ita ergo nescit filius uel potestate uel tempore a patre discerni, sicut facies a capite separari uel capite suo nequaquam potest iunior inueniri.

VII.

SPIRITUM PATRIS IPSUM ESSE SPIRITUM SANCTUM.

Sed dicis: ostende mihi, quod in sua essentia subsistat spiritus sanctus. ubicumque uel quotienscumque lego aut spiritum patris aut spiritum meum aut spiritum dei, uideo, inquis, non ad spiritus sancti, sed ad patris referendum esse personam. primum hinc blasphemiam suae inpietatis accumulant, cum alterutrum dicant spiritum sanctum dei aut creaturam aut certe ipsum patrem esse credendum. merito qui spiritum sanctum non confitetur, usque ad contumeliam patris confusa mente deuoluitur. utique si factura est, ad patris non potest pertinere substantiam. si uero eum paternam putas esse potentiam, quo-

3] Exod. 33, 14.

1 necnon — protestatur *om. P, add. in marg. P*^{2} profitetur *P*^{2} *in marg.* 2 autem *om. P* etiam *post* Moysen *habet P* 4 aeternitatem *v* 5 esse *om. P* *prius* est *om. P* 6 esse natum *P* exstitisse *P* 7 *alterum* illo *om. v* 8 capite] corpore *v* minorem *v* 10 antiquus *V* (i *man. alt.*) unquam *P* facie sua *om. v* asserere *P* 14 a *suprascr. P*^{2} 18 michi *P* 19 quoties *P* (n *man. alt.*) 21 nun *P* referendam *v* 22 huic *v* impietatis *V* 23 dicunt *V* 26 est *om. P*

modo eum usque ad facturae humiliare praesumis iniuriam? nos uero spiritum dei non de patre dici, sed proprie de spiritu sancto euidentibus testimoniis demonstrabimus.

Legimus in Esaia super dominum Iesum descendisse spiritum domini, spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis. de hoc itaque spiritu domini, qui supra saluatorem sacro descendit inlapsu, per Esaiam filius dicit: spiritus domini super me, et euangelista Matthaeus: ecce aperti sunt ei caeli et uidit spiritum dei descendentem super eum sicut columbam. hunc autem spiritum dei, quem in baptismo saluator accepit, manifeste spiritum sanctum esse Lucas euangelista perdocuit dicens: Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane. legimus in Ioel propheta: in diebus illis effundam de spiritu meo super omnem carnem. quod dicit de spiritu meo, de sancto spiritu dictum esse manifestum est, quia, quando sanctus spiritus super apostolos sacra quinquagesimae sollemnitate descendit, tunc istud testimonium de propheta apostolus Petrus adsumpsit.

Ad hoc spiritum patris ipsum esse spiritum sanctum euangelia diuerso sermone, sed consona ueritate docuerunt. nam cum Matthaeus dixerit: non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, hunc spiritum patris aperte spiritum sanctum esse Marcus exposuit dicens: quod datum uobis fuerit in illa hora, id loquimini. non enim uos estis loquentes, sed spiritus sanctus. et Lucas similiter hunc spiritum dei sanctum esse

4] Esai. 11, 2. 8] Esai. 61, 1. 9] Matth. 3, 16. 13] Luc. 4, 1. 14] Ioel 2, 29. 22] Matth. 10, 20. 25] Marc. 13, 11.

1 humiliare *om. V* praesumimus *V* 3 demonstrauimus *V* 4 per esaiam *V* isaia *P* $\overset{\text{sup}}{\text{sp̃n}}$ *V (suprascr. man. alt.)* 5 sanctum *ante* domini *add. v* 7 illapsu *P* isaiam *P* 8 matheus *PV* 10 super eum *om. v* 12 esse *post* perdocuit *exhibet v* 14 iohel *PV* 16 spiritu sancto *P* 17 super a. sp. s. *P* sollempnitate *P* 19 asserit *P* 20 ad hoc *scripsi*, adhuc *V*, hunc *P* euangelistae *P* 22 matheus *PV* 25 in illa hora *om. P* id] quid *V* 26 loquemini *v* 27 spiritum esse s. *v*

spiritum demonstrauit dicens: nolite solliciti esse, qualiter aut quid dicatis. spiritus enim sanctus docebit uos in illa hora, quae oporteat dicere. secundum haec ergo quotiens aut spiritum patris aut spiritum dei legeris, speciaeliter ad spiritum sanctum esse referendum deposito necesse est errore fatearis. item Esaias quoque spiritum sanctum unum in gloria trinitatis adnumerat, quando dicit: uidi dominum sedentem super solium excelsum et Seraphim stabant et clamabant alter ad alterum: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth. et in consequenti dicit: et audiui uocem domini dicentis: uade et dices populo huic: auditu audietis et non intellegetis et uidentes uidebitis et non uidebitis. hic dominus Sabaoth, qui per adsumptam speciem uisus est a propheta uel qui locutus est in propheta, quis fuerit, in actibus apostolorum Paulus ostendit dicens: bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros: auditu audietis et non intellegetis et uidentes uidebitis et non uidebitis.

Credamus saltim Paulo praeconi celeberrimo ueritatis, quod sanctus spiritus fuerit ille dominus exercituum, quem uidit Esaias et qui locutus est per Esaiam. sed quia trina repetitione persultat sanctus, sanctus, sanctus, uideamusne hic honor ad totam respiciat trinitatem. Esaias cum dicit: uidi dominum Sabaoth, patrem Iudaeis agnoscitur praedicare. Iohannes euangelista aperte filium probatur adserere ita dicens: propterea non poterant credere in Iesum, quia dixit Esaias: excaecauit oculos eorum et obdurauit cor eorum. haec

1] Luc. 12. 11. 7] Esai. 6, 1. 11] Esai. 6, 8. 16] Act. 28, 35. 25] Ioann. 12, 39.

4 quoties *V* legitis *r* 6 quoque isaias *P* 7 annumerat *P*, annuntiauerat *r* 8 excellisum *V* 12 intellegitis *V* 14 assumptam *P* prophetis *P (a man. alt.)* qui *om. P* 15 Paulus] apostolus *add. r* 16 per isaiam prophetam locutus est *P* 18 intellegitis *V* 19 saltem *P* preconi *P*, preconii *V* quia *P* 20 spiritus sanctus *P* dñs *V*, deus *P* 21 isaias *P* isaiam *P* 22 persistat *P* sancto, sancto, sancto *r* uideamus anne *r* 23 ad totam *om. P* isaias *P* 25 asserere *P* 26 isaias *P*

dixit Esaias, quando uidit gloriam filii dei et locutus est de eo. quod autem idem Esaias dicit: et audiui uocem domini dicentis: uade et dic populo huic: uidentes uidebitis et non uidebitis, hunc dominum apostolus Paulus, ut diximus, spiritum sanctum esse confirmat. uides ergo, quod sanctus, sanctus, sanctus, haec uox totam concelebrat trinitatem, et sicut in his tribus uerbis nulla dissimilitudo, nulla est differentia, ita in trinitatis uirtute nulla potest esse distantia.

VIII.

DE DIGITO DEI.

Sed dicis: ex hoc minor esse sanctus spiritus euidenter agnoscitur, quod dei digitus nuncupatur. non ita est. sed quando audis de spiritu sancto dici: si ego in digito dei eicio daemones, non gloriae diminutionem, sed substantiae demonstrari noueris unitatem, nec honoris discrepantiam, sed operis esse concordiam. quid ergo? quia spiritus sanctus digitus interdum ⟨dei⟩ dicitur, ideo minor filio et patre creditur? refuge huius persuasionis errorem, uidene aliquoties in hac designatione digiti et patrem conprehendat et filium. meminerimus non de uno digito dictum esse, cum legimus: quoniam uidebo caelos tuos opera digitorum tuorum. sed dicis in digitis de filio hoc tantum et spiritu sancto sub quadam dualitate signari. ne hoc de duabus personis adserere coneris, alio loco trium tantum Esaias digitorum numero loquitur trinitatem dicens: quis appendit tribus digitis molem terrae? quid euidentius de trinitatis unitate, quid clarius? nonne hic

13] Luc. 11, 20. 20] Psalm. 8, 5. 25] Esai. 40, 12.

1 dic̃ *P* isaias *P* gratiam *v* 2 isaias *PV* 4 d̃m *V* 5 quia *P* 6 concelebrat *P (con man. alt.)* 7 est *om. P* 8 ueritate *P* dissentio *P* 11 oc *P* spiritus sanctus *P* euidenter *om. v* 12 quia *P* 13 in] spiritu dei uel in *add. P,* spiritu dei uel dei *omisso* dei *post* digito *v* 14 demones *V* gratiae *v* imminutionem *v* 17 dei *addidi, om. libri* patre] interdum *add. v* 19 comprehendat *P* meminerimus *P (er deleuit man. alt.)* 21 uideo *v* tuos *om. V* 22 et] de *add. P* 23 asserere *P* 24 trium tantum *scripsi,* tantum *V,* totam *P* isaias *P* 26 unitatis *V (e man. alt.)*

in tribus digitis potentiae unius aequalitatem sub quadam mysterii lance librauit? ergo, ut dictum est, cum iam instructus sis de societate operis, non dubites de parilitate uirtutis. dicendo ergo: quis appendit tribus digitis molem terrae, hic specialiter loqui uoluit de cooperatione potentiae et de unitate substantiae, quae una eademque esse in tribus digitis adprobatur.

Sed nihilominus in Esaia propheta personam propriam spiritus sancti sub distinctione trinitatis aduerte, ubi filius de se dicens: ego primus et ego nouissimus, consequenter adiecit: et nunc dominus misit me et spiritus eius. alter ergo in persona est deus pater, alter spiritus dei patris. itaque dum a patre et spiritu sancto destinari filius legitur, sub trium nomine personarum spiritum sanctum in semet ipso subsistere euidenter aperitur, sicut alio loco idem propheta trinitatis distinguit essentiam: ecce puer meus, suscipiam eum, dilectus meus, conplacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. pater filium dilectum puerum suum uocat, super quem dedit spiritum suum, de quo Iesus Christus propria uoce testatur: spiritus domini super me. ut illud autem euangelicum etiam gentibus possit esse manifestum: ite, inquit, baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti, ubi sub tribus personis unum opus et unum nomen indiuisam asserit maiestatem. habemus, ut dictum est secundum Lucam: et Iesu baptizato apertum est caelum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba et uox de

10] Esai. 48, 12. 11] Esai. 48, 16. 16] Esai. 42. 1. 20] Luc. 4, 18. 22] Matth. 28, 19. 25] Luc. 3, 21.

2 misterii *P* 5 uolunt *v* 6 eadem *V* approbatur *P* 8 nicilominus *P* esaiam prophetam *V* propheta *om. P* 9 ubi] enim *add. P*^{3}*v* filius] asseruit *add. P*^{3}*v* 12 dš *V*, dominus *P* 13 destinare *V* (i *man. alt.*) 14 nomine] non est *P* spiritus sanctus in *v* 15 propheta] propri m *v* 17 electus *P* complacuit *P* 18 filium *om. P* 21 ut *om. V*, et ut *P* autem euangelicum *om. P* 22 inquid *P* 25 secondum *P* 27 speciae *V*

caelo facta est: tu es filius meus dilectus, in te conplacui. filius ergo in corpore, spiritus sanctus in specie columbae, pater declaratur in uoce. sed hoc loco intellegenda est in columba species pertransiens, non substantia perseuerans.

VIIII.

NON OBESSE SANCTI SPIRITUS DEITATI, QUOD NEC INGENITUS UIDEATUR ESSE NEC GENITUS.

Sed inter haec cum spiritus sancti personam propriam demonstremus et patrem confiteamur ingenitum, filium uero cognoscamus unigenitum, quaeris a me, utrum spiritus sanctus ingenitus an genitus an quid aliud confitendus sit. scripturae sanctae de potentia et deitate spiritus sancti loquuntur, utrum uero genitus dici debeat an ingenitus, non loquuntur. uide, quas sibi tenebras infidelitas facit. non uis scire, quod deus noluit ignorari, et uis scire, quod non iussit inquiri. non dixit genitum, ne filium crederes, non dixit ingenitum, ne patrem putares, sed ad essentiae distinctionem procedere eum ex patre testatus est, sicut legimus: paracletus, qui ex patre procedit. quae cum sint, uel sic agnosce spiritum sanctum propriam habere personam. praeter duos esse tertium probat diuersitas nominis, procedentem ex deo non esse ordine uel gradu tertium monstrat unitas maiestatis. qui enim de interioribus dei progreditur, non dei creatura, sed dei probatur esse substantia. non scruteris, qualiter deus sit, quem deum esse manifestum est. hic ratio latet, ueritas non latet. cur interroges, quomodo sit socius et aequalis regis, quem regii esse constat et honoris et generis. ex superfluo de nomine agitur inquisitio, ubi non est de sublimitate dubitatio. ergo

18] Ioann. 15, 26.

1 complacui *P* 6 deitate *V* quia *v* genitus *r* 7 esse uideatur *P* ingenitus *r* 8 haec] est *V* 12 locuntur *V utroque loco* 14 infidelitas *scripsi*, infidelitatis *libri* quia *P utroque loco* deus *om. P* 15 dicit *P* 18 paraditus *P* 19 cum] ita *add. P* 22 magestatis *P* 26 sotius *P* 27 constat esse *P* et *om. v* 28 inquisio *P* (ti *man. alt.*) debitatio *V* (u *man. alt.*), dubitare *r*

quia spiritus sanctus ex utroque procedit, ideo dicit: qui autem spiritum domini non habet, hic non est eius, et alio loco: insufflauit et dixit: accipite spiritum sanctum.

Utrum ingenitus an genitus sit, requiris. nihil ex hoc eloquia sacra cecinerunt, nefas est inrumpere diuina silentia. quod deus scripturis suis indicandum esse non credidit, interrogare te uel scire superflua curiositate noluit. hoc peruenire debere iudicauit ad conscientiam tuam, quod pertinet ad salutem tuam. quid nobis de sancto spiritu sit credendum, sancta consulamus eloquia. hoc ipsum enim, quod ait genitum filium, numquid dicere auderes, nisi caelesti ex scripturis attestatione didicisses? aut numquid usurpares adserere Christum dominum uel ex uirgine procreatum uel ex aequaeuo et coaeterno patre progenitum, nisi ex lectione sumpsisses, nisi de deo diuinas uoces interrogasses? et ideo quomodo sentire de spiritu sancto debeas, ad apostolos et euangelia oportet ut redeas, cum quibus et in quibus deum locutum esse non dubitas.

Ut ergo ad superuacuam propositionem tuam redeam, numquid in hoc est gloria uel substantia spiritus sancti, si aut ingenitus probetur aut genitus? nam nec filio quicquam derogat, quod ingenitus esse non legitur, nec patri, quod genitus non habetur. in huiuscemodi sermonibus proprietas est appellationis, non diuersitas potestatis uel maiestatis. genitus et ingenitus personae est differentia, non naturae. cum ergo de genito et ingenito inutilia et non necessaria et solis calumniis opportuna uel dixeris uel audieris, numquid in hoc fine stare contentus eris? certe adhuc, utrum deus sit, interrogabis. cum

1] Rom. 8, 9. 3] Ioann. 20, 22.

1 quia *om. r* 2 dñi *V*, Christi *P* 5 sit an genitus *P* 6 irrumpere *P*, erumpere *v* 7 indicare *v* 8 te *post* scire *habet P* 9 indicauit *r* 10 nobis *r* 11 numquid] iniquum *r* 13 nunquid *P* asserere *P* 14 aequeuo *P* 16 consentire *r* 19 superuacaneam *r* nunquid *P* 20 est *om. Pc* hoc est gloria] hac gratia *r* sancti] habetur *add. P* si aut] sicut *V* 21 profitetur *V* 24 diuersitas] est *add. V* uel maiestatis *om. V* 26 ingenito] & *add. V* calũpniis *P*

uero deum esse ex his, quae leguntur, acceperis. iam, quid interroges, non habebis, quod, cum coeperis fortia et consummata cognoscere, inania et uacua non indigebis inquirere. ubi ergo utilitatis ratio et ueritatis esse intellegitur plenitudo, illuc salutaris tendat intentio.

X.

SPIRITUM SANCTUM PERFECTORUM ESSE CHARISMATUM LARGITOREM.

Spiritum sanctum caelestium charismatum largitorem et dispensatorem sanctificationum etiam ratio ipsa nominis protestatur. magnificentia autem eius etiam in ueteri testamento manifestata est. nam illic gratia eius non nisi certis quibusque, id est patriarchis pariter ac prophetis et sanctis electisque concessa est, ut per ipsam donorum perfectionem donantis intellegas dignitatem. quantum uero in scripturis sanctis manifestissime deprehenditur, alia pater ipse per se, alia specialiter per filium, alia per spiritum sanctum licet sub priuilegio potentiae communis operatur. quod sumus, ad patrem proprie referri uidetur, in quo, sicut apostolus dixit, uiuimus et mouemur et sumus. quod uero rationis et sapientiae et iustitiae capaces sumus, illi specialiter, qui est ratio et sapientia et iustitia, id est filio deputatur. quia autem uocati regeneramur et regenerati innouamur, innouati sanctificamur, per diuina eloquia personae spiritus sancti euidenter adscribitur.

Sed haec ita sacrae paginae sub distinctione indiscretae trinitatis loquuntur, ut, quamlibet appareat in singulis diuersitas operis, maneat tamen in tribus unitas uoluntatis. ergo

18] Act. 17, 28.

1 uerum *v* acciperis *V* quod *P* 2 quia *P* ceperis *P* 5 pendeat *P* 7 perfectorem *P* esse *om. V* carismatum *P* charismatum] et *add. r* *titulum bis praebet P* 8 karismatum *P* 9 sanctificatiõnum *P* natio *V (r man. alt.)* ipsa ratio *v* 11 manifesta *V* 12 ac] et *r* 14 nõn *V (in man. alt.)* 15 specialiter alia *V* 17 quia *r* propriae *V* 18 dicit *P* 19 *prius* et *om. P* 21 quiautem *V (a man. alt.)*, quod autem *P* 22 regerati *P* 23 asscribitur *P* 24 hoc *P* 25 loquimur *P (ntur man. alt.)* cuilibet *v* 26 uoluntas *P*

et gentiles et catechumeni de patris et filii dispensatione participant, de sanctificatione uero et infusione spiritus sancti non facile, nisi iam baptismum consecuti, purificati et spiritales effecti, apostolici etiam et apostoli ac toto spiritu ad martyrium praeparati. et inter haec adhuc creatura esse ab impiis iudicabitur, qui apud indiuiduam trinitatem in ordinatione salutis humanae magnificentiora quaeque munera et perfectiora sortitur? sed forte dicas: maior est spiritus sanctus, cuius maiora et nobiliora sunt opera. non ita est. nam id moris est trinitati, ut, cui personae administrandae rei committit officium, ei peractae adscribat effectum ac sic opus sit forte diuersum, sed commune propositum. et si est in singulis speciale factum, manet in tribus generale consilium ac propterea, etsi distinctum habent in operatione negotium, unum tamen tenent in ordinatione consensum.

Post ascensionem domini ad cumulanda et implenda eius beneficia spiritus sanctus descendisse describitur, de quo ipse saluator per Iohannis euangelium loquitur: ille spiritus ueritatis, quem mittet pater in nomine meo. mittet, inquit, pater in nomine meo, de trinitate euidenter. de qua hoc umquam creatura dictum uel legimus uel audiuimus, quod in hunc mundum in nomine dei uenerit? hic ergo, de quo Christus dominus deus dicit: nisi ego iero, paracletus non ueniet ad uos, deus absque dubio est, qui in locum dei ad confirmanda dei munera destinatur. in his duabus sententiis sub distinctione trinitatis absolute persona etiam sancti spiritus declaratur. non inmerito itaque et hoc ad diuinitatis aequalitatem refertur, quod sicut filius ita etiam spiritus sanctus

18] Ioann. 14, 26. 23] Ioann. 16, 7.

1 cathecumeni *V*, catecumini *P* 3 beatissimum *v* 4 et *ante* apostolici *add. v* et apostoli *om. P* 9 nobilora *P (i man. alt.)* moris] maius *V* 10 trinitatis *P* administrande *V* 11 peracte *V* asscribat *P* si *P* 12 prepositum *V* speciele *P (a man. alt.)* 13 &si *V*, si *P* 16 ad accumulanda *v* 17 discribitur *V* 18 loquar *V (it man. alt.)* 19 inquid *V* 22 dei nomine *P* 23 paraclytus *P* 26 absolutae *V* spiritus sancti *P* 27 decleratur *P*

in scripturis paracletus nuncupatur. et unde hoc adprobare poterimus? utique ex apostoli Iohannis auctoritate, cum dicit: si quis, inquit, nostrum peccauerit, paracletum habemus apud patrem Iesum Christum et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. paracletum, id est aduocatum, quod ad personam filii respicit, siue etiam consolatorem, quod ad sanctum spiritum pertinet, una Graeci sermonis enuntiatio utrumque significat. in Iohannis euangelio habemus: et ego, inquit, rogabo patrem et alium paracletum dabit uobis. alium paracletum, id est similis potentiae, paris gloriae eiusdemque naturae. et alium paracletum: si unum de creaturis esse putas spiritum sanctum, indignum est, ut descendente eodem beneficia, quae creator contulit, creatura confirmet et, quasi factoris inefficax fuerit uirtus, quamlibet excellentiori, tamen creaturae uelut inconsummati operis reseruetur effectus.

Tu ergo spiritui sancto tamquam creaturae maledicis obprobrio, cui se dei filius diuino testimonio ex proprio exaequauit oraculo. et alium paracletum: duplici hic intellectu et personae distinctionem et aequalitatem cognosce substantiae. hic forte obicias: ideo se Christus sub paracleti uidetur exaequasse cognomine spiritui sancto, qui utique materia operis dei atque factura est, quia et ipse Iesus creatus esse probatur ex Maria. hoc quam infidele tam infirmum est argumentum. nam si secundum hominem paracleto Christum adsimilatum putas, ne hoc quidem conuenit ueritati. etenim paulo minus ab angelis

3] 1 Ioann. 2, 1. 8] Ioann. 14, 16. 25] Hebr. 2, 7.

1 paracletus *V (i man. alt.)*, paraclytus *P* probare *P* 2 Ioannis apostoli *v* 3 inquid *V* paraclytum *P* 4 propiciatio *V* 5 paraclytum *P* 7 greci *PV* enunciatio *V* 9 inquid *V* paraclytum *P* 10 paraclytum *P* patris *v* eiusdem *v* 11 paraclytum *P* 12 descendentem *v* 15 tantum *v* uel consummati *P* 16 spiritu *r* opprobrio *P* 17 ex] et *P* exsequauit *V* 18 paraclytum *P* duplicem hic intellectum *v* 19 et aequalitatem *om. P* cognosces *P* substantiae . . obicias *om. P, qui habet in margine:* S; dicis 20 paraclyti *P* 21 adque *V* 22 et *om. v* 23 hoc] ob *v* infidelem *addito* nocem *r* 24 paraclyto *P* assimilatum *P* nec *P* 25 karitati *P*

minoratus et unus factus ex nobis primae atque caelesti et excellentiori, ut adseris, creaturae non potuit comparari. si uero hoc secundum dei formam Christus locutus est, factori utique facturam certum est non debuisse conferri. ac sic huic excellentiori creaturae si homo se exaequat, minoris superbia est, si deus, maioris iniuria est. quia ergo in creaturae condicione constare sibi haec comparatio non agnoscitur, restat, ut uterque deus esse credatur ac sibi mutuo diuinitatis aequalitas comparetur. nam dum saluator loquitur per Iohannem: et ego rogabo patrem et alium paracletum dabit uobis, spiritum ueritatis, quem hic mundus non potest accipere, qui uniuerso mundo dari potest, manifeste deus est mundi. trinam et hic cognosce trinitatem. pater est, qui indicatur rogandus, filius, qui intellegitur rogaturus, spiritus sanctus, qui promittitur a patre mittendus. aduerte personam spiritus sancti non tam cognatis, ut adseris, creaturis adsociari, sed per omnia trinitati operibus adiungi et uirtutibus exaequari.

XI.

IN ACTIBUS APOSTOLORUM ADSERTIO TRINITATIS ITERATUR, UBI ET CHRISTUS CONTRA NOUATIANOS AD DANDAM PAENITENTIAM MISSUS ADSERITUR.

In actibus apostolorum Petrus de domino Iesu disserens ita dicit: dextera igitur dei exaltatus et promissione spiritus sancti accepta a patre effudit hunc, quem uidetis et auditis. in dextera filius, in deo pater, in nominis sui proprietate sanctus spiritus designatur. et in consequentibus legimus: tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit: in

9] Ioann. 14, 16. 23] Act. 2, 33. 27] Act. 4, 8.

1 ex *super* est ex *P* nobis] bene *add. P* adque *V* et *om. P* 2 asseris *P* 3 formam dei *P* 4 si *P* 5 si homo se *scripsi*, si honore *V*, se homo *P* exequat *V* 6 conditione *P* 8 conparatur *P* 10 paraclytum *P* 12 mondo *P (u man. alt.)* 13 agnosce *v* uirtutem *P* 14 intelligitur *P* 16 asseris *P* associari *P* 19 in] de *P* assertio *P* 20 dandum *v* asseritur *P* 22 Iesu] Christo *add. P* 25 patre *v* nomines *P* 26 spiritus sanctus *P* 27 repletus] de *V*

nomine Iesu Christi Nazareni, quem uos crucifixistis. quem deus suscitauit a mortuis, in hoc iste adstat coram uobis sanus. respice et hic distinctionem trinitatis expressam. Petrus in se praeferens spiritum sanctum filium in carne morientem et patrem loquitur suscitantem. apostolico illic nihilominus iteratur oraculo: et nunc, inquit, domine, respice in minas eorum, et: repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur uerbum dei cum fiducia. aduerte etiam hoc loco in trinitate spiritum sanctum contineri. in oratione pater rogatur, in dei uerbo filius agnoscitur, in apostolorum constantia sancti spiritus ignis operatur. repleti sunt omnes spiritu sancto. manifestae est maiestatis posse plurima simul subtilitate incorporeae diuinitatis infundere et sine detrimento integra permanere. item cum dixissent apostoli de Iesu: hunc deus principem et saluatorem exaltauit dextera sua ad dandam paenitentiam in Israel in remissionem peccatorum. nos, inquit, sumus testes horum et spiritus sanctus, quem dedit deus omnibus oboedientibus sibi. intellege hic sub ordine trinitatis non solum ad praedicandam, sed ad dandam paenitentiam a patre filium destinari et obtemperantibus spiritum sanctum, qui oboedientiam remuneretur, infundi.

Stephanus spiritu sancto sub momento passionis impletur eique reseratis iustitiae portis a dextris patris filius reuelatur, sicut ipse spiritu sancto repletus effatur: ecce uideo caelos apertos et filium hominis a dextris stantem dei. uide, quomodo sub spectaculo trinitatis edebat munera passionis.

6] Act. 4, 29. 7] Act. 2, 4. 15] Act. 5, 31. 25] Act. 7, 55.

2 astat *P* 3 perspice *P* disticctionem *P* 4 perferens *P* 6 illic *om. P* nihilhominus *V* iterato *v* iteraculo *P* et nunc — 7 eorum et *om. P* 9 hoc] in *add. v* 10 rogatus *v* 11 s̃ci *V*, s̃cs *(post* spiritus*) P*, *om. v* 12 sunt] inquit *add. P* manifeste *V* est *post* maiestatis *habet P* 13 incorpore *V* 14 integrum *P* 16 israhel *PV* 17 inquiunt *v* sumus *om. v* 19 intellegere *V*, intellige *P* 20 praedicandum *P* 21 distinari *V* obedientiam *P* 22 remuneret *v* 23 sub m. p. sp. s. *v* 24 eique] et *v* 25 affatur *V* 26 stantem a dextris dei *v* dei stantem *P*

Cornelium centurionem Petrus adloquitur dicens: Iesum Nazarenum, quomodo unxit eum deus spiritu sancto. unxit deus, id est uirtus impleuit, benedictio infudit, diuinitas penetrauit. quomodo unxit eum deus spiritus sancto. tria hic per proprietates suas euidenter existunt: munus, munerans, muneratus, ungens, unctus, unguentum, sicut et alio loco dicit sermo diuinus: unxit te deus, deus tuus oleo laetitiae. in suscepto homine deus ungitur et deus ungit et sub columbae caelestis inlapsu potestas patris agnoscitur. fas non est, ut hic spiritus sanctus, a quo filius hominis Christus iam filio dei plenus impletur, aliud quam deus esse credatur. nam si creatura esset, quomodo penetrare posset incorpoream naturam omnia penetrantem? capax enim sui est trinitas, sicut habemus: ego in patre et pater in me, et iterum: spiritus scrutatur etiam profunda dei, item: spiritus, qui ex patre procedit. nisi hic spiritus sanctus ex patre esset et in eo naturaliter in patris interna infusus habitaret, procedere ex patre non posset.

Sed interrogas, utrum semper spiritus ex patre procedat. semper cum illo, semper ex illo, sicut calor ex igne, ita sine intermissione profertur, ut egredi sciat, separari nesciat. nam si non esset spiritus sancti processio sempiterna, localis uideretur esse substantia. si non in alterutrum sine permixtione sui penetrat incorporea et capax sui claritas, ergo humo erit confusa diuinitas. permixtio enim tollit essentiae triplicis proprietatem, infusio uero mutua distinctam ostendit essentiam, quae inter substantiam et personas media uideri potest. ad

1] Act. 10, 38. 7] Psalm. 44, 8. 14] Ioann. 14, 10. 15] 1 Cor. 2, 10. Ioann. 15, 26.

3 diuinitatis *P* 4 petrauit *P* (ne *man. alt.*) haec *P* 5 per *om. P* existant *P*, demonstrant *v* 6 et] in *P* (*erat* et *in rasura*), in *v* 7 letitiae *P* 9 illapsu *P* 11 dei filio *P* 12 possit *V* in corpoream *r* 14 habemus *om. P* 16 sanctus *om. r* 17 in eo *om. P* aeterna *P* 18 non posset — 19 ex patre *om. V, in marg. add. V*^{2}: non posset 21 profert *P* 23 in alterutrum] alter alterum *P* 24 se *V* et capax sui] suae *P* claritatis *P* ergo humo] unione *P* 25 tripicis *V* (l *man. alt.*) 27 media] *P* (*erat* m *in ras.*)

substantiam pertinet, quod subsistit, ad personas pertinet, quod proprie sibi unaquaeque subsistit. discipulos suos Paulus alloquitur dicens: non subterfugi, quominus adnuntiarem omne consilium dei uobis. adtendite uobis et uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam adquisiuit sanguine suo. quam dilucide personis suis tota trinitas designatur. consilium dei patris adnuntiat, episcopos a spiritu sancto ordinatos esse confirmat, deum etiam Christum, cuius sanguine ecclesia sit adquisita, demonstrat.

Ad Romanos etiam trinitas sub nominum proprietate digeritur: quodsi spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. pater suscitat, filius suscitatur et propter inhabitantem spiritum resuscitandis mortalium corporibus uita promittitur. et in consequenti: uos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. dum dicit spiritum dei et consequenter spiritum Christi, aduerte, quod hic personam Christi sub dei appellatione designat. aut si hic patrem, cuius spiritus sit, sub dei nuncupatione significat, ecce hic spiritus sanctus per unitatem substantiae et patris et filii esse spiritus declaratur et merito procedere ex utroque dinoscitur et in uinculo trinitatis distinctam personam habere perspicitur et, qui spiritum sanctum non habet, nec Christum habere monstratur. deus itaque est spiritus sanctus, quo negato negatur et Christus et, quia dixit: nemo uenit ad patrem nisi per me, qui spiritu sancto uacuus est, Christi non est et perdidit uiam, qua peruenitur ad patrem.

3] Act. 20, 27. 12] Rom. 8, 11. 17] Rom. 8, 9. 29] Ioann. 14, 6.

2 al loquitur *V (al man. alt.)* 3 subterfugio *v* annuntiem r 4 uobis o. c. d. *v* attendite *P* 5 sp. s. uos *r* 7 delucide *V* 8 annuntiat *P* 11 Romanos] corinthios *P* degeritur *V* 12 Christum *om. P* 13 habitat—Iesum *om. V* 14 uiuificauit *V* 17 in consequente *v* 21 quia *P* 26 habere personam *v* 29] et *om. v* qui *P* 30 perdit *P*

XII.

DEI PROPRIUM ESSE, UT SANCTIFICET CREATURAM.

Ad Corinthios prima: et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi et spiritu dei nostri. ecce et hic sub dei nostri, id est sub patris commemoratione spiritus sanctus Corinthiorum fideles Christo cooperante sanctificat. sanctificare nulla creatura penitus aliam potest, largitio sanctificationis solius est munificentia maiestatis. quo loco in nomine Iesu Christi et in spiritu dei nostri tres agnosce personas. ad Corinthios secunda: gratia domini nostri Iesu Christi et caritas dei et communicatio spiritus sancti cum omnibus nobis, gratia Christi, caritas dei, communicatio spiritus sancti tres personas euidenter expressit. item ad Corinthios secunda: qui autem confirmat nos uobiscum in Christo et qui unxit nos deus et qui signauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. uide in operibus unitatem indiuiduae trinitatis. confirmat et signat nos pater per Christum et daturus se ipsum dat iam in praesenti per se pignus spiritum sanctum. in terrenis negotiis arrhae quantitas contractus illius, pro quo intercesserit, quaedam portio est, pignoris uero ratio meritum rei. pro qua deponi uidetur, excedit. hic uero maiestati pignus suum, quia nescit praeferri, necesse est exaequari. nequeunt enim perfecta transcendi, pro se ergo pater spiritus sancti pignus indulget.

3] 1 Cor. 6, 11. 11] 2 Cor. 13, 13. 15] 2 Cor. 1, 21.

3 corintheos *V*, corithios *P* prima] epistola *add. v* 4 sed sanctificati estis *om. v* 5 et] in *add. v* 7 corithiorum *P* 8 aliam penitus *P* 9 munificentia solius est *P* 11 corintheos *V* 12 karitas *P* 13 sancti spiritus *v* sancti] sit semper *add. v* 14 karitas *P* sancti spiritus *v* 15 corintheos *V* secundo *v* 17 consignauit *v* dedit] nobis *add. P* 18 uide] unde *P* 19 pater] proprie *v* 20 per se *om. v* 21 arrae *PV* quantas *P* 22 est *erasum in P* 23 poni *v*

Nihil itaque in spiritu sancto semiplenum putetur, quia plenitudini comparatur. nam qui ad uicem dei pignoris loco tribuitur, fas non est, ut aliud quam deus esse credatur. item ad Titum: saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum. ecce etiam hic sub trinitate manifesta pater per filium abundantiam sancti spiritus effundit et, quod uel maxime aduertendum est, ipsi sancto spiritui potentiam regenerationis et renouationis adscribit. Petrus quoque in epistula sua inseparabilem personis explicat trinitatem dicens: secundum praescientiam dei patris, in sanctificationem spiritus, in oboedientiam et aspersionem sanguinis Iesu Christi gratia uobis et pax multiplicetur. in praescientia pater, in sanctificatione spiritus sanctus, in aspersione sanguinis Christus ostenditur.

XIII.

LOCALEM NON ESSE SPIRITUM SANCTUM.

Deum spiritum sanctum ex suis uirtutibus et operibus demonstremus. omnis creatura sicut temporum initiis subiacet, ita et localem se certis spatiis et finibus circumscripta cognoscit. spiritus sanctus nullis terminis tamquam factura concluditur, deus necesse est pro ipsa libertate diffusae maiestatis habeatur. domini saluatoris ad apostolos uox est: dabit uobis, inquit, pater spiritum ueritatis, qui uobiscum sit in aeternum. si localis est et perpetuo in illis manebat, utique alibi esse non poterat. uideamus, si eius natura loca-

4] Tit. 3, 5. 11] 1 Petr. 1, 2.

1 nil *P* semper[illegible]plenum *P (*sup *man. tert.)*, semper uel semiplenum super plenum plenum *v* 2 conparatur *P* 4 lauachrum *P* 5 nobis *P* 6 habundae *V*, habunde *P* 7 manifeste *r* spiritus sancti *P* effudit *P* 8 uel *om. r* spiritu *V* 9 asscribit *P* 10 insuperabilem *r* 11 in] et *P* sanctificatione *V* 14 pater] et *add. v* sanctus *om. r* 19 iniciis *P* 20 et *om. r* localem se] localis esse *P* spaciis *P* cognoscitur *P* 21 inquit *P (suprascr. man. alt.)*, pater inquit *r*

libus sit determinata limitibus. ait apostolis dominus: accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos et eritis mihi testes in Hierusalem et in omnem Iudaeam et Samariam et usque ad ultimum terrae. post cuius ascensionem uenit super eos spiritus sanctus et apparuerunt illis dispertitae linguae quasi ignis, seditque supra singulos eorum.

Uideamus, quare primitus diuersarum donantur benedictiones linguarum, nimirum ut idonei efficiantur fidelium eruditione populorum. quod uero supra singulos sedisse memoratur, id causae est, ut intellegatur per plurales non fuisse diuisus, sed mansisse in singulis totus, sicut fieri ignibus mos est. hanc enim, ut nouimus, habet naturam ignis accensus, ut, quanti ad eum, quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis usum suae lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat et ipse nihilominus in sui integritate permaneat. ita sancti spiritus uirtus, quantumlibet effluat, quantumlibet in plurimos gratia diuinae largitatis exuberet, sicut nullam probatur recipere mensuram, ita nullam sentit expensam. aduerte deum ex operum dignitate. apostoli pleni spiritu sancto per omnem mundum salutis thesauros erogaturi caeleste hoc munus in se circumferunt, in alios inpositis manibus transferunt. accipientis lucrum sine damno agitur largientis, credentibus totus traditur et totus a tradentibus possidetur, infusione eius uniuersus orbis impletur, sine attenuatione dilatatur, sine diuisione dispergitur.

1] Act. 1, 8. 5] Act. 2, 3.

1 determinanda *v* 2 spiritus sancti superuenientis *P* 3 omni iudaea et samaria *P* 5 spiritus sanctus super eos *v* 6 dispertite *PV* quasi] tanquam *P* 7 super *P* 8 linguarum benedictiones *v* 9 efficerentur *P* 10 qui *v* supra] in *v* 11 intelligatur *V* plures *P* sed *om. P* 12 manssisse *P* totus] sed *add. P* 14 crimen *V (corr. man. alt.)* 15 impertiat *P* suae *V* 16 ipse *om. v* nihilhominus *V* 17 quantum libeat *V* 18 nullum *V* 19 sensit *v* 21 thesauros salutis *P* erogatur *V (n man. alt.)* 22 circunferunt *P* manibus inpositis *v* inposito *P* accipientibus *v* 23 lucrum *om. v* agitur] datur *v* 25 attentione *v*

In illa specialiter sacratissima regenerationis nocte ab oriente in occidentem, a solis ortu usque in occasum, ab aquilone et mari ubique idem spiritus unus et plenus operatur, per omnia praesens esse inuocatione creditur, benedictione sentitur, innumerae multitudines uno baptismo diluuntur et, ut dixit apostolus, uno spiritu potantur, in unum adoptantis gremium renascuntur. et ideo dicit deus: in diebus illis effundam de spiritu meo super omnem carnem [aduerte, quod dixit: effundam de spiritu meo] et non dixit: effundam spiritum meum, id est: tantum de eo, quantum possit mundus accipere, dispensabo. uides, quod a patre egreditur nec tamen a patre separatur, emittitur et non amittitur, effunditur et retinetur, et in eo, quod effundi legitur, magnitudo plenitudinis declaratur. liber Geneseos sacri uoluminis testatur exordio: spiritus autem domini super aquas ferebatur. ferebatur, inquit, super aquas. sermo ipse abundantiam uniuersa complentis et eminentiam uidetur adsignare dominantis. propheta quoque hanc eius magnificentiam nullis locorum spatiis circumscriptam pari adtestatione concelebrat dicens: quo ibo a spiritu tuo? hoc est, ubi me a conspectu eius abscondam, quem praesto esse per omnia, id est intra extraque non ambigo, cuius oculum abyssos penetrantem intra secretum mei pectoris reformido, cuius praesentiae uniuersa, quae condidit, subiacere cognosco, de quo, quia ignis consumens est, dictum euidenter intellego: nec est, qui se abscondat a calore eius, cuius ineffabilis magnitudo profunda inferorum, diffusa fluctuum, extenta terrarum, excelsa caelorum intrat, implet, excedit.

2] Psalm. 112, 3; 106, 3; Esai. 49, 12. 6] 1 Cor. 12, 13. 7] Act. 2, 17. 15] Gen. 1, 2. 19] Psalm. 138, 7. 25] Psalm. 18, 7.

2 ad occasum *P (in man. alt.)* 4 est *v* 5 innumere *V* multitudinis P^1 7 dixit *v* 8 *uerba* aduerte—meo *desunt in V, quare uncis inclusi* 10 potest P^1, *corr. man. tert.* 11 dispensando *v* 12 admittitur *V* effunditur *V* 15 ferebatur super aquas *P* 16 habundantiam *V* 17 conplentis *P* assignare *P* 18 propheta] propriam *v* spaciis *P* 19 patri *P* attestatione *P* ibi P^1, *corr.* P^3 20 abscondam *post* me *habet P* 22 secreta *P* 23 quod *V (e man. alt.)* condidi *P (t man. alt.)* 24 consumens *P* 25 intellege *P*

Mitti a patre et filio dicitur et de ipsorum substantia procedere et unum eum eis opus agere dinoscitur et propterea filius de eo dicit: paracletus, qui a patre procedit. non dixit a patre creatus est, sed a patre procedit, id est de paternae potentiae societate et de proprietate naturae. sed ex ipso sermone, cum dicitur a patre procedere, ostenditur cum patre initium non habere. quid est autem, quod ex deo patre filius nasci dicitur et spiritus sanctus procedere significatur? si requiras, quid inter nascentem distet et procedentem, euidenter hoc interest, quia iste ex uno nascitur, ille ex utroque progreditur. quod ergo spiritus sanctus a patre procedit, tria in eo priuilegia deitatis ostendit, id est, ut in persona sua subsistere et sine ullo spatio temporis permanere et omnino ex substantia patris probetur existere. dum ergo procedere commemoratur, ipsa proprietate sermonis nullis temporum legibus circumscribi, sed initio et fine carere cognoscitur. et quia legimus: ego sum qui sum, et: qui est misit me, hoc similiter indicat et procedit. esse enim et procedere unius sempiternitatis expressio est. ergo ipsa processio nec prima nec extrema contingens nulli uel principio intellegitur subiacere uel termino.

Non ergo ideo localem esse credamus, quia mitti eum a patre ex lectione percipimus, nam et de patre et filio legimus, quod uelut quodam motu descendant ac ueniant. uideamus ubi. ego, inquit, et pater meus ueniemus et mansionem apud eum faciemus. et iterum, cum gigantes in caelum turrem molirentur erigere, patris persona proloquitur: uenite descendamus et confundamus linguas eorum. hic ergo

3] Ioann. 15, 26. 17] Exod. 3, 14. 25] Ioann. 14, 23. 27] Gen. 11, 7.

1 et a filio *P* 2 dinoscatur *V* 3 paraclytus *P* 4 dixit] qui *add. v* 5 societate potentiae *P* 6 dicatur *v* 7 inicium *P* non *erasum in PV* 8 nasci filius *P* 9 et procedentem distet *P* 11 quia *v* 13 temporis spatio *v* 16 circunscribi *P* inicio *P* legimur *V* (s *man. alt.*) 19 est *om. v* 20 intelligitur *P*, intelligetur *V* 22 credimus *P* 23 percepimus *P* ac *pro altero* et *P* 25 meus *om. v* manssionem *P* 27 molirentur turri| *P* loquitur *P* 28 descendamus *om. P*

per uerborum nostrorum sonos sensibus nostris rerum efficientiae demonstrantur. ceterum localem motum uirtus diuina non patitur, quae nec ex cursu agente aduenit nec recursu labente discedit. qui enim excedit omnia, quo recedit? de sancto spiritu sacra didicimus lectione: ecclesia autem pacem habebat per totam Iudaeam ambulans in timore dei et consolatione sancti spiritus replebatur. et quomodo inter haec eum localem quisquam praesumit adserere creaturam, qui infinitae multitudinis implere probatur ecclesiam, ut et ad ipsum pertinere manifestum sit, quod apostolus dicit: pater misericordiarum et deus totius consolationis? habemus in psalmo: fluminis impetus laetificat ciuitatem dei. quis est iste fluminis impetus? ille nimirum, de quo dicit dominus per Iohannem: qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. haec dicit dominus Iesus de spiritu, quem erant accepturi credentes in eum.

Uide magnificentiam maiestatis. sic in terris tribuitur ecclesiae dei, ut tamen in caelis laetificet ciuitatem dei. ciuitatem dei, id est regnorum caelestium ciues, supernae militiae populos, principatus, potestates ac dominationes ineffabilibus gaudiis pro conscientia aeternae beatitudinis inrigat et ubertate laetitiae exundantius inebriat, concentum caeli in exultatione torrente suae sanctificationis exsuscitat. si haec tanta per aliquam creaturam donari opinaris, diuinae potentiae proprium nihil relinquis. si haec, inquam, per aliquam donari aestimas creaturam, in angelorum et archangelorum tendis iniuriam, quibus tanta et talia tribui per conserui aestimas largitionem.

5] Act. 9, 31. 11] 2 Cor. 1, 3. 12] Psalm. 45, 5. 14] Ioann. 7, 38.

1 efficiendae *P*, efficientia *v* 2 demonstratur *P* 4 enim] eum *r* 5 spiritu sancto *P* sacra *om. P* 7 dī *V*, domini *P* spiritus sancti *r* 8 eum] enim *P* asserere *P* 9 creatura *P* 13 impetus] nisi *add. P* 15 hoc dixit *r* 16 accepturi erant *P* 18 *alterum* ciuitatem dei *om. r* 21 beatidinis *P* (tu *man. alt.*) irrigat *P* 22 exultationē *V* 24 opineris *r* 25 donari aestimas] existimas *r* estimas *P utroque loco* 27 largitionem] EXPLICIT DE SP̄U SC̄O LIBER PRIMUS *add. V*, EXPL· LB· I *bis add. P*

CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. Quia nulla creatura rationabilis cognatae creaturae possit infundi.

II. Utrum iuxta imperitorum opinionem spiritus sanctus sicut filius incarnatus sit, quia et ipse in Mariam superuenit, an tantum filius de uirgine natus sit.

III Obiectio Macedonii, qua impie spiritum sanctum excellentiorem adserit creaturam.

IIII. Macedonius dualitatem adserens negat spiritum sanctum propriam habere personam.

V. Obiectio, quod sermo ille, quem legimus: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, aquam pariter et spiritum sanctum creaturam esse testatur.

VI. Ubi quaeritur, utrum spiritus sancti appellatio cognomen putetur an nomen.

VII. Quod spiritus sanctus prophetas specialiter implere et deus credi pariter et uocari euidentibus testimoniis adprobetur.

VIII. Ubi templum dei templum esse sancti spiritus demonstratur.

VIIII. Ubi contra Nouatianos deus gentibus paenitentiam ad uitam dedit, qui utique deus spiritus sanctus esse per ipsum ordinem lectionis ostenditur.

X. Ubi ad Corinthios prima spiritus sanctus deus esse uirtutum distributionibus declaratur.

XI. Aduertendum, quod sicut unum deum ita unum dicit spiritum sanctum, quod de plebeia creatura uel, quod diuidat singulis prout uult, dici nullo modo possit.

XII. Ubi eos, qui spiritus sancti templum effecti sunt, ita dicit proficere debere, ut deum portare in corpore mereantur.

1 INCIPIVNT CAPITVLA DE LIBRO SECVNDO (LIBRI II *P*) *PV* 5 filius incarnatus] natus *V* 7 machedonii *V*, manadonii *P* impiae *V* 8 asserit *P* 9 machedonius *V* asserens *P* spiritum s. negat *P* 12 sanctum] eo quod simul commemorentur *add. P* 14 cognitionem *V* 15 aut *V* 22 corintheos *V* 28 mereantur] EXPLICIUNT CAPITULA INCIPIT DE SPU SCO LIBER SECUNDUS *add. V*, INCIPIT LIBER SECVNDVS *add. P*

LIBER SECUNDUS.

I.

QUIA NULLA CREATURA RATIONABILIS COGNATAE CREATURAE POSSIT INFUNDI.

Legimus de profiua effusione spiritus sancti: Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane. quis igitur, nisi qui eiusdem esset plenitudinis, implentem omnia posset implere? de apostolis refert sermo diuinus: et repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur uerbum dei cum fiducia, et paulo post: quoniam in nationes gratia spiritus sancti effusa est. ⟨nationes⟩ integras implere perhibetur et inexhaustus atque in se plenus permanere dinoscitur. si creatus est spiritus sanctus, de quo umquam angelo uel archangelo lectum est, quod se cuiquam animae intrinsecus susceptus infuderit? dic mihi, si umquam ex creaturis ullam legeris potestatem atque uirtutem, quae multos simul impleat atque possideat et, quod maius est, indeminuta atque indiuisa permaneat. inpossibile est, ut spiritalis ac rationabilis creatura cognatae sibi naturae umquam ualeat infundi. ita res materialis materialem nescit penetrare substantiam. solus deus, in quo intellegitur et spiritus sanctus, simplex, subtilis et purus in facturam uel angelicam uel humanam uirtute incorporeae diuinitatis inlabitur, quae sola sui operis penetratrix occulta humani cordis ingreditur. quaelibet autem creatura caelestis in tantum infundere uel implere hominem

5] Luc. 4, 1. 8] Act. 2, 4. 10] Act. 10, 45.

6 regressus *P* a *P* 7 igitur] ergo *v* esse *V* 8 possit *P* 10 quō *V*, quoniam et *v* 11 gratia—nationes *om. P* effusa *V* (u *man. alt.*) nationes—inexhaustus *om. V* nationes *addidi, om. libri* 12 pbetur *P* (hi *man. alt.*), prohibetur *v* 13 sanctus *om. P* unquam *P* 15 unquam *P* 16 ullam] umquam *V* multa *v* 17 magis *v* indiminuta *P* 18 diuisa *v* 19 rationalis *V* creatura natura *V* 20 itaque *P* 22 et *om. P* 23 illabitur *P* 24 humanam *V* (i *man. alt.*)

non potest, ut abdita cogitationis humanae scire possit. et ideo de solo deo legimus: qui solus nosti corda hominum, et iterum: ipse enim nouit occulta cordis. si hominis occulta cognoscere diuinitatis est proprium, quanto magis scrutari profunda dei summae in persona spiritus sancti maiestatis insigne est.

Auctori tantum debetur hoc priuilegium, ut conscientiarum possit intrare secretum. anima uero animae aut angelus angelo adiungi potest, infundi non potest, quia huiusmodi creaturarum genera tantum spiritus sancti, id est solius dei capacia sunt, quia figuli sui uasa sunt, ab illo solo impleri possunt, a quo de nihilo facta sunt et sine quo uacua esse sentiuntur. ita substantia animae utpote materia corporalis aliae rationabili creaturae penitus nescit infundi. crassitudini enim exterioris hominis conparata anima incorporea dici potest, ad auctorem uero relata, cui conprehensibilis est materia sua et factura palpabilis, a quo intra corpus includi et conligari atque igni perpetuo mancipari potest, sicut legimus, ut eant in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius, huic indubitanter auctori pro factoris iure corporea est.

Sed forsitan dicas: manifestum est, quod se etiam daemonum inportuna uiolentia in homines, quos temptandos acceperit, frequenter infundat. non ita est. nam corporis latebras intrare possunt, animae uero interiora adire non possunt. sciendum ergo est, quod spiritalium nequitiarum dolosa subtilitas illa membrorum loca suo turbat incursu, quae interdum uino nimio

2] 3 Reg. 8, 39; 2 Par. 6, 30. 3] 1 Cor. 14, 25. 18] Matth. 25, 41.

2 *ante* hominum *exstabat* filiorum *in P, sed erasum est* 3 occulta *P* cordis—cognoscere] cognoscere et hoc si *r* si] enim *add. P* 4 occulta *P* 5 summę *V*, summi *P* 7 conscientiam *P* 8 secretam *P* animae V^1 9 coniungi *P* 11 figuli] singuli *P* uana *P* possit *V* 12 sentiunt *P* 13 itaque *P* t materia corporalis natura *P (suprascr. man. alt.)* alie *P*, alii *r* i crassitudinęm *V (i man. alt.)* 15 comparata *P* 16 comprehensibilis *P* 17 factura] sua *add. P* colligari *P* 19 est *om. P* diabulo *V* 20 pro factoris] perfectoris *P* iure] in re *r* 21 dicis *P* 22 acciperit *V*, acceperat *r* 25 spiritualium *P*

uel febrium fatigantur accensu. in animae itaque sensus inimica temptatio per malitiam scit inrepere, in animae uero recessus per naturam nescit influere. et ideo huiusmodi spiritus immundos humanae mentes ac pectora non naturarum infusione capiunt, sed uoluntatum prauitate concipiunt. manifestum itaque est, quod penetrare animarum substantias nequeunt, quarum conscientias scire non possunt. quod si aliquando daemonibus nosse contigerit, de proditione est coniuentiae, non de potestate naturae.

Sola ergo se diuina potentia, quae et in spiritu sancto est rationabilibus creaturis infusa et circumfusa, permiscet, sicut peculiariter in illo dominici hominis corpore ex Maria matre suscepto gratia exuberante requieuit, sicut de se ipse filius dei dicit: spiritus domini super me. si ergo spiritus sanctus factura subiectae esset condicionis, ut dicunt, tam impossibile quam indignum deo erat, ut creatura illa animam uel corpus impleret, in quo iam filius dei, id est deus inerat, in quo iam, sicut ait apostolus, corporaliter plenitudo diuinitatis habitabat. si creatura est spiritus sanctus, quomodo potest corruptio incorruptelam ac maiestatis capacem fragilis condicio possidere? si spiritus sanctus unus est ex plebe facturae, quomodo creatura cum creatore, id est cum filio dei uelut ex aequali, seruus cum domino unum in anima saluatoris praesumit hospitium et, quasi in eo sibi non sufficeret, auctoris famulus accedit ad cumulum sanctitatis? non ita est. sed recognoscit socium sibi templum caeleste collegium, nec mirum, si in illa inlustri et

14] Luc. 4, 18. 18] Col. 2, 9.

1 febricio *P* 2 maliciam *P* irreppere *P* 3 recesus *P (s man. alt.)* spiritos *V* 4 humanas *V* 5 uoluntatum] uoluntate uero *V* 8 perditione *c* coniuientiae *V*, coniuentię *P (ni in rasura)*, conuenientiae *c* 10 que *V* 12 pecuaiter *V (suprascr. man. alt.)*, peculialiter *P* 13 ipsae *P*, ipso *c* dei *om. P* 15 subiaecte *V* conditionis *P* 16 ulla *P* 17 id est] idem *V* 18 sicut] sitis *c* inhabitabat *c* 19 incorruptelam *P* 20 conditio *P* 21 est] creaturae *add. P* 22 nelud *V* ex aequali] exaequari *P* 23 praesumitur *c* hospicium *P* 24 eo] praesentia *add. P*

beati corporis anima filius et spiritus sanctus unum sortiuntur habitaculum, quibus commune esse constat et caelum.

II.

UTRUM IUXTA IMPERITORUM OPINIONEM SPIRITUS SANCTUS SICUT FILIUS INCARNATUS SIT, QUIA ET IPSE IN MARIAM SUPERUENIT, AN TANTUM FILIUS DE UIRGINE PROCREATUS SIT.

Sed dicitur: si spiritus sanctus in corpore et anima redemptoris habitauit, ergo et ipse spiritus incarnationem uidebitur suscepisse. non ita est. nam ante creationis initia a spiritu sancto sacrum Mariae corpus impletur et inter initia creationis filius uirginis spiritu sancto cooperante concipitur, sed a persona specialiter filii nouem mensibus possidendus et cum eodem in lucem progressurus infunditur, cuius utique temporis societatem intra secretum uteri uirginalis spiritus sancti persona non recepit. hominem ergo, quem filius dei inter ipsa suscepit exordia, spiritus sanctus non susceptor sed sanctificator intrauit, intra quem, sicut se Christi consortem gessit, ita Christus auctorem. ille enim nascitur, hic infunditur. de filio uirginis anima uel caro filii dei personaliter et specialiter dici potest, spiritus uero sancti anima uel caro nullo modo. in quo filius dei, id est deus gloriae dicitur crucifixus, pertulisse in eo nullo modo dici potest spiritus sanctus. ergo diuersitas est operum, non diuersitas substantiarum. nam sicut dicere non possumus, quod uel pater descenderit in specie columbae uel in patris uoce filius sit locutus, quando dixit: hic est filius meus, ita spiritum sanctum adserere non possumus uel natum ex uirgine uel in carne redemptoris specialiter conuersatum uel in ipsius passione

25] Matth. 3, 17.

2 constat esse *c* 4 opinionem imperitorum *c* 5 sit incarnatus *P* quod *P* 6 sit *om. P* 7 redemptorum *c* 9 inicia *P* 10 sacrum *om. P* implenit *V* inicia *P* 11 operante *V* concepit *V* ad personam *P* 12 filii specialiter *P* 13 progressus *P* 15 recipit *P* suscipit *c* 17 intra—auctorem *om. c* se *suprascr. P*^{2} 20 sanctus uero *P* uel & *V (*uel *man. alt.)* modo] dici potest *denuo add. P* id est] ideo *c* 21 discenderit *V* 26 asserere *P* potes *P*

crucifixum uel resurrectione in corpus redditum uel ascensione in caelestia sublimatum. operi et personae filii adsignari ista necessario conuenit, adscribi uero spiritui sancto salua licet uoluntatis unitate non conuenit.

Inter haec adserit Macedonius creaturam esse spiritum sanctum. unde uidebitur, incipiat, dummodo nihil uerbis suis agere praesumat nec sacrae legis orbitam aliena a sanctis paginis disputatione transcendat, sed auctoritatem per omnia [de testimoniis], si ualet, proferat, quae contra totius mundi fidem et numero et uirtute praeualeant. magnis sine dubio allegationibus et copiosis ac ualde euidentibus opus est documentis, ut quisque illum ex numero creaturarum unum esse conuincat, quem cum patre et filio eiusdem honoris et gloriae uniuersa terrarum regna concelebrant, quem catholica ecclesia creatorem suum in eodem regenerata cognoscit. et recte, quem reparatorem suum perspicit, credere non cunctatur auctorem.

III.

OBIECTIO MACEDONII, QUA IMPIE SPIRITUM SANCTUM ADSERIT EXCELLENTIOREM CREATURAM.

Creaturam, inquis, dico, sed excellentiorem omnibus creaturis. praelocuti sumus, ut actionem nostram non persuasionibus propriis, sed catholicis disponamus oraculis. de deo igitur tractantibus nobis propheta, apostolus, euangelista respondeat. creaturam dicis excellentiorem omnibus creaturis. ostende, in quibus libris haec de spiritu sancto legeris uerba. non, opinor, in ueteribus, non in nouis docebis. cum ergo proferre non ualeas, dum tua non explicas, nostra confirmas, dum creaturam non conprobas, etiam nobis tacentibus creatorem esse demonstras.

1 crucifixus *V* in] ad *c* 2 assignari *P* 3 necessaria *V* asscribi *P* 4 non *supraser. P*[1] 5 asserit *P* mac edonius *P* 6 uidebitur *scripsi*, uidebit *V*, uidetur *P* modo *P* 7 sacrae l. o. aliena *om. P* 8 *uerba* de testimoniis *desunt in V* 11 ac] et *c* 16 suum *om. c* 18 excellentiorem asserit *P* 20 inquit *P* 21 praelocuti *P (u mut. alt.)* 22 disponamur *P*, deponamus *c* 25 haec *om. P* uerba legeris *P* 26 non] nec *P* doceb̄ *P*, doceb *V* 27 confirmamus *P* 28 approbas *P*

itaque cum haec adsertio tua ad catholicum sensum, cum omnino ad Christianum non pertineat institutum, diaboli agnosce commentum, qui animae domum, ubi sancto spiritu uacuam uiderit, quasi contrarius spiritus cum diro comitatu nequitiae septiformis inuadit. qui enim illum excludit, hunc recipit. in illo fuit ista, quam dicis, excellentior creatura, qui in caelesti claritate praefulgens, muneris conscius, auctoris ignarus habere se uidit, accepisse nesciuit et ideo gloriam, quam beatus non intellexit, elatus amisit ita dicens: ascendam super astra nubium, ponam super thronos solium meum et ero similis altissimo. hic ergo nullum in creaturis superiorem se, ut reor, habuit, nullum medium inter se et deum uidit, cuius aemulatione superbiae stimulo concitatus adsurgeret, et ideo nullum ante se stare in ordine militiae caelestis aspiciens ipsi rerum domino se aequare praesumpsit. quodsi ullum se excellentiorem maioris inpatiens in caelesti gradu deprehendisset, illi se magis conferre uel praeferre temptasset.

Duo sunt in caelestibus, qui regit et qui reguntur, creator et creatura. nullum in medio horum tertium extitit genus, quod secundis maius et summis esset inferius. excellentior creatura de archangelis forsitan dici potest, licet ceteris ordine magis praemineant quam natura. sed sancto spiritui et archangeli seruiunt, ex quibus unus quasi minister aduentum eius beatae Mariae nuntiauit. sed dicis: ecce ubi spiritum sanctum Amos propheta creaturam euidenter adsignat ita dicens: ecce ego firmans tonitruum et creans spiritum. primum est, quod nudum spiritus nomen nequaquam ad personam sanctificatoris

9] Esai. 14, 13. 25] Am. 4, 13.

1 hoc *c* assertio *P* 3 donum *c* spiritu sancto *c* uacua *P* 4 contrariis *P* spiritus cum diro comitatu] hospitibus *P* 5 inuidit *c* 6 quam dicis *om. P* 7 pfulgens *P* numeris *c* ignaris *V* 9 supra *c* 10 thronum *P* et *om. V* 12 uidit] in *add. P* 13 assurgeret *P* 15 excellentiorem se *P* 16 gradu] gaudii *P*, gaudio *c* 18 creator et creatura *om. P* 19 nullo *c* immedio *P* quod] quam *V* 20 magis *V* summus *V* 21 dicere potes *c* 22 spiritui sancto *c* 25 assignat *P* 27 nudum] interdum *P* sanctificantis *P*

spiritus referri potest, nisi adieceris aut spiritum dei aut spiritum sanctum aut spiritus ubi uult spirat, id est, nisi adieceris aut operis aut proprii nominis dignitatem. deinde si ad ordinem respicias lectionis, istam excellentiorem, ut adseris, creaturam nimis deiectam esse monstrauit, nam eam post tonitruum creatam esse descripsit. unde inconsequens fuit, ut iuxta sensum tuum principale hoc opus dei inrationabili et insensibili postponeret aut sociaret elemento. de persona non dicam angeli, sed cuiuslibet iusti indignum esse hoc credi.

Magis ergo hoc proximum et amicum uidetur esse rationi, ut post tonitrua flabra intellegamus significata uentorum, ut est illud in psalmis: spiritus procellarum, qui faciunt uerbum eius, uel illud: sulphur spiritus procellarum, uel: spiritu uehementi conterens naues Tharsis. diuersis modis spiritus intellegitur, quando non cum priuilegiis suis specialiter designatur. sed omissis his interroga translationis Hebraeicae ueritatem et ibi confusibilem persuasionis tuae deprehendes errorem. ita enim illic absolute dictum esse reperies: quia ecce ego formans montes et creans uentum. uide, quam nudis contra deum uerbis et quam inanibus credidisti. uide, quam magno te argumento contra potentiam maiestatis armasti. et post ista non metuis circa tam infirmum haerere ramusculum, qui in tam horrendum pendes abruptum?

2] Ioann. 3, 8. 12] Psalm. 148, 8. 13] Psalm. 10. 7. 14] Psalm. 47, 8. 19] Am. 4, 13.

3 proprii *suprascr. P*^{2} 4 asseris *P* 5 despectam *P* 6 tonitrui *P* creaturam *P* 7 ut *V* et insensibili *om. c* 8 personam *P* 9 esse *om. v* 10 uidetur *scripsi*, uidet *V, om. P* esse] arbitremus *add. P*, arbitremur *c* 11 ut] si *P* totrua *P (*ni *man. alt.)* intellegam *V* 12 est *om. P* 14 conteres *P* 15 intellegetur *V (*i *man. alt.),* intelligitur *P* 16 interroga *V (in rasura erat* ta*)* 17 hebreice *V,* ebraice *P* uirtutem *P* suae *V (*t *man. alt.)* 18 absolute *om. P* repperies *PV* 22 illa *P* 23 herere *V* quintam *V (*i *man. alt.)* pendis *V*

IIII.

MACEDONIUS DUALITATEM ADSERENS NEGAT SANCTUM SPIRITUM PROPRIAM PERSONAM HABERE.

Deinde dualitatem intromittis et dicis spiritum sanctum propriam non habere personam nec amisisse te sentis regenerationis gratiam, qui in regeneratoris tendis offensam, quem sibi in communione maiestatis et uirtutis unitum diuina ueritas protestatur ita dicens: ite, baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. in nomine, inquit, patris et filii et spiritus sancti. nominis singularitas unitatem loquitur, appellationum uero diuersitas trinitatem. in nomine ergo unus, sed in personarum distinctione non unus. quid est in tribus unius nominis praerogatiua, nisi deitatis indiscreta concordia? fac gradum, si potes, ubi praeter unum deo hoc ipsum attestante nihil inuenis. tres audis, ne unitatem Sabelliana permisceat et confundat impietas, unum audis, ne trinitatem diuidat Arriana peruersitas, spiritum sanctum audis, ut Macedonium confodiat distincti nominis expressa proprietas. itaque non creaturae, sed creatoris incommunicabile opus agitur, ubi peccatorum abolitio et immunitas erogatur. in hoc tamen indissociabili maiestatis amplexu, in proprietate personae alter est pater, alter est filius, alter spiritus sanctus, sed in diuinitate non aliud, qui utique, si deus non esset, iuxta patrem et filium propriam personam habere non posset. denique quando uerbum transit in carnem et hominis habitum deus induit et fit in circuitu eius tabernaculum eius et splendorem suum tenebris nostrae fragilitatis inuoluit

8] Matth. 28, 19. 26] Psalm. 17, 12.

2 asserens *P* spiritum s. negat *P* 3 habere personam *P* 5 amisisse *V* regerationis *P* 6 regenerationis *c* offenssam *P* 7 commune *c* 8 ite] imquit *(sic!) add. P* batizate *P (p man. alt.)* 10 nominis] nẽis *V* singulatas *P (ri man. alt.)* 11 uero *om. c* 12 distinctionem *V* 14 grandum *P* 18 machedonium *P* expressa *V* 19 incommutabile *c* 20 agit *V* et *suprascr. V*[1] 21 indissecabili *c* 22 propriȩtate *V* *ante* spiritus *addit* est *P* 23 unitate *c* 24 personam propriam *P* 26 fit] si *c*

et ponit tenebras latibulum suum, dei quidem et hominis duplex substantia, sed tamen una persona est. quam ob rem? quia, dum formam serui accipiens famulo deus iungitur, minoris humilitas intra reuerentiam maioris absconditur et superioris lumine exinanita consumitur ac sic proprietatem personae humanitas diuinitate obumbrante uel eminente non obtinet. ibi ergo esse potest personarum parilitas, ubi meritorum ac dignitatum consistit aequalitas, et ideo spiritum sanctum cum patre et filio unum maiestatis noueris possidere priuilegium, quem personae uides obtinere ius proprium. quod si aliquis opponat et dicat: si in Christo deo pariter et homine duas substantias dicimus, quare non duas credamus simili ratione personas, non ita est. nam qui duas personas in Christo facit, impietatem quaternitatis inducit, quam penitus rerum natura non recipit. de duabus rationabilibus diuersisque substantiis, praesertim de dei et hominis, de creatoris et creaturae una fieri non potest, de duabus uero personis una fieri potest, sicut legimus caput et corpus, Christum et ecclesiam unam tenere personam: erunt enim, inquit, duo in carne una. et sicut apud nos homines filius patris familias iuxta patrem uel seruus iuxta dominum personae propriae locum non habet, ita in deo et homine gemina quidem substantia. sed non gemina persona est, quia persona personam consumere potest, substantia uero substantiam non potest, si quidem persona res iuris est, substantia res naturae.

Hoc loco necessarium uidetur, ut in Christo deo pariter et homine unam personam et duas substantias testimoniis adseramus. da unam in redemptore dei et hominis personam,

1] Psalm. 17, 12. 19] Gen. 2, 24.

2 est *post* substantia *habet P* 5 exinaniti *P* 7 potest esse *r* 10 optinere *V* 12 simili ratione credamus *r* 14 introducit *P* poenitus *V* 15 recepit *V* 17 non potest—una fieri *om. V* 20 hominis *V* familias patris *P* 21 seruis *P* 23 apersona *V* 24 substantiam] consumere *add. v* 25 narae *P* (tu *man. alt.*) 26 ut *suprascr. P*^{2} domino *P* 27 hominis *c* asseramus *P* 28 in *om. P* redemptoris *P* et *om. P* hominis personam. quam personam *scripsi.* hominis quã personam *V.* hominisque personam *P*

quam personam apostolus dicit: si enim cognouissent sapientiam dei, numquam dominum gloriae crucifixissent. si requiras, quomodo potuerit inuiolabilis pati et incomprehensibilis crucifigi, personae unitas facit, ut, quod homo pertulit, deus pertulisse credatur. item cum euangelista commemorat: nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo, quomodo hic filium hominis ante passionem uel resurrectionem siue ascensionis diem et de caelo asserit descendisse et in caelestibus permanere, nisi hoc per unitatem personae ratione ueritatis absoluatur? sicut et alio loco capitis et corporis sociatur persona, cum legitur: esuriui et dedistis mihi manducare, sitiui et dedistis mihi bibere. quid hic agit personae unitas? homo pascitur et deus reficitur, pes confouetur et caput se fomentum sentire testatur. dicit ergo: numquam dominum gloriae crucifixissent, et e diuerso: nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. uide, quomodo pro unitate personae humana diuinis et humanis diuina miscentur. deus crucifigitur et homo de caelo descendere et in caelo permanere memoratur.

Quae cum ita sint, perspiciamus de sacris uoluminibus geminae substantiae distinctionem. ait itaque beatus Moyses: caput cum pedibus comedetis et intestina eius deorabitis. in pedibus humanitatem et maiestatem credamus in capite. ita fit, ut, dum haec intra litteram latentia fide per-

1] 1 Cor. 2, 8. 6] Ioann. 3, 13. 12] Matth. 25, 35. 24] Exod. 12, 9.

3 requiris *v* inuiolabilis potuerit *P* 4 pesona eunitas *V* 5 pertulis[se] *V* 6 in caelum *om. v* 7 descendit de caelo *P* homonis *P* 8 passionis uel resurrectionis *P* 9 ascenssionis *P* diem] dicit *add. v* adferit[s] *V (s man. alt.)* 10 ratio *P* 11 absoluatur V^2, absoluat V^1P et *ante* alio *om. P* 12 sociat V^1 esuriui] enim *add. P* 13 hic agit] ait *P* 14 pascit *V* reficit V^1 15 confouet V^1, componitur *v* fomentum se *P* testat V^1 17 descendit de caelo *v* 18 per unitatem *P* 19 misceatur *P*, misceantur *v* 21 memorat V^1 23 enim[itaque] *P (suprascr. man. alt.)* 24 capud *V* 25 in capite cr. m. *v*

scrutante cognoscimus, agni intestina, id est mysteriorum occulta sumamus. scrutandi enim studium auiditas intellegitur deuorandi, sicut et alio loco duplicis substantiae absolutionem idem sacramentorum reuelator insinuat dicens: uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. hoc est: dolosae haereses et tenebrosae uel aereae potestates sedem sibi in pectoribus humanis profunda dominatione posuerunt, nec uero infidelium corda, quem hominem in carne conspiciunt, deum intra hominem latere non credunt. foueas enim et nidos non transitoria et momentanea designant habitacula, sed diuturna et secura possessione fundata, quae serpentina uitiorum multiplicent nutrimenta. apostolus etiam duas substantias euidenter remota sacramenti obscuritate digessit ita dicens: patres nostri, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula.

Sed dicis: apostolus duas tantum personas in operum suorum uolumine confitetur, sicut ad Corinthios loquitur: Paulus uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, et ad Galatas: Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis, et iterum: unus deus pater, ex quo omnia et nos in ipso et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum. secundum haec dicis nullam de spiritu sancto fieri mentionem. ut breuiter dicamus, oblitus es, quod apostolus spiritu sancto plenus haec populis ipso inspirante de patre filioque praedicabat. loquenti itaque de patris ac filii operatione et ille non deerat,

4] Matth. 8, 20. 11] Rom. 9, 5. 18] 1 Cor. 1, 1. 20] Gal. 1, 1. 22] Eph. 4, 6.

1 iguis *v* misteriorum *PV* occulta *P* 2 intellegit V^1 6 hereses *PV* 8 damnatione *v* infidelium *scripsi*, in fidelium *libri* 9 quam V^e *(e man. alt.)*, qui *P* 11 designant V^1, designantur V^2, designat *P* 12 possessionem *V* uiciorum *P* 13 etiam] enim *v* 14 deiessit *P*, adiecit *v* 15 quibus] nubibus *v* 17 dicit *V* 18 confitet *V* corintheos *V* 19 et ad Galatas *om. V* 20 galathas *P* 27 populis] apostolis *P* 28 igitur *v* patre *P*

qui loquenda dictabat, secundum illud: et nemo dicit dominum Iesum nisi in spiritu sancto. qui ergo crediturus uel confessurus uel praedicaturus est Christum, uides, quod ante in se habiturus est spiritum sanctum. non ergo hoc oneret fidem tuam, quod interdum sine commemoratione spiritus sancti patris mentio habetur ac filii. nam saepe suppresso patris nomine filii et spiritus sancti operatio praedicatur. ait sanctus Ananias ad Paulum: Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in uia, qua ueniebas, ut uideas et replearis spiritu sancto. aperte hic duarum est conexio personarum. ecce Paulus a Christo caecatus arguitur, spiritu sancto inluminatus impletur et nulla hic mentio patris inseritur.

Item cum Paulus quosdam ex discipulis interrogaret: in quo baptizati estis, quos post ascensionem domini in baptismate Iohannis baptizatos esse constabat, post praedicatum baptisma trinitatis, cum etiam illud mysterium, quo Iohannes baptizare consueuerat, id est in eum, qui uenturus est, in eorum baptismo probaretur omissum dicente ad eos apostolo Paulo: Iohannes quidem baptizauit, sed in eum, qui uenturus est, hoc est dicere: uos non ita baptizati estis, hos cum interrogaret Paulus: si spiritum sanctum accepistis credentes, qui utique post baptismum saluatoris per inpositionem manuum rite baptizatis fuerat confitendus, at illi responderunt: neque si spiritus sanctus est, audiuimus. his auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu. et cum inposuisset illis manus Paulus, uenit super eos spiritus

1] 1 Cor. 12, 3. 8] Act. 9, 17. 19] Act. 19, 4. 22] Act. 19, 2. 24] Act. 19, 2.

1 et *om. P* dominus Iesus *P* 4 habi[illegible]turus *P (erat* ta *in rasura)* 5 hoc onoret (e) *V (e man. alt.),* honores *P* 6 habet *V*[1], habebitur *P* 8 ad ḍṇṃ Paulum *V* 9 aparuit *P* 12 a sancto spiritu *P* inluminatur (s) *V (s man. alt.)* 13 patris mentio *v* 17 trinitas *v* misterium *PV* 18 consuerat (ue) *P (ue man. alt.)* 19 probat *V* ad eos *om. P* Paulo apostolo *P* 21 uos *om. P* 23 impositionem *P* 24 re (rite) *suprascr. P*[3] baptizati *v* fuerant *v* confidendus *P,* confitentur *v* 25 sanctus *om. v* 27 imposuisset *P*

sanctus et loquebantur linguis et prophetabant. aduerte, quia, cum baptizantur in nomine Iesu, postea accipiunt spiritum sanctum et propheticam ex paracleti inuocatione uirtutem. uere deus est, qui post dei donum plenitudini inponit augmentum.

Ecce duabus personis in baptismo significatis pater inuocatus esse non legitur, sed tamen, ut credi oportet, cum filio et spiritu sancto unitate potestatis et deitatis operatur, quem adfuisse sacra lectio tacuit, non negauit. cum uenisset ergo spiritus sanctus super eos, tunc loquebantur linguis et prophetabant. uide, quantae potentiae sit spiritus sanctus. in baptismo peccatorum abremissa donantur, in aduentu spiritus sancti uirtutum munera conferuntur et a confirmatis signorum miracula celebrantur. solent autem ueritatis alieni etiam de syllabis calumniari. nam cum de trinitate dictum absolute nouerimus: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, plus esse ex ipso quam per ipsum et item praepositionem hanc, id est per maioris praerogatiuae esse asserunt quam in ipsum. sed si in ipso de spiritu sancto cum diminutione potestatis dictum arbitrantur, audiant praepositionis huius magnificentiam et accipiant, quia etiam secundum ipsorum assertionem de spiritu sancto intellegendum est. in ipso, inquit, uiuimus et mouemur et sumus. et merito in ipso uiuimus et mouemur et sumus, in quo reparati ac regenerati sumus. sed et per ipsum etiam ad spiritum sanctum referendum esse cognoscimus, sicut habes: alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae, item ad Hebraeos: qui per spiritum sanctum semet

15] Rom. 11, 36. 21] Act. 17, 28. 25] 1 Cor. 12, 8. 27] Hebr. 9, 14.

2 qui *P* baptizatur *P (n man. alt.)* nomine] domini *add. r* 3 paraclyti *P* uirtute *P* 4 dei *om. V* inponit *P* augmentum *P (u man. alt.)*, argumentum *r* 6 tantum *P* 8 affuisse *P*, abfuisse *r* tacuit *om. P* ergo *om. P* 9 loquaebantur *V* 10 quantae potentiae V^2, quanta potentia V^1P sancti *P* 13 celebrantur] *hoc uerbo desinit V addito man. alt.:* deś pplura autem] enim *r* 14 sillabis *P* 18 ipso *r* 22 et *post* uiuimus *om. r utroque loco* 23 ac] et *r* regenerati *R* 25 agnoscimus *r*

ipsum obtulit inmaculatum deo, et iterum: caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. nam etsi de patre intellegamus, ex ipso et ex spiritu sancto dictum similiter saepius inuenimus, sicut in Iohannis euangelio habemus: quod natum est ex carne, caro est et, quod natum est ex spiritu, spiritus est, et in conclusione capituli: sic est omnis, inquit, qui natus est ex spiritu.

Sic ergo non praeiudicat spiritui sancto, cum suppresso eius nomine patris ac filii opera commemorantur, sicut pater et filius non negantur, quando specialiter spiritus sancti opus aut uirtus asseritur, sicut legimus in actibus apostolorum: uos baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies, sicut et in euangelio de singulari persona sancti spiritus continetur: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. numquid hoc loco pater et filius, quia minime nominantur, tanto ac tam diuino muneri defuisse credentur? non ita est. nam absque dubio cum sancto spiritu, cum quo eis una substantia est, mysteriis beneficiisque iunguntur ac, si non commemoratione, unitate tamen pietatis atque operis praesentantur.

V.

OBIECTIO, QUOD SERMO ILLE, QUEM LEGIMUS: NISI QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA ET SPIRITU SANCTO, AQUAM PARITER ET SPIRITUM SANCTUM CREATURAM ESSE TESTATUR.

Sed dicis: in tantum creatura est spiritus sanctus, ut aquae elemento, quae hic primo loco atque ordine ponitur, uideatur

1] Rom. 5, 5. 5] Ioann. 3, 6. 7] Ioann. 3, 8. 12] Act. 1, 5. 15] Ioann. 3, 5.

1 optulit *PR* karitas *P* 2 spiritum] ipsum *r* 3 est *om. P* nobis *P* si et *r* intelligimus *P* 4 saepius *om. r* 5 habemus] inuenimus *R* est *post* natum *om. P* 7 inquit *om. r* 8 est *om. P* 11 negatur *PR* sanctus *P* aut] ac *P* 13 in *ante* spiritu *add. P* 14 spiritus sancti *r* 16 nonquid *P* 18 munere P^1R 19 cum sancto] dum sancto *P* spiritui *r* 20 beneficiisque *P* ac si] etsi *r* 21 praesentatur *R* (n *man. alt.*) 23 *haec et reliquae capitulorum praescriptiones desunt in R*

adiunctus secundum euangelicam, quae superius est commemorata, sententiam: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. manifestum est eum, qui haec loquitur, non solum diuinam in spiritu sancto potestatem, sed ipsam baptismi nescire rationem. apostolus autem dicit: si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam uiuemus cum Christo. quomodo autem possumus cum Christo uel mori uel resurgere, si requiras, aduerte. omnes, quicumque sacro fonte submergimur, mortem et sepulturam redemptoris imitamur, sicut idem apostolus dicit: an ignoratis, quia, quicumque in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum Christo per baptismum in mortem. sicut enim ille triduana morte sepulcro conditus fuit, ita et nos intra aquae, id est intra cognatae creaturae sinus trina submersione depositi, dum descendimus, sepelimur, dum emergimus, suscitamur. per aquam itaque celebratur imitatio sepulturae, per spiritum sanctum confertur ueritas uitae et spes salutis aeternae. denique remoueatur sancti spiritus inuocatio et uideamus, si quicquam aquae illius sola prodesse possit infusio. creatura itaque est, quae sepeliendi imitatur officium, deus est, qui beneficium tribuit renascendi. quem ergo perspicis reparationis parentem, ipsum esse cognosce et resurrectionis auctorem. de quo uaticinatur et ad patrem propheta sic loquitur: emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terrae. quid distet inter aquae et spiritus sancti operationem? per aquam deduci uidemur in tumulum, per spiritum sanctum praeparari probamur ad regnum.

6] Rom. 6, 8. 11] Rom. 6, 3. 25] Psalm. 103, 30.

1 commemorata est *r* 4 eum] enim *r* 8 possimus *r* uel *ante* mori *om. r* 9 summergimur *PR* 10 immitamur *P* 11 ait *r* ignoras *r* quia *in marg. add. R, om. P* 13 Christo] illo *r* 14 ille enim *R* sepulchro *R*, sepulcrho *P* 15 inter *r altero loco* 16 sumus *P* summersione *P* 17 emergimus *r* 20 spiritus sancti *r* 22 omitatur *P*, praestat *r* 24 agnosce *r* autorem *P (c man. alt.)* 25 tuum *om. r* 26 distat *r* 29 probamur] uidemur *P*

VI.

UBI QUAERITUR, UTRUM SPIRITUS SANCTI APPELLATIO COGNOMEN PUTETUR AN NOMEN.

Sed inter haec requirendum credis, utrum appellatio spiritus sancti, quem et deum necesse est nuncupari, nomen an fortasse cognomen sit. sed recognosce, quia id, quod apud homines nomini solemus adiungere, dei non condecet maiestati, in cuius nomine quicquid est nequaquam adiecticium, sed sine dubio naturaliter sempiternum est. etiam doctrina grammatica alia nomina communia, id est appellatiua uocat, alia specialia, id est propria nuncupat. uideamus, si in nostris hoc loco aliquid simile inuenire possimus. da in deo nomen speciale uel proprium, id est pater et filius et spiritus sanctus. in tantum haec propria sunt, ut nec de filio pater dici possit nec de patre facile legatur spiritus sanctus. item da proprium: ingenitus, genitus, ex utroque procedens. rursum da nomen generale atque commune: maiestas, immensitas, plenitudo, unus, solus deus. sed cum audis unus, non hic numerus inchoatur, sed perfectio infinita colligitur. quid est unus, nisi nomen incommunicabile, quod nec posteriorem recipit nec priorem? quid est unus, nisi simplex, inconposita et indiuisa substantia? quid unus, nisi incommutabilis et aequalis ac semper idem, qui numquam a se possit esse diuersus? ac sic communis appellatio unitatem loquitur, propria trinitatem. cum ergo dixeris pater, filius, spiritus sanctus, singulorum personas specialiter explicasti, cum dixeris unus deus, communem trinitatis substantiam, communem gloriam demonstrasti. hic ergo sibi imperitia noctem erroris obtexit, dum suppresso uocabulo maiestatis spiritum sanctum in eo tantum aestimat nomine,

2 apellatio *P* 3 an nomen] aīm *P* 5 et *om. r* 6 cognosce *P* 7 eius *r* 8 adiectiuum *r* 9 in *ante* doctrina *add. r* doctrinam *P* 10 apellatiua *P* 12 spāciale *P* 15 legitur *P* 16 genitus *om. r* 19 collitur *P* 20 incomunicabile *P* 21 indiuisita *P* 22 quid] est *add. P* incōmutatabilis *P*, incommunicabilis *r* inaequalis *P* 24 apellatio *P* loquitur propria trinitatem *om. r* 25 et *ante* spiritus *add. r* 26 pariter *pro* specialiter *r* 28 impericia *P* 29 estimat *R*

quod ei, ut diximus, proprium est magis quam quod ei cum patre filioque commune est.

VII.

QUOD SPIRITUS SANCTUS PROPHETAS SPECIALITER IMPLERE ET DEUS PARITER CREDI ET UOCARI EUIDENTIBUS TESTIMONIIS APPROBATUR.

Cum per Moysen ac Dauid et Esaiam uel alios prophetas specialiter spiritus sanctus locutus esse referatur, deum locutum uox diuina profitetur, sicut in Pentateuchi uolumine frequentatur: locutus est, inquit, dominus ad Moysen dicens. sollicitius requiramus, si specialiter spiritus sanctus in prophetis loquatur. habemus, ut praefati sumus, in actibus apostolorum Paulo arguente Iudaeos: bene, inquit, spiritus sanctus per Esaiam locutus est ad patres nostros: auditu audietis et non intellegetis, in eadem lectione: uiri fratres, oportet impleri scripturam, quam praedixit spiritus sanctus per os Dauid. et in epistola Petri legimus: non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto locuti sunt sancti dei homines. agnoscamus propheticam gratiam euidenter ad potentiam sancti spiritus pertinere. et de psalmo Dauid ita ad Hebraeos legimus: quapropter sicut dicit spiritus sanctus: hodie si uocem eius audieritis et cetera. et hic apertissime per Dauid spiritum sanctum locutum esse testatur.

Uideamus autem, utrum deus sit iste, per quem omnis prophetia inspirata memoratur. Lucas dominum deum asserit, qui locutus est per prophetas, ita dicens: benedictus dominus deus Israel, quia uisitauit et fecit redemptionem

12] Act. 28, 25. 14] Act. 1, 16. 16] 2 Petr. 1, 21. 21] Hebr. 3, 7; Psalm. 94, 8. 26] Luc. 1, 68.

5 approbatur *om. P* 6 isaiam *PR* 8 uox *om. P* profitentur *v post* profitetur *addit* eloquia *r* 9 pentateuci *PR*, Pentateuchon *r* loquutus *R* est *om. P* inquid *R* solliciti *P (erat s in rasura)* 12 inquid *R* 13 isaiam *PR* 14 intelligitis *P* et *ante* in *add. r* 17 prophetia *R* 18 loquuti *R* 19 propheticam *R* 20 in *R* hebraeos *P* 22 meam *P (suprascr. man. alt.)* et cetera *om. r* 24 prophetia *R* 26 loquutus *R*

plebis suae, et adiecit: sicut locutus est per os sanctorum, qui a saeculo sunt prophetarum eius. absolute spiritum sanctum, qui prophetas inspirauerat, dominum et deum Israel esse euangelico celebratur oraculo. et in subsequentibus Simeon spiritu sancto plenus: responsum, inquit, accepit a spiritu sancto non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini. quo uiso et in amplexum manibus assumpto benedixit deum, id est, a quo responsum accepisse uidebatur, benedixit deum et dixit: nunc dimittis, domine, seruum tuum in pace. ecce absolute dominum et deum uocat spiritum sanctum, cuius uerbo atque responso, quod Christum uisurus esset, acceperat. uides specialiter de spiritu sancto intellegendum esse, cum dicitur in prophetis: deus deorum dominus locutus est, et: audiam, quid loquatur in me dominus deus. hic nomen istud, id est dominus deus ad spiritus sancti, qui locutus est in Dauid, noueris referendum esse personam aut certe in uno deo trium uoluntatem, trium potentiam, trium agnosce substantiam, quia, cum dixeris pater, unius persona intellegitur, cum dixeris deus, tota trinitas designatur.

Accipimus et in actibus apostolorum, quod indubitanter deus sit, qui passiones Christi praenuntiauerat per prophetas. ita enim dicit: deus autem, qui praenuntiauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic Christum suum, id est charismate suae unctionis infusum, et iterum: quae locutus est deus per os sanctorum suorum a saeculo prophetarum. quod dicit: quae locutus est deus

1] Luc. 1, 70. 5] Luc. 2, 26. 8] Luc. 2, 28. 14] Psalm. 49, 1. Psalm. 84, 9. 23] Act. 3, 18. 26] Luc. 1, 70.

5 symeon *PR* 8 deum benedixit *r* 10 tuum] secundum uerbum tuum *add. P* ecce] et *r* et *om. r* 14 et audiam] exaudiam *r* 15 non *P* *suprascr. man. alt.* domini cuius uerbo—id est *bis r, sed* et audiam *altero loco* 17 ferendum *P* (re *man. alt.*) erete *P* 19 unus *P*, una *r* intelligitur *P* 22 praenuntiauit *r* prophetas *R* ita enim] cum *r* 23 pronuntiauit *r* 24 prophetarum *R* impleui *P* 25 carismate *PR* 26 qę *R*, qui *P* 27 a saeculo prophetarum—per os s. s. *om. r*

per os sanctorum suorum, ideo sanctorum suorum, quia sanctificatio proprie ad spiritum sanctum pertinet. legimus in Esaia: nonne caelum et terram ego impleo, dicit dominus? quis est iste dominus, qui per Esaiam caelum et terram implere se dicit, nisi spiritus sanctus, qui ipsum Esaiam uirtute prophetica et spiritu ueritatis infudit? sicut ergo per propheticam dispensationem, ita etiam secundae gratiam natiuitatis spiritui sancto uel maxime uoluntas trinitatis assignat, sicut dicit in Iohanne: quod natum est ex carne, caro est et, quod natum est ex spiritu, spiritus est. et alio loco potestas renouandi hominis penes spiritum sanctum esse perscribitur: uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies, et, sicut superius dictum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, et ad Titum: saluos, inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti. uideamus, quis est iste, cuius filii per gratiam adoptionis efficimur: dedit eis, inquit, potestatem filios dei fieri, et iterum: qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt.

Uides apertissime, quod iste spiritus sanctus, in quo renascimur, deus est, cuius paternitate donamur. ipse hoc alio loco luce clarius assignat: ero, inquit, eis in patrem et ipsi erunt mihi in filios et filias, dicit dominus omnipotens, merito omnipotens, qui peccati chirographum delet, qui uincula conscientiarum relaxat et hominem in se credentem corruptae naturae foeditate dispoliat et indumento innocentiae, decore iustitiae, stola immortalitatis exornat et filios suos in angelicum statum pia paternitate transcribit. nemo spiritum

3] Ierem. 23, 24. 9] Ioann. 3, 6. 12] Act. 1, 5. 13] Ioann. 3, 5. 15] Tit. 3, 5. 17] Ioann. 1, 12. 18] Ioann. 1, 13. 23] 2 Cor. 6, 18.

2 esaia *R*, isaia *P*, Ieremia *v; scriptorem ipsum memoria fefellisse uidetur* 3 ego *om. R* 4 esaiam *R*, isaiam *P*, Ieremiam *c* et *om. P* 5 qui] p *add. P*, et *add. c* esaiam *R*, isaiam *P*, Ieremiam *c* 6 prophetica *R* si *c* propheticam *R* 10 in *ante* alio *add. P* 15 tytum *R* fecit *R* lauachrum *PR* 18 inquid *R* 24 michi *R* 25 cirographum *PR* 29 conscribit *P*

sanctum creaturis aestimet sociandum. extra seruitutis est conditionem, qui aeternam potest tribuere libertatem. non enim, inquit apostolus, accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum et ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii dei. indubitanter deus est, qui per abremissa peccatorum dei filios facit.

Uniuersam creaturam etiam angelorum atque archangelorum peccato constat fuisse obnoxiam, quorum tamen in deum oboedientiam, sollicitudinem, caritatem transgressorum ruina fundauit. humilitatis, subiectionis, stabilitatis facta est confirmatio, fragilitatis agnitio. spiritus sanctus, nisi prae omnibus liber esset, de seruis liberos facere non posset. nam si creatura esset, quamlibet in eum deo conferente gratiam sanctitatis remansisset tamen conscientia debitoris. et ideo dicit: nemo potest donare peccata nisi solus deus. quicumque ille est, eligat utrum uelit: aut spiritum sanctum peccata donantem confiteatur per omnia deum aut, si per eum donari posse non credit ueniam peccatorum, euacuauit in se regenerationis beneficium et baptismi sacramentum. dei ergo solius est absoluere innexa, redintegrare corrupta, expiare maculata. et ideo ad eum conscii nostrae infirmitatis et suae maiestatis cum gemitu proclamamus: tibi soli peccaui, id est, qui solus non teneris lege peccati, qui solus ab ea non actualiter, sed naturaliter alienus es et ideo solus absoluere debitores potes, qui a debitis solus inmunis es, qui quod habes non aliunde mutuatus es, sed de tuo plenus es. non enim prior quisquam dedit tibi nec aliunde deriuatis uirtutibus irrigaris nec ex alio aliquo in te facta transfusio est, sed ipse fons es

2] Rom. 8, 15. 15] Marc. 2, 7; Luc. 5, 21. 23] Psalm. 50, 6.

1 estimet *PR*, existimet *v* 3 inquid *R* 7 remissionem *v* filios dei *v* 9 obnoxium *P* obędientiam *R* 11 humilitas *v* 12 s͡cs *P*[1], s͡ci *P*[2], sancti *R* 14 in eum deo *scripsi*, in eo *PR* gratiam *v*, g͡rę *PR* 21 inexa (n) *P* 22 conscii *R* (*alterum* i *in rasura*), conscio *P* 23 id est] domine (i) *P* 26 es *R* (*erat* t *in rasura*) qui quod] quicquid *R* 28 deriuatis *P*, diriuatis *R* 29 es‖ *R*, ẽ *P*

fluminis tui et gloria tua. tua natura est, quae, sicut initium nescit, ⟨ita⟩ nihil a priore suscepit.

VIII.

UBI TEMPLUM DEI TEMPLUM ESSE SANCTI SPIRITUS DEMONSTRATUR.

Habitatorem cordis humani sacra eloquia proprie spiritum sanctum esse definiunt: dabit, inquit, uobis pater alium paracletum, ut maneat uobiscum in aeternum, et ad Corinthios: uiuificabit et mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. et ideo de spiritu sancto conscriptum recte intellegimus: regnum dei intra uos est. dei utique sunt regnum, qui ei se praeparare merentur in templum dei utique, non creaturae. audi per apostolum habitatoris nostri uocem: uos estis, inquit, templum dei uiui et spiritus dei habitat in uobis, et alio loco: sicut deus dicit: inhabitabo in illis et inambulabo et ero illorum deus. ecce ipse, qui templum humani cordis inhabitat, deum se esse pronuntiat. Ananias inter eos, qui honorantes deum de suis iustis laboribus uendebant substantias suas et ponebant ante pedes apostolorum, deo notum promisisse cognoscitur et spiritui sancto mentitus arguitur, sicut Petrus apostolus ait: Anania, cur temptauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto? et subsecutus adiecit: non es hominibus mentitus, sed deo. quid est hoc? in creatorem peccat et ita scriptura peccatum eius attenuat, ut eum iuxta impietatis sensum creaturae reum

6] Ioann. 14, 16. 8] Rom. 8, 11. 10] Luc. 17, 21. 13] 1 Cor. 3, 16. 15] 2 Cor. 6, 16. 21] Act. 5, 3. 23] Act. 5, 4.

1 quae *om. r* inicium *PR*, nuntium *r* 2 ita *addidi, om. libri*, sic *add. r* nichil *R* 6 sanctum *om. v* diffiniunt *P* 7 paraclitum *R*, paraclytum *P* 8 Romanos *r, cf. notam ad pag. 149, 2* 10 intelligimus *P* 11 regnum sunt *v* se p̃parare *R*, sempparare *P*, parere *v* 14 dei uiui *scripsi*, dn̄ini *R*, dei *P* 15 in *ante* alio *add. r* dicit deus *P* inambulabo *R (in man. alt.)* 20 promisisse *R* agnoscitur *r* et *om. v* spiritu *P* 22 sp̃u *P (i man. alt.)* 23 mentitus es *r*

esse statuat et minori debitorem de contumelia maioris addicat. non ita est. manifeste diuina praeditus est potentia, ad quem sacrilegii refertur offensa, de quo alio loco dicit: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem neque in hoc saeculo neque in futuro. cum ergo transgressione temptauerit deum, fefellisse dicitur spiritum sanctum. quapropter spiritus sancti et dei unam causam, unam gloriam, unam cognosce reuerentiam. et ideo euidentissime de spiritu sancto sequenti sermone conclusit: non es, inquit, mentitus hominibus, sed deo.

Loquente Petro ad Cornelium obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui uenerant cum Petro, quia et in nationes gratia spiritus sancti diffusa est. uides spiritum sanctum non de alieno, sed de proprio gratiam contulisse. si requiras, quis sit iste, qui gratiam dedit, consequenter edocuit dicens: si ergo eandem gratiam dedit illis deus. hunc gratiae largitorem superius spiritum sanctum, hic deum specialiter declarauit. illic proprio, hic communi nomine probatur iterata confessio. cum autem dicit: et in nationes gratia spiritus sancti effusa est, ipse naturae deus est, qui auctor est gratiae. soli deo competit de suo charismatum dona largiri, ut et de eo apostolus dixisse uideatur: abundantius illis omnibus laboraui. non ego autem, sed gratia dei mecum. merito deus pronuntiatur, qui dispensator est gratiae et salutis humanae. et addit Petrus: quis ego eram, qui possem prohibere deum? illum utique deum, qui se in nationes uel in Cornelium impetu gratiae inundantis effudit.

4] Marc. 3, 29. 11] Act. 10, 45. 16] Act. 11, 17. 22] 1 Cor. 15, 10. 25] Act. 11, 17.

1 constituat *v* moinori *P* abdicat *R* 2 manifesta *P*, manifesto *v* praeditus est diuina *r* 3 offenssa *P* loco *add. R*^{2} 7 sanctus *v* 9 concludit *v* 12 quia *suprascr. R*^{2}, *om. P* 13 effusa *r* 14 gratiam *om. r* 15 dedit—gratiam *om. P* 20 gratia *ante* dicit *habet r* 21 carismatum *PR* 22 habundantius *R* 25 addidit *r* 27 se] est *P* in *post* uel *om. v* impetum *v*

VIIII.

UBI CONTRA NOUATIANOS DEUS GENTIBUS PAENITENTIAM AD UITAM DEDIT, QUI UTIQUE DEUS SPIRITUS SANCTUS ESSE PER IPSUM ORDINEM LECTIONIS OSTENDITUR.

Aduerte, quomodo in persona sancti spiritus, qui subito Cornelium et socios eius impleuit, dei nomen multiplici attestatione concelebratur: his auditis, inquit, tacuerunt et glorificauerunt deum dicentes: ergo et gentibus deus paenitentiam ad uitam dedit. quo loco contra Nouatianos aduertendum est, quod paenitentiam dare dicitur, quam utique non aliter nisi seruorum suorum administratione largitur. dum ergo dicit: quis ego eram, qui possem prohibere deum, et iterum: ergo deus gentibus paenitentiam ad uitam dedit, quae in tam manifestis rebus expectanda est interpretatio, cui uel ignaro non satisfaciat uel incredulo in sancti spiritus aduentu totiens diuini nominis repetita confessio?

X.

UBI AD CORINTHIOS PRIMA SPIRITUS SANCTUS ESSE UIRTUTUM DISTRIBUTIONIBUS DEUS DECLARATUR.

Accipe ad Corinthios, quod solum possit pro asserenda spiritus sancti diuinitate sufficere. dicit per epistolam ad Hebraeos: contestante deo signis et portentis et uariis uirtutibus et spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem. interrogemus ipsum apostolum, utrum unus ex creaturis sit iste charismatum distributor. habemus ad Corinthios prima: notum uobis facio, quod nemo in spiritu

7] Act. 11, 18. 12] Act. 11, 17. 23] Hebr. 2, 4. 27] 1 Cor. 12, 3.

3 ordinem ipsum *v* 6 sotios *P* 9 penitentiam *R* 14 tam *om. v* 15 expectanda] manifestanda *v* 16 tocies *R* 19 distributionibus deus] distributioni *P* 21 et *ante* ad *add. P* 22 aplm *P* hebreos *PR* 23 contestate *P* 26 carismatum *PR*

dei loquens dicit anathema Iesu. et nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. aduerte, quomodo hic spiritum dei spiritum sanctum esse absolutissime designauit. de spiritu sancto, quem superiori sententia spiritum dei loqui proposuit, perspice, quae sequuntur, quam manifeste illum deum et dominum esse testantur: diuisiones, inquit, gratiarum sunt, idem autem spiritus, et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus, et diuisiones operationum sunt, idem autem deus. tamquam si beatus apostolus de spiritus sancti diuinitate fuisset consultus, euidenter, de quo dixerat: idem spiritus, de eo addit: idem deus, qui operatur omnia in omnibus. operari omnia non posset, si esset unus ex omnibus. hic spiritum sanctum tam in suo nomine quam in domino et deo aut certe euidenter expressum aut certe trinitati agnosce sociatum. sed hic in donorum diuisionibus magis sermo diuinus spiritum sanctum intellegitur designasse, quia superius accipimus distributionum gratiam spiritui sancto speciali dispensatione competere. quod uero dixit: idem dominus, idem autem deus, in sequenti capitulo ad spiritum sanctum ostendit esse referendum dicens: alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alteri gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult. nulli subditus, sed caelestis est dominus, qui dona caelestia propria uoluntate et de potentiae suae iure largitur.

6] 1 Cor. 12, 4. 12] 1 Cor. 12, 6. 21] 1 Cor. 12, 8.

2 quodomodo *P* 4 de *om. c et add. ante* superiori 5 perspicue *c* quae *om. c* 8 ministrationes *R* (um *man. alt.*) sunt *om. P* 9 sunt *om. P* dñs *R* 10 spiritu *R*, $\widetilde{\text{spū}}$ *P* (s *man. tert.*) 12 operi *P* (ra *man. alt.*) 14 *alterum* in *om. c* 17 intelligetur *R* 19 insequenti *R* 22 secundum] in *c* 28 subditur *v*

XI.

ADUERTENDUM, QUOD SICUT UNUM DEUM ITA UNUM DICIT SPIRITUM SANCTUM, QUOD DE PLEBEIA CREATURA UEL, QUOD DIUIDAT SINGULIS PROUT UULT, DICI NULLO MODO POSSIT.

Uides, quod sicut unus pater et unus filius ita et unus est spiritus sanctus, sicut consequenter assignat: etenim in uno spiritu potati sumus. hic, si de plebe uel multitudine creaturae esset, unus dici omnino non posset. et cum hic habeas: alteri, inquit, datur fides in eodem spiritu, quis hanc fidem tribuat, idem ad Corinthios apostolus declarauit dicens: et unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. uides, quod indubitanter hunc fidei diuisorem deum esse pronuntiat. licet in tam multiplici tantorum munerum largitate ipsa per se magnificentia operis potentiam loquatur auctoris, tamen de eo ita conclusit: haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult, sicut et alio loco: spiritus ubi uult spirat, et iterum: et spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem. non hic ergo est subiectae ministerium seruitutis, sed liberae arbitrium potestatis atque in caelestium bonorum distributionibus summae largitatis est inexhausta pietas. quod dicit: et spiritus sancti distributionibus, iste distributor, id est diuisor utrum deus sit, ad Corinthios docuit dicens: et diuisiones operationum sunt, idem autem deus. legimus in actibus apostolorum: attendite, inquit, uobis et uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. hunc, qui posuit episcopos in ecclesia, ad Corinthios uas electionis deum esse declarat ita dicens: quosdam qui-

6] 1 Cor. 12, 13. 9] 1 Cor. 12, 9. 11] Rom. 12, 3. 15] 1 Cor. 12, 11. 17] Ioann. 3, 8. Hebr. 2, 4. 23] 1 Cor. 12, 6. 25] Act. 20, 28. 28] 1 Cor. 12, 28.

5 est *om. r* 6 assignat *P* 7 simus *P (u man. alt.)* de *ante* multitudine *denuo add. R* 8 omnino dici *r* 13 numerorũ *P* 17 et iterum *om. R* 19 subiecte *P* ministeriorum *r* libere *R* 21 largitas *P* exhausta *r* pietatis *P* quomodo *r* 22 distributionibus *scripsi*, distributionis *PR* iste] est *R*, iste est *r* 23 operatio *R* 26 quos *P* 27 ecclesiam *R*

dem posuit deus in ecclesia. qui deus nisi spiritus sanctus, cuius personae ostendit officium distributio gratiarum, sicut continenti sermone subsequitur: posuit, inquit, deus in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exin gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. quosdam, inquit, deus posuit in ecclesia. quod hic deum de spiritu sancto dixerit, ipsa, quae ad spiritum sanctum pertinet, dispensatio sanctificationum uirtutumque manifestat. ipse enim prophetarum ora locupletat, curationum remedia dispensat, charismatum ornamenta multiplicat, quo in apostolos influente deum illum uniuersitatis esse signorum miracula et linguarum diuersa genera cecinerunt.

XII.

UBI EOS, QUI SPIRITUS SANCTI TEMPLUM EFFECTI SUNT, ITA DICIT PROFICERE DEBERE, UT DEUM PORTARE IN CORPORE MEREANTUR.

Ait itaque apostolus ad Corinthios: nescitis, quia corpora uestra templum est spiritus sancti. templum spiritus sancti templum esse dei praecedentia eiusdem epistolae euidenter insinuant, cum dicunt: an nescitis, quia templum dei estis et spiritus sanctus habitat in uobis? et spiritus sanctus, inquit, habitat in uobis. quis illos dubitet eius dei esse templum, cuius esse probantur habitaculum? et cum dixisset: nescitis, quia corpora uestra templum est spiritus sancti, ita capitulum luculenta ueritate conclusit: glorificate, inquit, et portate deum in corpore uestro. ergo qui spiritui sancto studiose puritatis templum praeparat in corde, per castitatem et mortificationem carnis

17] 1 Cor. 6, 19. 20] 1 Cor. 3, 16. 26] 1 Cor. 6, 20.

1 ecclesiam *v* qui dn̄s *PR*, quid sunt *v* 4 ecclesiam *v* 5 exinde *v* 7 ecclesiam *v* 9 dispentio *P* 10 dipensat *P* (s *man. alt.*) carismatum *PR* 11 apostolis *v* 13 diuesa *P* 18 sunt *v* sancti *om. v* 20 dicit *P*, dicitur *v* 22 sanctus *om. P* dei *post* inquit *add. P* 25 ẽ *P*, sunt *R* 26 gloficate *P* (ri *man. alt.*) inquid *R*

deum portat in corpore, eum necesse est corporaliter portare. a quo spiritaliter possidemur. quapropter quem templo perspicis dignum, diuinis honoribus noueris adorandum, celebrandum uotis, sacrificiis excolendum. ad uniuersalem ergo loquitur magister gentium ecclesiam: nescitis, quia templum dei estis et spiritus sanctus habitat in uobis. nulli hoc creaturae possibile est, sed diuinae maiestatis insigne est, ut singillatim per unumquemque populos impleat et tamen in plenitudinis suae immensitate permaneat. diuinae, inquam, singulare propriumque naturae est locis omnibus praesto esse, in omnia intrare, omnia continere. dei, inquam, peculiare est filios perditionis naturae debitis exuere, purgatis conscientiis innouare, dei filios facere et in caelestis regni gloria sublimare.

3 hominibus *P* 7 possibile creaturae *r* 9 inquit *r* 11 et *ante alterum* omnia *add. r* inquit *r* 13 caelesti *P* sublimare] EXPLICIT LIBER SECVNDVS *add. R*

III.

EPISTULAE.

S — codex Sangallensis 190 saec. VIIII.
P — codex Parisinus lat. 2166 saec. VIIII (continet epist. I et II).
Q — codex Paris. lat. 1564 saec. VIIII (continet epist. IIII—VII).
R — codex Paris. lat. 12097 saec. VI—VII (continet epist. IIII).
r — lectio uulgata.

I.

EPISTULA FAUSTI AD LUCIDUM PRESBYTERUM.

Domino deuinctissimo et mihi speciali affectu uenerando ac suspiciendo fratri Lucido presbytero Faustus.

Grandis caritas est parum cauti fratris errorem per dei gratiam et adiutorium magis uelle curare, quam, sicut summi antestites meditantur, ab unitate suspendere. quid possum de hoc sensu, sicut uis, cum unanimitate tua per litteras loqui. cum te praesens multa et blanda et humili conlocutione numquam potuerim ad uiam ueritatis adtrahere? loquentes ergo de gratia dei et oboedientia hominis id omnimodo statuere debemus, ut neque proni in sinistram neque importuni in dexteram regia magis gradiamur uia. illud autem uenerationem tuam dixisse miratus sum, quod nullus umquam sub religiosa professione contra catholicam fidem uel scripserit uel praedicauerit, cum plurimi multiplices et profanos errores suos etiam scriptorum monumentis crediderint inserendos, qui tamen Christiano no-

12] Num. 21, 22.

1 *Epistulae Fausti ad Lucidum et Lucidi ad Faustum continentur duobus libris manuscriptis, codice Parisino lat. 2166 saec. VIIII (P), qui Fausti libros de gratia praebet, et codice Sangallensi 190 saec. VIIII (S), qui etiam reliquas Fausti epistulas suppeditat; praeterea Hincmarus (H) utramque epistulam in libro de praedestinatione dei et libero arbitrio c. 1 (CXXV 79 Migne) exhibet* 2 epistula — presbyterum *om. P* presbiterum *S* 3 deuinctissimo *P* uenerandǫ *P* 4 suscipiendo *HP* presbitero *S* 5 grandes *S* 6 adiutorium] auxilium *e* adiutorium et gratiam *P* 7 antistites P^2 ab unitate *H*, abonitate *P*, a bonitate *S* 8 uis] ais *e* 9 allocutione *Baronius* 10 uiã *S (erat* t *in ras.)* dei gratia *H* 11 id] in *S* 12 neque—sinistram *suprascr* S^1 importune *S* regiam . . uiam *P* regia magis] regi *S* 15 catholica *S* 16 pluremi *S* 17 crediderimus *P*

mine gloriabantur. breuiter ergo dicam, quantum cum absente loqui possum, quid sentire cum catholica ecclesia debeas, id est, ut cum gratia domini operationem baptizati famuli semper adiungas et eum, qui praedestinationem excluso labore hominis adserit, cum Pelagii dogmate detesteris.

Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagii impietates hominem sine peccato nasci et per solum laborem posse saluari damnanda praesumptione contenderit et qui eum sine gratia dei liberari posse crediderit.

Item anathema illi, qui hominem cum fideli confessione solemniter baptizatum et adserentem catholicam fidem et postmodum per diuersa mundi huius oblectamenta et temptamenta prolapsum in Adam et originale peccatum perisse adseruerit.

Item anathema illi, qui per dei praescientiam hominem deprimi in mortem dixerit.

Item anathema illi, qui dixerit illum, qui periit, non accepisse, ut saluus esse posset [id est de baptizato uel de illius aetatis pagano, qui credere potuit et noluit].

Item anathema illi, qui dixerit, quod uas in contumeliam non possit adsurgere, ut sit uas in honorem.

Item anathema illi, qui dixerit, quod Christus non pro omnibus mortuus sit nec omnes homines saluos esse uelit.

Cum autem ad nos in Christi nomine ueneris aut cum a sanctis sacerdotibus euocatus fueris, tunc oportuna, si dominus iusserit, locis suis testimonia proferemus, quibus et quae catholica sunt manifestentur et quae catholicis contraria

2 catholica] et *add. S* ecclesia *S* 3 operatione *S* semper] per *S* 4 et] ad *H* predistinationem *S*, praedistinationem *P* exclusa *P* 5 asserit *P* 6 ille *S* pelagi‖ *S (erat* i *in ras.)* impietates *P* 7 saluari *om. S* 8 presumptione *S* 10 illi *om. S* 11 asserentem *P* 12 huius modi *Baronius* et temptamenta *om. P*, & tamenta *S* 13 originali peccato *v* asseruerit *P* 14 prescientia *S* in mortem deprimi hominem *P* 16 adcepisse *P* 17 posse *P* id est—noluit *P*, *om. HS*, *quare uncis inclusi* 19 quod *om. S* in contumila *S*, contumeliae *P* 20 posset *S* 22 nellit *PS* 23 nos *ex* mos *S* uenerit *P* 24 fuerit *P* oportune *P* 25 proferimus *PS* 26 que *utroque loco S* sunt *suprascr. S*[1] catholicis] sunt *add. Baronius*

destruantur. nos autem per inluminationem Christi ueraciter et confidenter adserimus et eum, qui periit per culpam, saluum esse potuisse per gratiam, si gratiae ipsi famuli laboris oboedientiam non negasset, et eum, qui per gratiam ad bonae consummationis metas seruitio obsequente peruenit, cadere per desidiam et perire potuisse per culpam. nos ergo per medium Christo duce gradientes post gratiam, sine qua nihil sumus, laborem officiosae seruitutis adserimus. sed omnimodo adrogantiam et praesumptionem laboris excludimus, ut totis uiribus desudantes, ne gratia in nobis euacuetur, quidquid de manu domini susceperimus, donum pronuntiemus esse, non praemium, scientes laboris ipsius fructum officii rem esse, non meriti, cum euangelista dicentes: serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.

Haec, quae strictim pro epistulae breuitate memorata sunt, aut recipere se aut respuere unanimitas tua recurrente sermone respondeat. ceterum qui hanc ueritatis mensuram gratia praecedente et conatu adsurgente non sequitur, dignus erit, qui a sacris liminibus arceatur. ego tamen indiuiduam mihi bonitatem tuam toto sincerae benignitatis amplexu in uia retinens intra matris ecclesiae gremium permanere repudiato hoc errore desidero. qui si cito respuatur, ignorantia fuisse uidebitur, blasphemia uero reputabitur, si pertinaciter defendatur. grauem namque in auctorem retorquemus inuidiam, si dicamus, quod ei possibilitatem capessendae salutis noluerit dare qui periit, [ei dumtaxat, qui capere iam possit arbitrii libertatem,]

13] Luc. 17, 10.

1 distruantur *P*, destruuntur *S* 2 adserimur S^1, asserimus *P* 3 ipse *Mommsen* ipsius famulatui *Baronius* 6 desideam *P* 8 officiose *S*, laboriosae *Baronius* asserimus *P* 9 presumptionem *S* 11 susciperimus *P* pronuntiamus *r* 12 premium *S*, praecium *P*, pretium *H* 13 euangelista dicente *S* 15 per *P* abreuitate *S*, braeuitate *P* 16 recepere *PS* 17 gratiam *P* 19 a *om. H* liminibus *ex* luminibus *P* tamen] autem *Baronius* mihi *om. r* 20 sincere *P* in—gremio *Baronius* 21 eclesiae *S* permanere] te *add. Mommsen* 22 ignorantiae *P* fuissae *P* 24 graue *S* namquae *P* 25 capisendae *P* 26 ei—libertatem *P*, *om. HS*, *quare uncis inclusi* posset *r*

cum minime negare possimus, quod mandati praeuaricatorem in iudicii sui examinatione damnabit. qui enim non est obnoxius de suscepto, nescio quomodo reus possit esse de perdito. ac sic peccantes in deum, cuius in primis incautius adseruimus gratiam, in postremis eius uidebimur impugnare iustitiam.

Huius autem epistulae exemplar mecum reteneo in conuentu sanctorum antestitum, si ita necesse fuerit, proferendum. quam si suscipiendam putauerit fraternitas tua, aut subscriptam manu propria mox remittat aut sequentibus scriptis omnino se improbasse respondeat. quodsi eam subscriptam, ut dixi, transmittere nolueris, aperte adhuc te in errore persistere ipso silentio comprobabis ac proinde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conuentibus exponendam. et ideo secundum haec, quae a me sunt directa, rescribe, utrum ea remotis circuitionibus aut agnoscas aut respuas.

[Auxanius in Christi nomine episcopus relegi et
Faustus exemplar epistulae meae relegi et
Paulus episcopus in Christi nomine relegi et
Eutropius in nomine Christi episcopus
Pragmatius in Christi signo episcopus
Patiens in Christo episcopus
Eufronius relegi et admiratus sum plenitudinem sanctam
Megethius episcopus relegi et
Claudius in nomine Christi episcopus relegi et
Leucadius in nomine Christi episcopus relegi et

2 examinatio[ne] *P (ne man. alt.)* 3 reus *om. H* de *supraser. P*^{2} esse possit *Baronius* 4 si *S* incautius *om. r* 5 asseruimus *P* postrimis *S* uidiuimur *S* 7 reteneo] *PS* 9 subscriptam *r*, subscripta *P*, susscripta *S* 11 si *om. S* 12 remittere *H* 14 publices *S* 15 ut *HS Kruschius* 16 remo tis *S (erat* r *in ras.)* *post* respuas *quae uncis inclusimus uerba in P solo exstant, in S uoce* respuas *pag. 48 finitur, quae sequuntur pag. 49 (fragmentum prologi Baudoniuiani) cum antecedentibus non cohaerent; sed pag. 328 post epistulam Felicis ad Desiderium episcopum Cadurcensem (cf. Canisius, lect. ant. V, 551) haec exstant:* item alia manu faustus exemp̃ epistulę meae religi & subscrip̃, *quae ad epistulam Fausti modo a nobis recensitam pertinent, cum epistula Lucidi subsequatur; eadem uerba habet H, om. P* 24 megitius *P*

Iulianus in nomine Christi episcopus
Lucidus presbyter.]
Item alia manu: Faustus exemplar epistulae meae relegi et subscripsi.

II.

EXEMPLAR EPISTULAE LUCIDI PRESBYTERI.

DOMINIS BEATISSIMIS ET IN CHRISTO REUERENTISSIMIS PATRIBUS EUFRONIO, LEONTIO, FONTEIO, UIUENTIO, MAMERTO, PATIENTI, UERIANO, AUXANIO, FAUSTO, PAULO, MEGETHIO, GRAECO, EUTROPIO, LEONTIO, CLAUDIO, MARCELLO, CROCO, BASILIO, CLAUDIO, URSICINO, PRAETEXTATO, PRAGMATIO, THEOPLASTO, LEUCADIO, UIUENTIO, IULIANO, AMICALI, IOANNI, OPILIONI ET LICINIO EPISCOPIS LUCIDUS PRESBYTER.

Correptio uestra salus publica et sententia uestra medicina est. unde et ego summum remedium duco, ut praeteritos errores accusando excusem et salutifera professione me diluam.

Proinde iuxta praedicandi recentia statuta concilii damno uobiscum sensum illum, qui dicit laborem humanae oboedientiae diuinae gratiae non esse iungendum,

qui dicit post primi hominis lapsum ex toto arbitrium uoluntatis extinctum,

qui dicit, quod Christus dominus et saluator noster mortem non pro omnium salute susceperit,

2 presbiter *P* 6 exemplar—presbyteri *deest in P*, item exemplar libelli Lucidi presbyteri *H* prs̃bi *S* 7 reuerendis *P* 8 Eufronio—13 presbyter] leontio eufronio fontegio uiuentio mamerto patienti uiriano auxanio fausto megetio paulo graeco eutropio leucadio basilio leontio claudio pragmatio marcello praetextato iuliano amicali iohanni opilioni licinio uiuentio theoplasto episcopis lucidus *P*, eufronio, uiuentio, ueriano, paulo, eutropio, marcello, claudio, leontio, mamerto, auxanio, megetio, leontio, croco, ursicino, fonteo, patienti, fausto, graeco, claudio, basilio, praetextato, pragmatio, uiuentio, ioanni episcopo, theoplasto, iuliano, opilioni, leocadio, amicali et licinio presbyteris lucidus *H* 9 auxiano *S* 10 baselio *S* 11 pretextato *S* leocadio *S* uuentio *S* 12 opiloni *S* lycinio *S* episcop̃ *S* 13 prb̃i *S* 15 remedium *P bis* preteritos *S* adcusandos *P* confessione *P* 17 lecentia *S* 18 humanae oboedientiae laborem *P* 20 primum *P* 22 dominus et] ac *P* 23 salutem *S* susciperit *P*

qui dicit, quod praescientia dei hominem uiolenter conpellat ad mortem uel quod dei pereant uoluntate, qui pereunt,

qui dicit, quod post acceptum legitime baptismum in Adam moriatur, quicumque deliquerit,

qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad uitam praedestinatos,

qui dicit ab Adam usque ad Christum nullos ex gentibus per primam dei gratiam, id est per legem naturae in aduentum Christi fuisse saluatos eo, quod liberum arbitrium ex omnibus in primo parente perdiderint,

qui dicit patriarchas ac prophetas uel summos quosque sanctorum etiam ante redemptionis tempora in paradisi habitatione deguisse,

qui dicit ignes et inferna non esse. haec omnia quasi impia et sacrilegiis repleta condemno.

Ita autem adsero gratiam dei, ut adnisum hominis et conatum gratiae semper adiungam et libertatem uoluntatis humanae non extinctam, sed adtenuatam et infirmatam esse pronuntiem et periclitari eum, qui saluus est, et eum, qui periit, potuisse saluari. Christum etiam deum ac saluatorem nostrum, quantum pertinet ad diuitias bonitatis suae, pretium mortis pro omnibus obtulisse et, quia nullum perire uelit, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium, dies in omnibus, qui inuocant illum. et quia in tantis rebus conscientiae satisfaciendum, memini me ante dixisse, quod Christus pro his tantum, quos credituros praesciuit, aduenisset sententias

2 quod] cum *add. P* 3 legitimi *P* 4 moriator^{u} *P* 5 predistinatos *PS* 7 nullus *P*, nullum *Baronius* 8 nature *S* 9 eo] et *v* ex omnibus (= ex toto, *cf. pag. 165,20*) *om. P*, eis omnibus *Kruschius ex Mommseni coniectura* 10 perdiderent P^1, perierit *Kruschius ex Mommseni coniectura* 11 dicit *om. S* patriarcas^{h} *P* (h *man. alt.*) quoque *S* 12 in par. hab.] intra paradisum *P* 14 qui—esse *om. P* 16 annisum *P* 17 humane *S* 18 atenuatam^{t} *P* 19 pereclitari *S*, periclitare *P* 20 petiit *P* dominum *Baronius* ac] et *Baronius* 21 nostrum *om. v* omnibus] hominibus *add. H* practium *P* 22 optulisse *S* uellit *P* 23 hominum *om. P* 24 et quia — *p. 167, 17* puniendos *om. P* 25 satisfaciendum] est *add. H Kruschius*

dominicas sequens, quibus ait: sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare et animam suam redemptionem dare pro multis, et illud: hic est calix sanguinis mei noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, uel illud apostoli: sicut semel statutum est hominibus mori, ita et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.

Nunc uero sacrorum testimoniorum auctoritate, quae abunde per spatia diuinarum inueniuntur scripturarum, et seniorum doctrinae ratione patefacta libens fateor Christum etiam pro perditis aduenisse, quia eodem nolente perierunt. neque enim fas est circa eos solum, qui uidentur esse saluati, immensae diuitias bonitatis ac beneficia diuina concludi. nam si Christum his tantum remedia adtulisse dicimus, qui redempti sunt, uidebimur absoluere non redemptos, quos pro redemptione contempta constat esse puniendos.

Adsero etiam per rationem et ordinem saeculorum alios lege gratiae, alios lege Moysi, alios lege naturae, quam deus in omnium cordibus scripsit, in spe aduentus Christi fuisse saluatos, nullos tamen ex initio mundi ab originali nexu nisi intercessione sacri sanguinis absolutos. profiteor etiam aeternos ignes et infernales flammas factis capitalibus praeparatas, quia perseuerantes in finem humanas culpas merito sequitur diuina sententia, quam iuste incurrunt, qui haec non toto corde crediderint. orate pro me, domini sancti et apostolici patres.

1] Matth. 20, 28. 3] Matth. 26, 28. 6] Hebr. 9, 27.

1 sicut *H*, sic *S*, *om. v* uenit non *H* 4 effunditur *S* 5 remissione *S* 6 semel *om. v* 7 exaurienda *S* 9 autoritate *S* que *S* habunde *S* 10 scripturarum *om. S* et] ex *r* 11 doctrine *S*, doctrina *v* 12 qui *H* nollente *S* ꝑierunt *S* 15 attulisse *S* 16 contẽta *S* 18 assero *P* ratione *S* 19 gratiae, alios lege Moysi, alios lege *om. S* 21 nullos *om. v* ex] et *S*, ab *v* 22 sanguinis] non *add. v* &ernos *S (erat & in ras.)* 23 preparatas *S* 24 in finem *om. P* 25 iustae *P* hec *S* crediderunt *S*

Lucidus presbyter hanc epistulam manu propria subscripsi et quae in ea adstruuntur adsero et quae sunt damnata damno.

III.

EPISTULA FAUSTI.

Quaeris a me, reuerentissime sacerdotum, quomodo Arrianis respondendum sit, qui blasphemo ore conantur adserere: non potest, inquit, fieri, nisi ut iunior sit genitus ab ingenito. iuxta quae totum silentium quasi iussus absoluere non tam pro rei instructione quam pro fidei confessione praesumam id primitus obseruans, ne res per se obscuras studio compositi sermonis inuoluam, sed quaedam pauperis sensus indicia, quae non tam ornatui quam intellectui uideantur seruire, depromam. respondeo ergo, sicut respondere discipuli magistris interrogantibus solent. itaque ad praeceptum beatitudinis uestrae loquor, ut discutiar, inperitiam contestor, ut docear. nam apud eruditissimum si reticeam, uix possum scire, quid nesciam.

De ingenito locuturi scire debemus aliud esse rerum substantias, aliud rerum nomina, sicut uerbi gratia, cum aurum

3] cf. Gennad. de uir. ill. c. LXXXVI: legi eius et aduersus Arrianos et Macedonianos paruum libellum, in quo coessentialem praedicat trinitatem, et alium aduersus eos, qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum, in quo et diuinis testimoniis et patrum confirmat sententiis nihil credendum incorporeum praeter deum.

1 Lucidus—damno *om. Baronius* presbyter *P* epistula *S*, epistolam *P*, meam *add. v* subscripsi *om. P* 2 astruuntur *P* assero *P* damnanda condemno *P* damn o *S* 3 *tertiam hanc Fausti epistulam iam recensuimus in Claudiani Mamerti editione p. 3—17 (Corp. script. eccles. lat. uol. XI), ubi posteriorem epistulae partem Claudiani quoque codicibus seruatam ampliore adnotatione critica inuenies adornatam. hoc loco satis habuimus codicis Sangallensis tantum adferre lectiones omnes; compendio M significamus lectiones selectas e Claudiani Mamerti codicibus uel aliquot uel omnibus depromptas* 4 INCIPIT EPISTULA SCI FAUSTI *S* 5 queris *S* 7 inqnid *S*, inquiunt *v* 8 quę *S* 9 presummam *S* 11 sermones *S* seu *S* quedam *S* inditia *S* 14 preceptum *S* 15 discutias—doceas *v* 16 erudissimum *S* reticiam *S* 17 loquuturi *S*

atque argentum dixeris, non statim metallum ipsum, sed metalli uocabula protulisti. etenim aurum aliud est in proprietate generis, aliud in appellatione sermonis, aliud est, cum illud nominamus, aliud cum tenemus.

Genitus et ingenitus significatio est deitatis, non ipsa deitas, naturae est appellatio, non natura. ingeniti et geniti nuncupatio ad hoc ualet, ut quis ex quo subsistat intellegas et non patrem ex filio, sed filium ex patre esse cognoscas. principium ex principio et unum est et initio caret, quomodo si dicas: deus ex deo, non tamen duo dii, sed unus deus. genitus ergo, ingenitus et ex utroque procedens personas indigitat, non naturas. maiestas enim, quae patri est indiscreta cum filio et spiritu sancto, distingui nominibus potest, ordinari gradibus non potest.

Hoc loco praescius oportet intentionem mentis admoueas. dicis forsitan: quia ex illo est, posterior illo est. age ad haec intellectum nostrum aliquibus conparationibus nutriamus. uideamus, si aliqua res ex alia existat, quae tamen illa, ex qua existit, non sit aetate posterior. uerbi gratia hoc ipsum filii nomen ex patris deriuari nomine creditur nec tamen posterius inuenitur, quia, nisi iste nasceretur, pater ille non diceretur. ecce nomen, quod absolute coaeuum illi est, a quo est, et, cum filius ex patre sit, patri nomen filius facit. adquirit genitori uocabulum pietatis persona nascentis. cum hoc ex illo sit, nec hoc posterius nec aliud probatur antiquius. et cum brachii nomine filius ex operum uirtutibus nuncupetur, ecce brachium procedit ex corpore et tamen brachii aetas corporis non praecedit. uerbum ex uoce profertur et tamen, cum ex ore

25] Esai. 53, 1.

2 etenim *r*, enim *S* 3 apellatione *S* 6 naturae *scripsi*, natura *S* nuncupacio *S* 8 patrem *S* cognuscas *S* 10 unus dꝫ *S*, unus dicitur *v* 11 ingenitus et *scripsi*, et ingenitus *S*, et ingenitus et *v* utroque *Canisius*, utraque *S probante Mommseno* procedens] persona *add. Mommsen* indigitat *v*, indig at *S (erat* n *in rasura)*, indicat *Kruschius* 12 que *S* 15 oportit *S* 16 aege *S* 18 ex alia *r*, exilia *S* que *S* illa *r*, illi *S Kruschius* 19 fili *S* 20 diriuari *S* 24 personae *r* 27 corpus *v* precedit *S*

nascatur, uoce esse posterius non probatur. ignis et caloris indiuisa societas, sed cum calor indubitanter ex igne esse intellegatur, tamen ignis nequaquam calore suo prior esse dinoscitur. ecce rem, quae existere uidetur ex alia et tamen ei, de qua existit, sine ulla temporis intercessione coniuncta est.

Cum autem ad deum uenimus, hoc est genitus, quod iustus et iustitia, sapiens et sapientia, misericors et misericordia. absolute ex deo iusto atque sapiente secundum apostolum oriri intellegimus iustitiam atque sapientiam. et sicut numquam iustus sine iustitia, numquam sapiens sine sapientia fuit, ita filius ex patre, sed numquam ⟨pater⟩ potuit esse sine filio.

Absque dubio Arriani saluatorem nostrum negare non audent, sed, dum minorem dicunt, deum adserere non possunt. deus enim naturaliter plenitudinis dignitate subsistit et eorum impietas unum se deum colere prima confessione testatur. sed quia iuniorem, per eum, qui putatur senior, duos facit et soliditatem unitatis intersecat. nam ipsum nomen minoris alterum, qui illo sit maior, ostendit. quis illo antiquior, qui de se ipse pronuntiat: ego sum alpha et ω, primus et nouissimus, qui a Iudaeis qui esset interrogatus ita respondit: principium quod et loquor uobis, qui ueridica per prophetam uoce confirmat: ante me non fuit deus et post me non erit? si pater hoc dicit, inferiorem post se non coepisse confirmat, si filius, ante se ⟨patrem⟩ penitus non fuisse pronuntiat. de hoc propheticus sermo euidenter insinuat: hic est deus noster et non reputabitur alius ad eum, et post haec: inter

8] 1 Ioann. 3, 7. 19] Esai. 44, 6; Apoc. 1, 8. 21] Ioann. 8, 25. 22] Esai. 43, 10. 25] Bar. 3, 36. 26] Bar. 3, 38.

1 nascatur *scripsi*, nascitur *S* caloris *scripsi*, calor *S Kruschius* 2 calore *v* 4 ex alia *scripsi cum Kruschio coll. p. 169, 18*, exilia *S*, ex illa *v* 7 misericors et misericordia *delet Mommsen* 11 pater *addidi, om. S* 16 *incertum utrum* quia *an* qui *exstet in S*, qui *r et Kruschius* 18 quid esse *S corr. man. alt.* ipso *v* 19 alfa *S* ω] o *S* 20 a *scripsi*, cũ *S* iudeis *S* qui esset *r*, quiesse *S* 21 uiridica *S* 24 patrem *addidi, om. S* penitus *S* fuisset *Canisius* 26 hec *S*

homines uisus est et cum hominibus conuersatus est. secundum haec ergo inter genitum et ingenitum nec ordo est, quia unus est, nec tempus interest, quia primus est, nec postponendus est, quia solus est, nec minor dicendus est, quia plenus est, ergo solus deus perfectus simplicisque naturae, inaestimabilis et inpassibilis, etsi eum secundum carnem passum esse pro nobis neraciter et salubriter confitemur.

Post haec sequenti loco quaeris a me, quomodo iuxta substantiam dei in epistula quadam scriptum sit: nihil sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis affectu.

Primo hoc, quod nec philosophos latuit, scire promptissimum, ⟨quia⟩ in homine diuersae affectiones, id est iustitia, misericordia, sanctitas, beneuolentia, pietas res accedentes sunt et ideo affectus uocantur. deus uero his non passibiliter afficitur, quia ei inesse iugiter et naturaliter dinoscuntur. ergo quod in homine affectus et gratia, in deo uirtus est et natura. nam quod dictum est: nihil sensit patientis sensu, sed sensit conpatientis affectu, cur quisquam illo sensu dicere non praesumat, quod etiam propheticum commemorat: domine, ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. et: iurauit dominus nec paenitebit eum, et iterum: iratus est dominus populo suo et abominatus est hereditatem suam. et item diuerso affectu Iacob dilexisse et Esau odio habuisse describitur. contristari in peccatis nostris et laetari dicitur in operibus suis et affectibus subiacens de

9] Faustus epist. VII. 19] Psalm. 6, 2; 37, 2. 21] Psalm. 109, 4. Psalm. 105, 40. 23] Mal. 1, 2; Rom. 9, 13.

8 quaeris — 14 afficitur *affert Claud. Mam. I 3 (p. 26, 12 Engelbr.)* 15 ergo — 16 natura *affert Claud. Mam. I 3 (p. 27, 7 E).*

2 hec *S* 5 solus dŝ *S*, dicitur *v* 8 queris *S* 10 patientis *scripsi, cf. infra lin. 17,* paciente *S (erat* s *in ras.),* patiente *v* compatientis *scripsi,* conpacientes *S,* compatiente *v* 11 phylosophos *S* pruptissimum *S* 12 quia *inserui ex Claud. Mam. I 3, p. 26, 17 E., om. S* affectionis *S* 14 possibiliter *v* 16 et] ex *v utroque loco, sed cf. Claud. Mam. l. c.* 17 pacientis *S* 18 conpacientis *S* 21 penitebit *S* 23 diuersu *S* 24 odio *S* habuisse *S* discribitur *S*

se ipse dicit: paenitet me fecisse hominem. et de summa caeli sede pronuntiat: Saule, Saule, quid me persequeris? nam et compatientis ostendere uidetur affectum, cum dicit: esuriui et dedistis mihi manducare, sitiui et dedistis mihi bibere et reliqua huiusmodi, quae memoriae abundanter occurrunt.

Quomodo ergo, si quisquam sacerdos multiplici linguarum scientia praeditus et in medio diuersarum gentium constitutus Hebraeum Hebraeo, Graecum Graeco, Romanum Romano instructurus adloquio secundum singulorum intellectum uerba conformet et iuxta uniuscuiusque sensum oris sui coaptet adloquium et dissonis unius cordis et [peccatoris] pectoris uoces in uarios dispenset auditus, ita et deus cum homine locuturus adsumere dignatur hominis linguam formam etiam suscepturus humanam per intellectuum nostrorum sonos ordinationum nostrarum contestatur affectus. nam dum quinque humanorum sensuum officia describens ita dicit: oculi domini super iustos et aures eius ad preces eorum, et iterum: os domini locutum est, item: et odoratus est odorem suauitatis, et: manus mea fecit haec omnia. caelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum, cordibus nostris efficientias insinuat rerum sub significatione membrorum, unde pro ineffabili eius circa humanum genus dignatione, quae seruos amicos ac filios nominare ⟨et⟩ compellare non despicit, ut homo cum eodem uicissim humano ore et more conloquitur.

1] Gen. 6, 7. 2] Act. 9, 4. 4] Matth. 25, 35. 17] Psalm. 33, 16. 18] Esai. 1, 20. 19] Gen. 8, 21. 20] Esai. 66, 2 et 1.

1 penitet *S* 3 *fortasse* iam *scribendum* conpacientis *S* affectum uidetur *c* 8 preditus *S* 9 hebreũ hebreo *S* gregum grego *S* 11 conformet *Hartelius*, confirmet *S* 12 dissonis (= iis, qui diuerso sermone utuntur) *S*, dissonas *Hartelius et Kruschius* et peccatoris] expectatas *v* peccatoris *uncis inclusi suadente Hartelio, retinet Kruschius coll. Ruricii ep. I 1* in pectore peccatoris 13 loquaturus *S* 14 homines *S* 15 intellectum nostrum *c* sonus *S* 16 testatur *v* 17 offitia *S* describens *v*, discribes *S* 21 scabillum *S* 23 ꝑ *S* efficiabili *v* 24 que *S, om. v* nominare *del. Kruschius suadente Mommseno* et *add. v, om. S* compellere *S* 25 dispicit *S* ut *v*, et *S* 26 conlocutus *v*

Ceterum dei ira iustitia est, dei furor seueritatis uigor est, dei iurasse definisse est, dei paenituisse sententia tamen saepe mutata, et, cum se persequente aliquo laedi dicit, crimen laedentis ostendit. intercluditur nobis omnimodis orationis ministerium omnisque ratio, qua deus uel intellegitur uel praedicatur, si haec humani sermonis commercia subtrahuntur. cur ergo dici inter ista non possit: sed sensit compatientis affectu?

Si ergo discutienti magistro simplex et aperta responsio satisfecit, transeamus ad tertiam quaestionem, qua ut respondeam praecipis, quae in rebus humanis corporea quaeue incorporea sentienda sint. ad haec aliqua non pro sensus mei praesumptione depromam, sed pro sanctorum opinione seniorum, praesertim cum haec animum laedere non possint et ad fidem nutrire possint et usque ad id, quo patri filius aequalis appareat, contra Arrianas armare atque erigere ualeant prauitates.

Ergo quando de tractatu altiori conlatio est, ad subtiliorem intellectum sensus et animus praeparandus est. nonnulli eruditissimi patrum alia adserunt esse inuisibilia, alia uero incorporea. quicquid creatum est materiam uideri et factori suo conprehensibile et corporeum esse definiunt. nam et animarum et angelorum naturam adserunt esse corpoream pro eo, quod initio circumscribatur et spatio. nam sicut in quodam sancti Hieronymi tractatu legimus: globos, inquit, siderum cor-

23] Hieron. comm. in Iob 25 (XXVI 727 Migne).

19 quicquid — uideri *affert Claud. Mam. I 10 (p. 50, 16 E.).* 23 globos—arbitrantur *affert Claud. Mam. I 10 (p. 51, 24 E.).*

1 ceterum *S* 2 penituisse *S* sententiã S^1 sepe *S* 3 mutata *Canisius*, muta *S* ledi *S* ledentis *S* 5 dꝫ *S*, dicitur *r* predicatur *S* 6 sermones *S* 8 discucienti *S* 9 terciam *S* questionem *S* 10 *a uerbis* praecipis *ut* respondeam *(sic!) incipiunt codices Claudiani Mamerti* precepis *S* 11 ad] *huc pertinere uidentur uerba a* S^2 *in marg. addita:* uentilationẽ huius questionis minime sensos *S* presumptione *S* 12 depromam *M*, promam *S* oppinione *S* 13 presertim *S* ledere *S* 14 possent *S* appereat *S* 15 erigere *M*, regere *S* 16 alciori *S* 17 preparandus *S* 19 materia *S* 20 conprehensibilem *S* 22 circumscribantur *r* spacio *S* 23 hyeronimi *S* globus *S* inquid *S*

poratos esse spiritus arbitrantur, et item: si angeli, inquit, caelestia etiam corpora ad conparationem dei inmunda esse dicuntur, quid putas homo aestimandus est? sed inter haec ideo tu animam negas esse corpoream, quia iuxta aliquorum opinionem nec localis sit nec qualitate ⟨aut quantitate subsistat, quod de sola dei maiestate⟩ credi debere manifestum est. legimus enim in quodam receptissimo patrum tractatu: ingredi, inquit, et implere omnia soli est possibile trinitati, quae sic uniuersae intellectualis naturae efficitur penetratrix, ut non solum circumplecti eam atque ambire, sed etiam inlabi ei et uelut incorporea corpori possit infundi. licet enim pronuntiemus nonnullas spiritales esse naturas, ut sunt angeli, archangeli ceteraeque uirtutes, ipsa quoque anima nostra uel certe aer iste subtilis, tamen incorporeae nullatenus aestimandae sunt. habent enim secundum se corpus, quo subsistunt, licet multo et inconparabiliter tenuius, quam nostra sunt corpora, secundum apostoli sententiam dicentis: et corpora caelestia et corpora terrestria. quibus pro manifesto colligitur nihil esse incorporeum nisi solum deum et idcirco ipsi tantummodo posse penetrabiles omnes ⟨spiritales⟩ atque intellectuales esse substantias.

Quae cum ita sint, obicis mihi ideo animam non esse corpoream, quia, ut dictum est, nec localis sit nec qualitate aut

8] Cassian. coll. VII 13 (II 192, 19 Petschenig). 19] I Cor. 15, 40.

1 si — aestimandus est *affert Claud. Mam. I 12 (p. 53, 13 E.).* 13 nonnullas—aestimandae *affert Claud. Mam. I 8 (p. 47, 22 E.), II 10 (p. 139, 16 E.).* 16 habent—sunt corpora *affert Claud. Mam. I 16 (p. 61, 10 E.).* 24 obicis—dubites *affert Claud. Mam. I 16 (p. 62, 2 E.).*

2 inquid *S* etiam *M, om. S* 4 est *M, om. S* ideo *om. r* 6 aut—maiestate *M, om. S* 7 enim *om. M* 8 inquid *S* 9 sic̃ *S* uniuersa *S* 10 paenitratrix *S* 13 nullas *S* 14 cetereqũe *S* 15 acerte *S* 17 et inconparabiliter *om. Cassianus* 18 tenuis *S* 19 dicentes *S* 20 p̃ *S* 21 collegitur *S* 23 spiritales *addidi ex Cassiano, om. MS Kruschius* atque *om. M* 24 que *S* incorpoream *r*

quantitate subsistat. quod cuius periculi sit ita ⟨credere in subsequentibus demonstrabitur. nunc uero⟩ in hoc tractatus nostri status habita discussione pendebit, ut si nec localis sit nec quantitati subiaceat, esse eam haud dubie incorpoream concedamus. si uero demonstraro eam quantitate determinari locoue concludi, consequenter eam etiam corpore contineri nec ipse iam dubites. quomodo non localis est, quae inserta membris et inligata uisceribus solis motibus uaga conditione substantiae tenetur inclusa? quodsi localem non esse animam ideo adserendum putes, quod per diuersa sensibus euagetur et cogitationibus differatur, primum intellegendum est, quod aliud sit animae status, aliud is, qui de anima nascitur, cogitationis affectus. quamobrem aut hoc potius aestimandum est, quod, si quando sibi aliquid imaginatur, magis cum suis intra semet ipsam motibus occupetur et, si quid aliud est, quod aspicere uidetur, magis ei in recordationis speculo describatur. nam quando absentem earum suum cogitat, numquid iam uelut ipso conspecto desideriis satisfecit? aut cum uerbi gratia Petri aut Pauli speciem intra mentis arcana depingit, numquid statim intimas paradisi sedes, ubi eos esse nouimus, penetrauit? aut cum sibi in corde diuitis illius flammas ex lectione proposuit,

21] Luc. 16, 22.

7 quomodo—inclusa *affert Claud. Mam. III 14 (p. 181, 14 E.).* 11 aliud—describatur *affert Claud. Mam. I 24 (p. 84, 4 E.).* 17 quando—satisfecit *affert Claud. Mam. I 25 (p. 87, 14 E.).* 21 cum—descendit *affert Claud. Mam. III 13 (p. 178, 24 E.).*

1 sit periculi *r* credere—uero *om. S* consequentibus *Claud. Mam. I 16* 2 demonstrabimus *Claud. Mam. l. l.* hac *r* tractatus *M*, status *S* 3 status *M, om. S* 4 quantitate *S*, qualitati *r* aut dubie *S*, indubie *Claud. Mam. l. l.* 5 demonstraro eam *Canisius*, demonstrare eã *S*, eam demonstrauerimus *M Kruschius*, demonstrauero eam *r* 6 corpori S^1 7 dubitis *S* 9 assumendum *r* 11 deferatur S^2 12 his *S*, hic *r* 13 aut *om. M*, ut *r*, *sed cf. Claud. Mam. p. 84, 6 E.* 15 occupatur *Mr* illud *S*, *sed cf. Claud. Mam. l. l.* 16 recordationis *M et Claudianus l. c.*, cordationes S^1, cordationis S^2 discribatur *S* 17 suum earum *r* iam *om. M et Claud. Mam. l. l.* 18 conspectu *S* desideriis *Claud. Mam. l. l.*, desiderii *S*, desiderio *M* 19 si *ante* speciem *add. S* 20 paradysi *S* nouimus S^2, nouissimos S^1

numquid iam ad tormentorum eius loca ac uinis inaccessibilia inferi profunda descendit?

Haec omnia procul dubio aut secum intra pectoris arcana per uarias similitudines fingit aut certe, si extra animae sedem instabilis cogitatio lubrico motu agitata discurrit, hoc ipsud localiter agit. et siue urbem siue quamcumque regionem cogitet, ibi tantum sensu commorante defigitur, quo animi intentione raptatur. imaginari sibi aliqua potest, complecti omnia simul non potest. cum ergo anima Alexandriam uel Hierosolymam cogitauit, si uere illic tota sui praesentia, ut arbitraris, interfuit, referat nobis situs locorum, uultus hominum, motus actusque populorum. sed hoc ipsud, quod nunc inter nos commercia sermonum mutua spiritus actione miscemus, loqui me uobiscum sed apud conscientiam meam sentio, ad nos uero me accessisse non sentio. nam si uere anima cum suis ferri sensibus creditur, et his, quorum reminiscitur, ipsa per se suis cogitationibus praesentatur. ecce per haec praesentis temporis momenta uos cogito et animo reminiscente uos uideo et quorum ⟨reminiscor⟩ omnimodis, quid geratis et utrum quieti an lectioni uel orationi uacetis, ignoro. sed hoc ideo euenit, quia ad uos cordis affectu, non ipsa substantiae meae ueritate peruenio. neque enim in suis motibus, quos nunc optimos nunc pessimos esse sentimus, animae nostrae natura consistit. nam si per cogitationes suas constare credenda est, cur eis interdum euanescentibus atque pereuntibus ipsa in sui uigore atque alacritate perdurat? quantae ergo in nobis frequentissimae cogitationes et curae etiam salubriter moriuntur et uitae magis

9 anima—populorum *affert Claud. Mam. III 10 (p. 172, 1 E).*

1 eius tormentorum *r* loca ac uinis *M*, loco cuius *S* 2 inferri *S*, inferni *r* discendit *S* 3 inter *S* 5 instabili *S* motu *S* 9 animã *S*[1] alexandri]am *S (a in ras.)* hyerusolimã *S* 10 si uere *M*, siue *S* (ut *S (erat* aut*)* 11 motus] ritus *M* 12 ipsũ *S* 13 actione miscemus *M*, actionẽ scimus *S* loqui me *M*, loquimur *S* 14 uero *M*, *om. S* 15 accessisse *S* 16 reminiscimur *M* 17 presentatur *S* presentis *S* 18 reminiscentes *S* *pro* et *post* uideo *exspectaueris* sed quorum *om. M Kruschius* 19 reminiscor *addidi coll. lin. 16, om. MS* 25 euaniscentibus *S* 26 quante *S* frequentissime *S* 27 cogitacionis *S*

libertati interioris operantur! si ipsis anima constaret, absque dubio ipsis pereuntibus superesse non posset. unde hoc magis ipsa conscientiis nostris ratio loquitur, quod unaquaeque anima aut multiplicia cogitata rerum causis intra se concepta parturiat aut sensus suos uelut quaedam officia aut ministeria diuersis necessitatibus occupanda dispergat, ipsa uero in conclaui corporis sui semel de eo exitura requiescat.

Quamobrem localem esse ipsam ut denno sufficiens proferamus exemplum, nonne anima Lazari morante uita intra corpus fuit, recedente autem uita de habitaculo corporis exulauit et rursum intra exanimum refusa corpus illo, unde absentauerat, euocata remeauit? tunc eam, quam et hospitii habitatione depulsam et rursum intra hospitium, unde absentauerat, restitutam uides, localem non esse contendis? sed quid ego haec de corruptibili homine loquar, cum ille, cuius caro non uidit corruptionem, inmaculatam quidem animam possederit, sed localem, quam utique intra se habuit, quando adfixus est in patibulo, extra se procul dubio emisit, quando iacuit in sepulchro, quomodo non est localis, quam caro continet, coniungit uita, mors separat? quodsi, ut dicis, localem necessitatem animarum natura non recipit, non desunt ergo et de regione paradisi illae, quae carcere clauduntur inferni? dic, quaeso, si locales non sunt, quomodo peccatores a coetibus consortiisque iustorum uastum illud chaos tristi interiectione discriminat, ut

15] Act. 2, 31.

22 si locales—transmeare *affert Claud. Mam. III 9 (p. 169, 2 E.).*

1 libertati *r*, libertatis *M Mommsen*, liberati *S Kruschius* 2 possit *S* 3 nos *S* unaquequae *S* 5 sensus suos uelut *om. M Mommsen* quadam *S* offitia *S* 6 occupandis S^1 *corr.* claui *S* 9 morante *S (an man. alt.)*, manente *r et M* 11 intra exanimum *M*, extra animũ *S* se *ante* absentauerat *utroque loco add. Mv* 12 tamquam *Mr et Kruschius* ex *r* hospicii *S* 13 inter *r* absentiauerat *S* 14 uidis *S* et *ante* localem *add. Mv et Kruschius* contendisse *S* ergo *S* 18 extra *M*, intra *S* 19 contenit *S* uita coniungit *M Kruschius* 20 quod si ut *M*, quod sic̃ *S* 21 recepit S^1 paradysi *S* 22 ille *S* 23 consorciisque *S* 24 iustum *r*, uacuum *Claud Mam. III 9*

neque hinc illuc possint accedere neque inde huc transmeare? iam illud manifestissimum est, ut quantitate circumscribantur, quae spatiis continentur. si agnouisti animam localem, concede corpoream. dic mihi, anne ipsa gloriosi anima redemptoris nostri reliquit mundum, quando conscendit ad caelum?

Ego autem ne angelos quidem locales esse dubitauerim, quos certum nunc in caelestibus contineri, nunc per aeris uacuum ferri, nunc ad terrena dimitti, quos sermo diuinus ascendentes et descendentes in patriarchae uisione describit, qui utique, si locales non essent et ubique essent, adesse atque discedere ascensu descensuque non possent. ipse beatissimus Gabriel, qui se ante dominum adstare testatur, cum caelorum dominum Mariae infundendum uisceribus nuntiaret eumque sub dominicae oculis genetricis adsisteret, sine dubio caelo deerat, maria non supernolabat, uacua atque diffusa nasti aeris non inplebat, sed illum tantum locum, in quo aderat, occupabat. quae cum ita sint, quicquid locum occupat, corpus est et nescio, quomodo locali lege non teneatur, qui de loco ad locum mittitur et uelut corpus motu accessuque transfertur, mole descendit, mobilitate discurrit, uadit, redit, absentat, ascendit. uel ille, credo, localis est, qui ex eo in caelo non est, ex quo est eiectus e caelo, nec se solum localem esse prodidit, qui secum tertiam partem stellarum ex alto proturbatus abstraxit. dic mihi, si corpus non habet, in illa deiectione quid decidit?

1] Luc. 16, 26. 9] Gen. 28, 12. 13] Luc. 1, 19. 24] Apoc. 8, 12.

12 ipse—occupabat *affert Claud. Mam. III 6 (p. 162, 7 E.).*

1 illuc *r*, illud *S*, illo *M* possit *S* 2 ut] quod *r* 5 consurrexit *M* 8 est *post* certum *add. M* celestibus *S* uacuũ *S*, uacua *M* 10 discribit *S* 11 qui *om. S* adesse] esse *S* 12 discendere *S* discensoque *S* possint *S* 13 gabrihel *S* dñm *S*, deum *M* 14 marie *S* 15 adsisterit S^1, adstaret *Claud. Mam. III 6* 16 deerat *M*, erat *S* uenti *ante* nasti *add. S* 17 inplebat *M*, placebat *S* tantum modo *M* quo *om. S* aderat *S cum Claud. Mam. l. l.*, erat *M* 18 que *S* ista *S* et *om. S* 20 mutu S^1 accessoque S^1 21 discendit S^1 discendit *S* 22 illo *S* est qui—e caelo *om. S* 23 solum] solidum et *Kruschius* 24 terciam *S* 25 quid decidit *Schottus*, qui decidit *S Kruschius*, quid cecidit *M*

quid illi negas corporalem naturam, cuius negare non audes ruinam? et si, ut dicis, corpus non habet, non ardebit. ubi autem nisi in corpore sentiet ignem illum, qui paratus est diabolo et angelis eius? iam illud dici superfluum puto illum de aeris istius conuersatione quandam crassitudinem de elementorum concretione traxisse. dic mihi, si corpus non habuit, ubinam in aere concretio, ubi sese haec ipsa nescio quae colligere potuit crassitudo, si secum aliquid corporale de illa caelesti arce non detulit? alienum, ut uideo, corpus ad tormenta portabit. corpus itaque esse etiam ex tua adsertione recognosce. corpus est, quod inficitur, quod maculatur, quod quacumque ex accedenti adiectione uitiatur.

Hic ergo dudum primogenitus angelorum nunc princeps factus est tenebrarum et quasi corporeus pulcher ante, nunc degener, dudum caelesti splendore conspicuus, nunc tetro infernalis peccati horrore foedatus. corpus, inquam, est, quod habitatione depellitur, quantitate circumscribitur, qualitate mutatur, dolore conficitur. quae cum ita sese habeant, qui incorpoream dicunt animam, uide, in quam profundum se crimen inmergant. iam primum cum auctor uniuersitatis deus omnia in numero et pondere fecisse referatur, ergo anima a materia uniuersae creaturae excepta esse creditur, quae non est corporea nec localis est, si loco non continetur, ergo ubique diffunditur, omnia intrare, inplere et ubique praesens esse dicitur ac, si creatori suo creatura sociaretur et fragilitas auctori suo, non

3] Matth. 25, 41. 20] Sap. 11, 21.

9 alienum — portabit *affert Claud. Mam. III 8 (p. 167, 22 E.).*

1 audis *S* 2 si ut *M*, sic *S* 3 qui paratus—illum *om. S* 5 de] in *r* quendam *S* 7 habet *r* ubi *r* in aere *M*, inhaerere *S* sese *M*, se *S*, se *ante* potuit *colloc. r* que *S* 8 collegere *S* 9 arche *S* ut] & *S* tormentum *r* 10 portabis *r* sua *r* 11 recognusce *S* infinitur *S* 12 quecũque *S* uitiatur *M*, uertatur *S* 13 princeps *M*, primus *S* 14 tenebrorum *S* et quasi — *pag. 180, 22* habere naturam *non exstat in codicibus Claudiani* digener S^1 16 habitatione *Mommsen*, habet actione *S* 18 sese *scripsi*, esse *S*, *om. r* habeat *S* quin corpoream S^1, qui incorpoream S^3 19 animum *S* 22 que *S* 23 ego *S* 24 presens *S* si *Schottus*, sic *S*

iam res dei, sed pars dei aestimanda iungitur. uide, quo adsertores suos ducat alti prolapsus erroris. equidem nobis ea, quae supra nos sunt, inuisibilia sunt, sed omnia illi, sicut conprehensibilia, ita et corporea sunt, qui ex nihilo fecit omnia, quae sicut opere instituit, ita et materia incorporauit et rebus omnibus, inter quas et anima censetur, sicut distribuit pondus, numerum ⟨atque mensuram⟩, ita et posuit quantitatem.

Inter haec si forte, ut dictum est, adserendum aliquis putet, quod illa angelicae subtilitate naturae quaedam contagio aeris huius admixtione collecta flammis inuenietur obnoxia, ergo in aere solo, prout ait, si aereum est, quod ardebit, non in illo, sed extra illum poena desaeuiet. sed absque dubio non aliud est quam substantia corporis, ubi dominari poterit uis doloris. uide, quo tendat inprudens et inperita persuasio, quae, incorporeum cum loquitur, etiam inconprehensibilem confitetur ac sic condito adscribit operi, quod soli conpetit conditori, ac rebus creatis communicat priuilegia maiestatis et indebitam facturae potentiam usque ad factoris extendit iniuriam. si bene requiramus, ad quos rerum exitus animum referas, haec uel maxime diabolum credulitas ex illa beatae sedis statione deuoluit et propter hoc angeli perdidit dignitatem, dum se dei praesumit habere naturam.

Unus ergo deus incorporeus, quia et inconprehensibilis et ubique diffusus, ex nullius enim facturae corporeae ⟨materia⟩

4 qui ex — quantitatem *affert Claud. Mam. II 3 (p. 105, 16 E.).*

1 aestimanda] deo *add. Mommsen* 2 prolapsus *Claud. Mam. II 3,* pro lapsos *S,* per lapsus *r* errores *S* equidem *v,* quidem *S* 3 illa *v* 5 que *S* incorporauit *Claud. Mam. l. l.,* corporauit *S* 7 et *ante* numerum *add. v* atque mensuram *addidi ex Claud. Mam. l. c., om. S* quantitatem *Claud. Mam. l. c.,* qualitates *S* 8 hae *S* 9 subtilitas *r* quedam *S,* quadam *r* contagione *r* 10 inueniatur *r* 11 in aere solo *v, pro* aere *uidetur* dio *exstare in S,* in diabolo *Kruschius* 12 extra *v,* ex *S* desaeuiet *Hartelius,* desatui & *S,* desaeuiret *r* 14 quae *scripsi,* qui *S* 15 incorporeum cum *scripsi,* incorpore cum *S,* incorporeum eum *Kruschius in indice s. u.* loqui, incorporeum *v* 17 communicant *S* 18 facturae *scripsi,* futurae *S,* creaturae *r* 20 maximae *S* crudelitas *r* 22 habere *suprascr. S*[1] 24 corpore *r* materia materiale *Hartelius,* materiale *MS, an* materia ille *scribendum?* corpore materiale *Mommsen,* re materiale *Kruschius (in emendandis p. LXXVII)*

materiale sumpsit exordium, et ideo coaeternus filius patri, quia ex nullo opere conditus nullisque initiis circumscriptus super omnia, quae figulo suo conprehensibilia atque corporea intra mundi corpus operatus est, incorporea maiestate diffunditur, ex ingenito genitus, id est ex patre, sed semper cum patre his, quae excitauit ex nihilo, indiscreta sancti spiritus societate dominatur. Amen.

IIII.

DOMINO PATRI PARITER ET PATRONO FAVSTO PAPAE PAVLINVS.

Scribere nobis hinc retinet metus, inde compellit affectus atque inter utrumque ita mens incerta iactatur, ueluti cum temerarius nauta dubiae committit uela fortunae, sed ego, qui in te certum habeo portum, assumo mihi saepe incerti cursus euentum, elegi tamen, ut potius fastidium generem quam reatum, agnoui enim optime, quod epistulas meas sine fastu domnus meus Faustus excipiat, sed quia domnus meus Marinus eremita, uir sanctus et nimia districtione metuendus, tantum mihi indixit grandi seueritate timorem, percontator accedo, sum peccatis carnalibus inuolutus, omnia, quaecumque potest criminosus, exerceo, cum diem humanae sortis impleuero, paenitentiam sum subitam consecutus, si excludat pro parte peccatum an ad integrum, opto cognoscere aut, si unitam credentes trinitatem perpetuis poenis atque cruciatibus, flammis tormentisque omnibus corporalibus uitiis non peccantes in spiritu torqueantur.

1 sumsit *S* quoaeternus *S* 2 circumscribtus *S*, circumscribitur *e* 4 mundū *S* 5 id *suprascr. S*[1] 6 quae] qui *S* nihilo] ex *add. S* 7 dominator *S* 8 *haec epistula non exstat in S, seruata autem est codicibus Parisinis lat. 12097 saec. VI—VII (R) et 1564 saec. VIIII (Q), quorum lectiones uariantes ex Kruschii editione Fausti aliorumque et Ruricii epistularum adiuncta Luetiohanni editioni Apollinaris Sidonii (Monum. Germ. hist. auct. antiquiss. VIII) p. 275 sq. desumpsi:* incipit epistula paulini ad faustum epm̃ *R*, LXX incipit epistola paulini ad faustum *Q* 9 pariter *om. Q* 10 compellet *Q* 12 committet *Q* 14 genere *Q* 15 optimae *R* faustu *Q* 17 distrinctione *Q* 18 tanta *Q* seueritatē *(R)Q* percontatur *(R)Q* accedo—inuolutus *om. Q* 20 die *Q* 21 omnibus] pro *add. Q Kruschius*

Mea haec sententia est, quod, si omnia haec Christianus excipiat, nihil amplius suscipere ualeat Arrianus, aut utrum anima uinculo seclusa corporeo custodia aliqua mancipetur an carcere clausa teneatur aut utrum inter auras incerta iactetur. et quia scio, quod in ea hora omnis cogitatio perit, si admittis, dignanter interrogo, utrum et bona et mala cogitatio de anima, quae probatur immortalis esse, descendat, an aliqui sensus intellectusque seruetur, aut utrum aliquid de honesto sentit affectu. et quia bonis scimus uniuersa concedi, ut etiam ampliora uiuis possint praestare post mortem, malis quid aut detur aut adimatur, agnoscam aut ipsa anima corporea an incorporea melius uocetur, edocear et, quia caro infirma est, spiritus autem promptus, quam peccati communionem anima pro corporali errore suscipiat, scire ignarus exopto aut, quae est immortalis, quomodo pro mortalibus uitiis torqueatur, uel utrum anima et spiritus idem sint aut quomodo segregentur, agnoscam.

Nam praedictus uir ita me sub sacramenti etiam interpositione conterruit, quod, qui corporalibus uitiis succumberet, nullam possit ueniam promereri, sed in hisdem seruetur ipsa resurrectione suppliciis nec possit expiari infernalibus tormentis, quod corporalibus ⟨uita⟩ uitiis concreta contraxerat. tamen ita

12] Matth. 26, 41; Marc. 14, 38.

1 mea — Arrianus *Hincmarus de praedestinatione dei c. 35 (CXXV 372 Migne) citat* xp̃ianos *Q* excipiet *Hincmarus* 2 amplius *om. Q Hincmarus* arrianos *Q* 3 aliqua macipetur *R*, alia quã acipetur *Q* an] aut *coni. Mommsen, sed cf. lin. 6* utrum . . an . . aut utrum 4 in aura *Q* iactatur *Q, fort. recte, cf. lin. 9* sentit, *nisi forte* sentiat *scribendum est* 5 omnes *Q* admittetis *Q* 7 *num* aliquis *scribendum?* 8 dehonestũ sentet affectũ *Q* 10 possent *Q* 11 adimatur] dabitur *Q* an incorporea *om. Q* 13 communione *Q* 14 corporale *Q* scire — *p. 183, 7* ignoro *Hincmarus affert l. c.* aut] ut *Hincmar.* 15 inmorlitas *Q* uitiis] anima *add. Hincmar.* torqueator *(R)Q* 16 et *om. Q* 18 uir *om. Q,* Marinus *add. Hincmar.* sacramenta *Q* 19 obcũberit *Q,* occubuerit *Hincmar.* 20 posset *Q* promerire *Q* 21 supplicis *Q* posset *Q* expiare *Q Kruschius* 22 quae *Mommsen* uita *addidi, om. RQ Hincmar.* uitiis] diuiciis *Q,* diu uitiis *Hincmar.*

miserrimus credo, quod, qui semel susceptum signum diuini nominis et infixum fronti character domini nostri numquam mali sibi conscius uel subdolus falsator infregerit, susceptis leuiter pro expiando errore tormentis purum aerium sensum et simplicis animae ignem die consumpta producat. nam si uniuersa haec, quae interminatur domnus meus Marinus, excipimus peccatores, quid maius impii mereantur, ignoro. da ueniam, quod pietati uestrae iniuriam moueo, dum doceri a magistro ueterano nouus quandoque discipulus futurus exopto.

V.

DOMINO INSIGNI ET SUMMO MIHI HONORE SPECIALITER EXCOLENDO PAULINO FILIO FAUSTUS.

Admiranda mihi semper tuarum pagina litterarum nunc abundantius gemina eloquii ac fidei luce praefulsit, dum super statu animae rogitat et timore sollicito iudicia futura suspirat. ait quodam loco sermo diuinus: recte interroganti sapientia

16] Eccli. 24, 46?

10 cf. Auitus in epistula ad Gundobadum p. 29 Peip.: et quia legistis consulenti cuidam Paulino Burdegalensi ab episcopo supradicti nominis *(scil. Fausto)* fuisse responsum: cuius temporibus Paulinus quidam (deus uiderit, utrum is, quem memoratis, tamen Burdegalensis) non pauca stilo catholico et inreprehensibili fide conscripsit: praefati haeretici mentionem idcirco praemisi, ne Manichaei ipsius Fausti opus infaustum citeriorem hunc, quem etiam gloria uestra nouerat, ortu Britannum habitaculo Reiensem, titulo nominis accusaret.

2 fronte *Hincmar.* malis ibi *Q* 3 falsatur *R* infrigeret *Q*, infringet *Hincmar.* 5 die *Kruschius*, dies *(R)Q*, diu *Hincmar. probante Mommseno* 6 qui *Q* dominos meos *Q* excipemus *Q*, excipiemus *Hincmar.* peccatores *om. R, sed cf. pag. 193, 23* 7 magis *Q* pietate *Q* 8 doceri *R*, docere *Q* ueterano] ueneri *Q* 9 discipulis *Q* exopto] explicit *add. Q* 10 *epistulas V—VII exhibet praeter codicem S cod. Parisinus lat. 1564 (Q) saec. VIIII, qui antecedentem quoque epistulam habet;* DOMINO — FAUSTUS] LXXI. incipit epistola sci fausti (faustus Q^1) ad benedictum paulinum *Q* 11 geminae eloqui *S* ac] et *(Q^1)* prefulsit *S* 15 rogitat et] rogitat *Q*, cogitans *c* inditia *S* 16 diuinos *Q* interroganto *Q*

reputabitur. quaedam enim scientiae portio est scire, quid nescias, et ea, quae ignoranter non intellegas, prudenter inquirere.

Primo loco inquirendum putasti, utrum incumbentibus extremae necessitatis angustiis momentanea paenitentia capitales consumere possit offensas. ipse sibi inimica persuasione mentitur, qui maculas longa aetate contractas subitis et iam inutilibus abolendas gemitibus arbitratur. quo tempore confessio esse potest, satisfactio esse non potest. nam quia deus non inridetur, ipse se decepit, qui morti multis temporibus uixit et ad quaerendam uitam iam semiuiuus adsurgit, ut tunc officiosus appareat, quando dominicae seruituti omnia corporis et animae subtrahuntur officia. circa exsequendam interioris hominis sanitatem non sola accipiendi uoluntas, sed agendi expectatur utilitas. ita enim legimus: si, inquit, peccator paenitentiam egerit pro peccatis suis (egerit memorauit, non solum dixit acceperit), in sua iustitia, quam operatus est, uiuet. aduertis, quod huiusmodi medicina sicut ore poscenda, ita opere consummanda est. insultare deo uidetur, qui illo tempore ad medicum noluit uenire, quo potuit, et illo nunc incipit uelle, quo non potest. opus itaque est, ut, quanta in peccando fuit abruptae et uegetae ad malum mentis intentio, tanta sit in uulnerum curatione deuotio.

Secundo quaesisti loco, utrum sola sufficiat ad salutem fides et unitae scientia trinitatis. in rebus diuinis non solum cre-

8] Gal. 6, 7. 14] Ezech. 18, 21.

3 cf. ep. IIII p. 181, 21. 23 cf. ep. IIII p. 181, 22.

1 porcio *S* quod *r* 2 nescis *r* et] ut *Kruschius* intelligis *r*, intelleas *Q* inquirere *r*, inquiras *QS Kruschius* 3 inquaerendo *Q* utrum] si *(Q)* extreme *S* 4 penitentia *S* capitalis *(Q)* 5 consumere—sibi *om. (Q)* 6 etiam *S* 7 abolenda *Q* 8 ñ ridetur *S* 9 morte *Q*, mortem *r* uicit *r* 10 querendam *S* uiam *r* adsurget *Q* 11 seruitute *S* corpores *Q* 12 offitia *S* interiores *Q* 13 solum *(Q)* 14 inquid *S* 15 egit *r* 16 sua] inquit *add. Q Kruschius* 17 uiuet *scripsi*, uiuit *QS* 20 tunc *Q Kruschius* quando *Q*, quam *r* 21 peccando *ex* peccato *S* abrupta et uegeta *r* uegitae *S* mentes *Q* 23 secundum *Q* quesisti *S* proficeat *Q* fides et *om. Q Kruschius coll. Paulini epist. p. 181, 22* 24 unitae *Q*, unitate *S*, unicae *r* fides ex unitate sc. t. *Canisius, fort.* fides ex unitae sc. t. *scribendum* trinitates *Q* diuinis *r*, dī *S*, dei *Q Kruschius*

dendi ratio requiritur, sed placendi. fides ergo nuda meritis inanis et uacua est, sicut apostolus dicit: quid prodest, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid potest fides seruare eum? sequitur enim et dicit: fides, si non habeat opera, mortua est in semet ipsa. sed dicit quis: tu fidem habes et ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. secundum haec sufficere per se sola credulitas non probatur. nam deum scire et credere etiam diabolus inuenitur, sicut idem apostolus dicit: tu credis, quoniam unus est deus, benefacis, nam et daemones credunt et contremiscunt. uis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est? et ne spem nostram in sola fidei parte ponamus, ita conclusit: sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est, sine quibus inanem esse hominem dixit. multum similium testimoniorum studio breuitatis omittimus. apostolus Paulus, de cuius pectore quasi de templo suo dominus loquebatur, numquid solam fidem sibi iudicauit ad superanda mundi mala posse conpetere ita dicens: castigo corpus meum et in seruitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicauero, ipse reprobus efficiar? ecce per uitia corporis reprobus fieri metuit, iam probatus per mortifera carnalium contagia passionum uas contumeliae fieri pertimescit, qui iam uas electionis effectus est.

2] Iac. 2, 14. 5] Iac. 2, 17. 11] Iac. 2, 19. 16] Iac. 2, 26. 22] 1 Cor. 9, 27. 26] Rom. 9, 21.

1 requiretur *Q* se *S* fidei *Q* 2 prod est *Q (ras. e)* 3 se dicat *r* 4 fides *om. Q* et dicit *om. r* 6 operam *QS* abeo *S* 9 solam credulitatem *r* deum *scripsi,* dum *QS* 10 diabulus *S* 11 q̃m̃ *S,* quod *r* et *om. S* 12 demones *S* 13 q̃m̃ *S,* quod *r* mortua—operibus *add. in marg. inf. Q*[1] 14 habraham *Q* 16 enim *om. r* 19 braeuitates *Q* omittemus *Q,* omittam *r* 20 pec tore *Q (ea in ras.)* 22 corpus meum castigo *(Q)* 23 predicauero *S* 24 effiar *Q* corpores *Q*[1] fieri metuit iam] fieri ‿m& uitam *S*[1], *corr. S*[2] metuit] pertimescit *(Q)* 25 mortiferam *Q* contagilia *Q* 26 contumiliae *S* pertimiscit *S,* metuit *(Q)* quia iam *S,* quiaam *Q* electiones *Q*

Uideamus, si uitae suae prodigum fides sola defendat. et baptizatos, ut dicis, iam perire non posse. agnosce, quomodo mala carnalia alienum a deo faciunt obscenarum mancipium uoluptatum. ad Galatas ait apostolus: manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, inmunditia, luxuria, homicidia, ebrietates, comisationes et his similia, quoniam, qui talia agunt, regnum dei non consequentur, aut ad Ephesios: omnis fornicator aut inmundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habebit hereditatem in regno Christi et dei. idolis, inquit, seruiens: quando aliquid illa cupiditate diligitur, qua deus diligi debet, affectus huiusmodi idolis conparatur. hic sine dubio exclusus a regno inferno et morti est mancipatus, multos autem baptizatos salua fide diuersis generibus in aeternum perire manifestum est. arguit sermo diuinus non transgressores fidei, non baptismi uiolatores, sed qui misericordes esse neglexerunt, dicens: iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam, et iterum: esuriui et non dedistis mihi manducare, sitiui et non dedistis mihi bibere, hospes fui et non collegistis me, nudus et non operuistis me. si hic sinistri gregis numerus donum baptismatis ignorasset, infidelitatem eis et impietatem primitus obiecisset, sed baptizatos licet, ab operibus tamen bonis uacuos morti deputat et

1] Act. 9, 15. 4] Gal. 5, 19. 8] Eph. 5, 5. 17] Iac. 2, 13. 18] Matth. 25, 42.

1 prodigo *Q* 2 baptizatus *Q Kruschius* possit *r Kruschius* agnusce *S* 3 a deo *Q*, dñi *S* faciant *Q Kruschius* 4 galathas *S* 5 carnes *Q* inmundicia *S* luxoria *S* homicia *Q*, homicidium *r* 6 ebrietatis *S* comesationes *S* quoniam *om. r* 7 aguntur *S*, faciunt *r* consequenter *Q* 8 aut *scripsi*, ait *S Kruschius*, item *(Q)* ephesius omnes fornicatur *Q* 10 *uerba* idolis, inquit—conparatur hic *om. Q probante Mommseno* inquid *S* 11 quam *S* dilegi *S* 13 morte *P* mancipandos *Q*, mancipandus *r* multus *et* baptizatus *Q* 16 sed] eos *add. Q Kruschius* misericordis *Q* neclexerint *Q*, neglexerint *r* 17 iuditium *S*, iudice *Q*, iudicari *r* misericordiae *Q* ei] et *Q*, eum *r* fecit *Q Kruschius* 18 misericordia *Q* 19 hospis *S* 20 eram *Q Kruschius* me *post* collegistis *om. Q* 21 domum *S* 22 nuitus *S* baptizatus *et* uacuus *Q* 23 mote *Q*

flammis perennibus derelinquit et seueritatem sententiae ita concludit: discedite, inquit, a me maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius, et rursum: triticum congregabit in horreum suum, paleas autem conburet igni inextinguibili, similiter: hi, inquit, ibunt in uitam aeternam, illi uero in ignem aeternum. inter haec uideat quisque, ne mendacem arguat deum de pollicitatione praemii, qui dubitat de aeternitate supplicii. non ita est, nam qui nouit honorare merita, nouit punire peccata. tria itaque haec capitalia, sacrilegium adulterium homicidium, nisi hic perfectae paenitentiae fuerint expiata remediis, perennibus illuc concremabuntur incendiis. hos itaque inmisericordes a fide et baptismo non legimus declinasse, sed perpetuam mortem diuina cognoscimus auctoritate meruisse.

Et hoc etiam animum tuum prouida in posterum cura sollicitat, utrum animae exutae corpore sentiendi et intellegendi uigorem adfectumque non exuant. interrogemus diuitem illum in euangelio non inter auras, ut poetarum deliramenta asserunt, oberrantem, sed in inferni carcere ex illorum numero, qui inclusi poenam expectant, inter flammas conscientiae ante diem iudicii constitutum, pro fratrum, qui adhuc in hoc mundo positi erant, emendatione sollicitum conloquia cum Abraham per

2] Matth. 25, 41. 4] Matth. 3, 12; Luc. 3, 17. 5] Matth. 25, 46.

15 cf. ep. IIII p. 182, 7.

1 derelinquid *S* 2 inquid *S* maledicti a me *r* 3 quia *Q* preparatus *S*, paratus *Q Kruschius* diabulo *S* 4 congregabit *scripsi*, congregauit *QS* 5 conburit *Q*, combussit *r* igne *(Q)* inextinguibile *Q* hi *om. Q* inquit *scripsi*, inquam *QS Kruschius, qui male cum rell. editt.* similiter *e loco Matthaei desumptum esse opinatur* 6 ignem| suppliciō *Q*, supplicium *Kruschius* 8 quid *Q* 9 honorare merita nouit *om. r* ponire *Q*, ponere *S* 10 trea *S* 12 illi *r* inmisericordis *Q* 13 leges *Q*, legis *r* 14 cognoscemus *Q*, cognoscis *r* auctoritatē *Q* 15 posterum| futurum *(Q)* 16 senciendi *S* 17 illo ex euangeliū *Q* 18 inter auras *Kruschius ex Paulini epistula p. 182, 4.* in tercuras *S*, in terras auras *Q*, in terris aureis *r* deleramenta *S*, doleramenta *Q* 19 in *om. Q* carcerem *S* inclausi *Q* 21 positi *om. r* 22 emendacione *S* colloqui *r*

interiectum chaos uastissimum sedula obsecratione miscentem et uiuaci germanorum recordatione pulsatum ita pro uiuentibus supplicasse: rogo te, inquam, pater Abraham, ut mittas Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi ueniant in hunc locum tormentorum et, si quis ex mortuis ierit ad eos, paenitentiam agant. ecce in inferni ergastulo carceratus nullum iam de se habens remedium tamen antiquum circa suos seruat affectum et, dum damnatus pro peccatoribus rogat, magnam intra paradisi nemora respirantibus iustis pro carorum suorum commodis curam esse demonstrat.

Quod autem requiris, quid malis post finem aut detur aut adimatur, iniquis, de quibus legitur: desiderium peccatorum peribit, terrenorum cupiditate et honorum ambitione submota solum reddendae rationis pondus et metus intolerandi examinis inminebit nec auferentur sensus, sed ad cogitationem alterius saeculi magis expediti alacresque reddentur.

Quod autem de ipsa anima, utrum corporea an incorporea sit, postulas edoceri, itaque, quod temporibus non includitur nec locorum terminis cohercetur, quod soli deo conpetit, hoc tantum incorporeum esse cognosce, sicut unus doctorum eximius disserens cuidam sciscitanti, ubi esset deus, ita respondit: deus non alicubi est: quod alicubi est continetur loco, quod

1] Luc. 16, 27. 28. 30. 13] Psalm. 111, 10.

12 cf. ep. III p. 182, 10. 18 cf. ep. III p. 182, 11.

1 sedulam obsecrationem *v* obsecracionem *Q* 2 uiuace germenarum *Q* 3 *num* inquit *scribendum coll. p. 187, 5?* 4 elazarum *S* domo *Q* 5 testitur *Q*, testificetur *r* ille *Q* ipse *Q* 6 qui *(Q)* 7 ad eos *om. S* agent *Q Kruschius* in *superscr. S*[1], *om. Q Kruschius* ergastolo carceratus *S*, angusta damnatus qui *Q*, angustia damnatus *r* 8 iam *om. S* remedium habens *r* 9 circa suos] in fratribus *Q*, in fratres *r* 10 inter *(Q)* nemorat *Q* 12 requires *Q* malis *S* audetur *S* (t *suprascr. man. alt.*) 13 adimitur *S* leginus *(Q)* 14 et bonorum *(Q)*, bonorum et *v* ambitioñ *S* 15 reddende *S* rationes *Q* metus] co&us *S* intollerandi *S* 16 inminib; *Q*, inminebit *om. r* ad *om. (Q)* 17 alacrisque *(Q)* reddent *r* 19 postula se doceri *S* edocere *Q* includetur *Q* 21 doctor *(Q)* 22 diserte *r* respondit ita *r* 23 est: quod *interpunxi, nisi forte* est, quia) quod *scribendum est*

continetur loco corpus est. quae cum ita sint, omnis caro corpus, non omne corpus et caro est, [et] quia non solum anima, sed etiam angelorum inuisibilis caelestisque substantia sicut localibus spatiis continetur, ita auctori suo corporea esse et conprehensibilis adprobatur. quid est enim nisi corporeum, quod de supernis sedibus proturbatum loco cessit? quid est, quod sensit ruinam? quid est, quod aeternae flammae obnoxium praeparatur ad poenam? sed et ipse beatus Lazarus post linguas famulantium canum susceptus manibus angelorum, de quo legimus: factum est, ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinus Abrahae, corpoream esse docuit animam suam, dum in sinus Abrahae, id est in remotum beatumque secretum angelicis infertur obsequiis. de anima autem sua sanctus propheta pronuntiat: educ, domine, de carcere animam meam, id est de hospitii corporalis angustiis. unde pro factura eius, quae uel peccatorum iaculis uulneratur uel usque ad diuinae imaginis decus per qualitates mutata prouehitur, absque dubio et deo et angelis, a quibus conprehendi et transferri potest, corporea esse euidenter ostenditur.

Requirendum est autem inter ista, quid illud sit, quod, cum uterque homo, id est anima et corpus, adhuc in paradisi regione diabolo persuadente deliquerit, sola caro per conditionem mortis multam transgressionis exceperit et circa unius poenam remanserit culpa communis. sciendum ergo est, quia ideo mors ad animam non peruenit, quia in eam dominus imaginem suam

10] Luc. 16, 22. 14] Psalm. 141, 8.

1 ita *om. S* omnes *Q* 2 et caro est] caro est *(Q)*, est caro *c* et *uncis inclusi* quidem *Kruschius* 4 auctore *(Q)* 6 quo *S* ꝓturbatum *S*, perturbatum *(Q)* 8 preparatur *S* penã *S* elazarus *Q* 10 mendicũ *Q* 11 sinu *S* 13 beatumqui *Q* 14 suã *Q* domine *om. (Q) Kruschius* 15 anima mea *Q* corporales *Q* 16 unde pro] ideo *(Q) Kruschius* eius] corporis *add. in marg. S, sed eras.* que *S* maculis *S* 17 diuini *Q* qualitatis *Q* 18 prouehetur *(Q)* et *ante* angelis *om. S* 19 transferre *Q* ostendetur *(Q)* 21 id *om. S* paradysi *S* 22 diabulo *S* cudicionem *Q* 23 transgressiones *Q* exciperit *S* unus *S* 24 quod *Q Kruschius* 25 anima *S* peruenerit *c* ea *c*

et similitudinem conlocauit. nam sicut deus immortalis, misericors, iustus, patiens est, ita harum dona uirtutum in faciem nostri interioris infundit, ut, quanto quisque magis patiens, magis iustus, magis misericors existeret, tanto magis diuinae participationis munere praeditus appareret, sicut apostolus dicit: in interiore homine habitare Christum per fidem.

Interrogas etiam, cur animae cum carne sua aliquid pro corporali errore commune sit, sicut originale peccatum pro unitate corporalis hospitii utrumque conplectitur, pari uterque ⟨homo⟩ modo in peccatorum societate constringitur, ita eis in criminum participatione una causa est, sicut in uirtutum remuneratione par gloria est. numquam enim exterior in baratrum luxuriae caderet, nisi ei consensum praeberet interior. nos ipsos interrogemus et intra nos poterimus agnoscere, quod mens domina exercet imperium et caro subiuncta famulatum, ista exhibet ministerium, illa consilium, oboedientia a seruiente cessaret, nisi uoluntas a iubente praecederet, et similem ne-

6] Eph. 3, 16.

8 cf. ep. IIII p. 182, 13.

1 inmortales *S* 2 iustus] et *add. (Q)* paciens *S* 3 interiores *Q* infudit *(Q)* nostram interiorem infudit *r* magis patiens *om. (Q)* 4 iustus] et *add. r* existerit *S*, exstetisset *Q*, exstitisset *r* tantũ *Q* 5 participacionis *S* apparerit *Q* sicut — dicit *om. Q* appareret — dicit *om. r* 6 interiorem hominem *Kruschius, qui haud recte Uulg. lectionem:* uirtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem *in suum usum conuertit, cum sequatur:* Christum habitare per fidem in cordibus uestris hominẽ *S*, appareret *add. hoc loco r* 9 corporale *S* 10 corporales *Q* hospicii *S* conplectetur *Q* pari uterque *(an* uteruis*?)* homo modo *scripsi*, pari uterui modo *S*, par uterque modo *Q*, par, modo uterque *r*, pari uterque modo *Kruschius* 11 in *suprascr. S*[1] constringetur *Q*, constringatur *r* eis] enim *(Q)* 12 una — remuneratione *om. S* 13 gloriosa *Q* 14 luxoriae *S* ei consensum] enĩ sensum *S* prberet *S* interior *om. S* 15 et] ut *S* inter *r* 16 dominica *(Q)* exercit *S* subiecta *(Q)* 17 ista] haec *r* exibit *S* ministerio et *Q* seruitute *(Q)* 18 precederit *S*, prociderit *Q*, procederet *r* et *om. (Q)*

cesse est condicionem in damnatione cognoscant, quae contra simul in retributione gaudebunt.

Dicis adhuc, quae est immortalis, quomodo pro mortalibus uitiis torqueatur. mortalia quidem mala sunt, sed immortalis erit cruciatus malorum et delictorum cruces uitiis deficientibus permanebunt. meliorem materiam ita inferior secum traditura iudicio est, sicut conflari aurum plumbi conpellit admixtio. homo ergo pro mortalibus malis moriturus est deo et uicturus inferno. haec erit ibi mors, ut mori in dolore non liceat.

Extendis in hoc quoque sollicitudinem tuam, utrum anima et spiritus idem sint aut quomodo segregentur. duas tantum in homine, id est animae et corporis nouerimus esse substantias. spiritus autem nunc naturalis probatur, nunc accidens inuenitur. aliquando enim spiritus pro anima ponitur, aliquando uirtutis intellegitur appetitus et spiritalis affectus. hoc genere unus atque idem homo nunc carnalis, nunc animalis, nunc etiam spiritalis est. carnales sunt, de quibus ait dominus: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt, et apostolus: qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. carnalis est, qui uentri et gutturi edendi et bibendi nimietate deseruit et uitae bonum in gulae ingluuie et uoracitate constituit. at uero animalis efficitur, quando adhuc parum deum cogitans secundum animam saecu-

18] Gen. 6, 3. 19] Rom. 8, 8.

3 cf. ep. III p. 182, 15. 10 cf. ep. III p. 182, 16.

1 cognoscant *r*, cognuscat *S*, cognuscet *Q* que *S*, qui *r* 3 que *S* immortales *Q* 5 dilectorum *Q* crucis *QS*, cicatrices *Mommsen*, cruciatus *r* uiciis *S* 6 secum *om. (Q)* 7 inditio *S* conflari aurum] flaria rũ *S* conpellet *Q* 9 hec *S* ibi *scripsi*, tibi *S*, illius *Q Kruschius* mori] ei *add. Q Kruschius* dolori *S* 11 spiritum *Q* 12 id est *om. (Q)* corpores *Q* 13 spiritus] p̃s *S* naturales *Q* accedens *(Q)* 14 aliquando—ponitur *om. (Q)* 15 uirtute *(Q)* spiritales *Q* 16 carnales *Q* nunc animalis *om. (Q)* 17 etiam] et *add. Q Kruschius* spiritales *Q* 19 apostolos *Q* 20 carnales *QS* guttori *S*, et *add. r* 21 deseruet *Q* 22 ingluuiae *S* uracitate *Q* constituit] quando manducandi et bibendi nimietate uitam conpotat, quando ei uentris domenatur ingluuius *add. Q* ad *Q* efficetur *Q* 23 purum *(Q)* saeculare *Q*, singulari *S*

lari prudentia ad aliquarum rerum prouidentiam permouetur. quando aut inuestigandis pro curiosa uanitate rerum latentium causis aut philosophicis studiis delectatur, unde apostolus disserit: animalis homo non percipit, quae sunt spiritus dei. spiritalis autem esse incipit, quando honesta, sancta, spiritalia concupiscit, quando ad diuini timoris cultum uigore cordis ascendit, quando ad se spiritum sanctum per munditiam corporis, per custodiam castitatis inuitat, ut de ea illud apostolicum dici possit: nos estis templum dei et spiritus dei habitat in nobis, quae homini non insita per naturam, sed ita sunt adiuncta per gratiam, ut separari possint desidia intercedente per culpam. unde idem apostolus dicit: qui autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. ecce per fidem non solum baptizatus, sed et dei esse templum uidetur et tamen per diuersa flagitia dei seueritate disperdetur. hoc loco perditionis uocabulum aeternum perditae animae esse nouerimus interitum. in baptizatorum numero absque dubitatione censentur, qui membra Christi esse dicuntur, et uide, quomodo perditis conparantur, quomodo a generositate filiorum flagitio operante degenerant dicente apostolo: tollam ergo membra Christi et faciam membra meretricis. et illi quoque manifestissime dona secundae natiuitatis acceperant, qui etiam charismatum diuersitate pollebant, de quibus dominus in euangelio dicit: multi dicent mihi in illa die:

4] 1 Cor. 2, 14. 9] 1 Cor. 3, 16. 12] 1 Cor. 3, 17. 20] 1 Cor. 6, 15. 21] Matth. 7, 22.

1 puidentia *S*, scientia *Q* 2 aut *om. (Q)* procuriosa *S* pro—rerum] prosperū *Q* pro curiosa uanitate *om. c* laetantium *S* 3 au phylosophi eis dilectatur studiis *Q* philosophiae delectatur studiis *c* unde] et *add. Q Kruschius* dicit *Q Kruschius* 5 autem *om. (Q)* sancta] et *(Q)* 6 timores *Q* 7 sanctum *om. (Q)* 8 corpores *Q* per] quando *S*, et per *c* castetates *Q* ut de] unđ *S* apostoli *(Q)* 9 posset *Q* 10 homine *Q* natura *Q* 11 separare *Q* possit *S*, posset *Q* 13 disperdit *QS* eum *(Q)* 14 et *om. S* templum esse *(Q)* 15 dei *om. S* disperditur *S* 16 perdiciones *Q* 17 nouerimus esse *c* 18 qui] et *(Q)* uide *c*, uidi *Q*, ideo *S Kruschius* 22 manifestissimae *S* natiuitates acciperat *Q* 23 dominus *om. S*

domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo daemonia eiecimus et in nomine tuo uirtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis, quia numquam noui uos, discedite a me, qui operamini iniquitatem. quis abdicatos non intellegat a salute, qui a conspectu patris iubentur abscedere? in sortem eos suam mors indubitanter accipiet, quos uita, quae Christus est, ignorauit. baptizatos perditioni tradi pro iniquitatibus suis dubitas, cum baptisma ipsum per multimoda scelera perire cognoscas?

Quod autem, sicut pagina continet, sermo tuus de poeta mutuatus ignem animae simplicis aestimauit, de sola hoc diuinitatis substantia dici conuenit, cui nihil adpositum, nihil a superiore conlatum, nihil constat adiunctum. iustus pariter et iustitia, uiuens et uita, sapiens atque sapientia est, uirtus et origo uirtutum. in principalibus enim bonis suis hoc est ipse, quod possidet. homo uero duplex intellegi potest, qui uiuens et iustus et sapiens dici potest, uita autem et iustitia et sapientia dici non potest, quia ita his induitur, ut aliquotiens exuatur. quod homini datum est, deo insitum est. homo uerbi gratia deauratus est, deus aurum est, in quo hoc est potentia et gratia quod natura. nam quod subtiliter indicasti: si omnia haec, quae domnus Marinus interminatur, excipiunt peccatores, quid maius impii mereantur, ignoro, habent sub perennibus malis et supplicia gradus suos, ut grauium

10 cf. ep. IIII p. 183, 4. 15 hoc—possidet = ep. VIII p. 209, 6. 19 homo—aurum est = ep. VIII p. 209, 6. 21 cf. ep. IIII p. 183, 5.

2 tuo nomine demonia *S* eicimus *S*, deiecemus *Q* 3 confitebor] dicit *Q*, dicet *v* 4 numquam] non *(Q)* 5 abdicatus *Q* ab salutẽ *Q* 6 abscidere *Q* suas *Q*, sua *v* 7 mons *S* uitae *S* ignorabit *Q* *Kruschius* 8 baptizatus perdicione *Q* 9 multa moda *Q* cognuscat *Q* 10 tuos *Q* propheta mutatus *Q* 12 dicere *v* 16 possedit *Q* 17 sapiens] et *add. S* uitã *S* et iustitia] iustitiae *S* et sapientia *om. (Q)* 18 qui *S* 19 homine *Q* 21 gratia] gloria *(Q), quod defendit Kruschius coll. Paralip. I 29, 11; mihi grauius corruptus esse locus uidetur et sanandus est sine dubio secundum uerba epistulae VIII p. 209, 7:* quod in homine gratia est, in deo natura est 22 que *S* 23 magis *(Q)* 24 grados *Q* ut] et *(Q)* graubus o. peccatis *v*

obnoxius peccatorum infinitis licet tamen utcumque tolerandis, impius uero inauditis cruciatibus torqueatur. tunc autem baptismi gratia ab aeterna morte posset hominem uindicare, si in aliquibus eius integritas et dignitas non periret. graue crimen est, quod haereticus accipere noluit, sed non minus illud graue est, quod Christianus et accepit et perdidit. nam et ille, qui fiducia baptismi nuptiale conuiuium sacri concilii temerator inruperat, nitore puritatis amisso de inlustri iustorum conuentu expellitur et in exteriores tenebras proturbatur. numquid credendus est niueum sanctae regenerationis possidere candorem, qui incestus, ueneficus et cruentus uel qui praecipitio aut suspendio uitam praecidens in partem transit impiorum?

Legimus inextinguibiles flammas factis capitalibus praeparatas, hominem uero in malis suis uiuentem per solum baptismum saluatum esse non legimus. periculose sibi, quod caelestis scriptura non loquitur, inimica securitas pollicetur, multo periculosius illa non credit, quae ueritas conminatur. aliqua, ut dicitis, beatissimus uir Marinus cum interminatione disseruit, sed sicut illud, quod promisit dominus diligentibus se, etiam testimonio apostoli pro rei magnitudine in cor hominis non ascendit, ita futurorum inmensitas cruciatuum angustias humanae

7] Matth. 22, 11. 20] 1 Cor. 2, 9.

18 cf. ep. IIII p. 183, 5.

1 tollerandis *S* 2 impios *QS* torquetur *v* 3 gratiam *v* ab aeterna] habetis nec *Q* possit *S* hominem] aliquem *v* nisi *v* 4 integras *S* 5 hereticus *S* sed *om. (Q)* 6 est *om. Q* et accepit] accipit *(Q)* perdit *v* 7 quis *S* fidutia *S* 8 temerator *v*, timeratur *Q*, teneatur *S* puritates *Q* 9 expelletur *Q* exterioris *S* ꝓturbatur *S*, perturbatur *(Q)* numquid] non *Q*, nam *v* 10 generationis *v* generaciones possedire *Q* 11 qui] inter *add. Q* incertus *S* incestos, uenefecos et cruentos *Q* qui *Mommsen*, que *S*, *om. Q* praecepitio *S* 12 praecidens *v*, praecedens *QS* transiet *Q*, transiit *v* 14 inexstinguibilis *Q* preparatas *S* 15 per] non *Q* solo baptismate *v* baptisma *Q* 16 periculosae *QS*, periculosa *v* caelestes *Q*, coelesti *v* 17 legitur *(Q)* periculosior *(Q)* 18 credere *(Q)* 19 dicetis *Q* 22 cruciatum *S*

mentis excedit, quae mala momentaneae paenitentiae umbra non remouet, quae fides sine operibus non repellit, quibus terminum saeculorum labentium cursus in flammas inextinguibiles statuere non ualebit, inter quos inexhaustos uapores tarde se anima corpoream et sentiet et uidebit. et ideo iustis, piis, castis operibus diem ultimum praecurramus et hic timendo ea, quae illuc timere non proderit, declinemus. hic finem infinitis contritionibus inponamus et intoleranda incendia nunc salubriter cogitando ex ipsis ignibus aeterna nobis refrigeria conparemus.

Certus autem sum de fide uestra, quod falerati composito nitore sermonis acceptiora uobis erunt salutifera sincerae testimonia ueritatis. filium meum Eminentium, dulce decus nostrum, paterno sospitamus affectu. dominus noster admirandam mihi magnificentiam tuam praesentibus repleat bonis et dignam reddat aeternis.

VI.

DOMINO PIISSIMO ET SPECIALIBUS OFFICIIS EXCOLENDO, UT CONFIDO, IN AETERNUM FRATRI ET PER OMNIA DOMNO FELICI FAUSTUS.

Magnum pietatis et fidei testimonium est, quod per tantarum uasta interualla regionum et per tot rerum interiecta discrimina ad nos usque latitudinem uestrae caritatis exten-

18 cf. Gennad. de uir. ill. c. LXXXVI: scripsit postea et ad Felicem praefectum praetorii et patriciae dignitatis uirum, filium Magni consulis, iam religiosam epistulam ad timorem dei hortatoriam, conuenientem personae pleno animo paenitentiam agere disponenti.

1 mentes *Q* excedet *(Q)* que *S* male *S* momentanea *(Q)* 2 fidem *(Q)* repellet *(Q)* terminum] testimoniũ *S* 3 flammis inextinguibilibus *r* inextinguibilis *Q* 4 inexauctos *S*, inexautos *Q* 5 animã *S* corporea *r* et *ante* sentiet *om. S* 6 castis et piis *(Q)* pcurramus *S* 7 illic *r* nihil *(Q)* proderit] nã *add. Q*, nos *add. r* 8 contentionibus *r* intolleranda *S* nunc] non S^1, nos S^2 10 conparemus] explicit *add., epist. desinit Q* 12 sincere *S* 14 suspitamus *S* 15 suam *r* presentibus *S* dignam *scripsi*, dignum *QS Kruschius* 17 LXXII *Q*. Fausti Rhegiensis Galliarum episcopi de poenitentia ad Felicem PP. et Patritium *add. r* 18 officiiciis *S* 19 eternum *S* fratre *Q* 20 pietates *Q* est *om. r* 22 caritates extendetis *Q*

ditis. in hac relegatione nostra artifex dei nostri misericordia gemina exercet officia, nostram excurat paterna sedulitate rubiginem, uestram circa nos dilucidat fidem uestramque adprobat pietatem. nos elimat benigna solertia, uos producit, nos coangustat salubriter, uos dilatat, nos arguimur, uos proficitis. detrimenta nostra in uestra transeunt commoda. cum feneratores nostri sitis, incipitis nostri esse debitores, siquidem causa uestrae deuotionis et mercedis uestrae materia sumus. opera uestra de nobis capiunt lucrum, merita uestra de flagellis nostris mutuantur augmentum. uestrae sollicitudinis ad nos affectus, ad deum peruenit fructus, ac sic duplici modo et de nostra castigatione et de uestra retributione diuinis beneficiis obligamur. paene autem mihi respondendi silentium perfectio uestrae consolationis indixerat. nam ipsa sollicitudo interrogandi iam forma uiuendi, quam cotidie de domni mei patris uestri sancti episcopi Leontii efficacibus doctrinis et praesentibus documentis sufficienter adtrahitis. non autem miror, si et meum quamlibet ex superfluo requiritis institutum, cuius circa uos singularem nostis affectum. creditis in adiutorium fidei uestrae magisterium meum tam perfectum esse quam uotum est, sed licet sermo meus, quem lentiorem etiam praesens reddit infirmitas, uestro sufficere uix possit ardori, tamen paucis conuersationem uestram non tam instruam quam reuoluam.

Magnam sollicitis perhibet eruditionem agnitio peccati, metus iudicii, terror ignis aeterni. itaque ad immolanda orationum sacrificia amica sunt fruentibus nocturna silentia, quibus usque ad horam tertiam lectio moderata succedat, ut exercitium spi-

2 exercit *S* excutit *v* 3 et *ante* uestram *inser. v* delucidat *S* 4 producet *Q* coangusta *Q* uos S^2 *in ras.* nos nos *S* 5 arguemur *Q* proficetis *QS* detrimenta S^2, detriment$_{|}$ S^1, detrimentũ *Q* 7 nostrae satis *Q* uestre *S* 8 deuociones *Q* sum *v* 10 sollicitudines *Q* 11 castigacione *S* 12 o$_{|}$blegam' *S* 13 pene *S* silentio *Q* uestra consolationes *Q* 14 uidetur *add. loco uocis* iam *v* 15 formã *Q*, *fort. recte, si uerbum* prodit *uel simile quid intereidit* 16 leonti *QS* 17 sufficient̃ *S* &eũ *S* 20 sed] ; *S, om. Q Krusehius* 21 redit *Q* 22 posset ardore *Q* 24 euitationem *v* agnito *Q* 25 teror *S* ignes *Q* orationem *Q* 27 oram *QS* tertia *S* moderatas *Q* excitum *S*

ritale non desinat desiderari et semper possit augeri. utinam prouideat dominus uel duo fida solacia, cum quibus diurnas et nocturnas exigas functiones et uel biduo in septimana salutantum fruaris officiis. ardua sunt, quae pro interrogantis feruore conloquimur, sed ille laborantum benignus adiutor tam leue tibi faciat iugum suum, quam iucundum erit praemium suum. igitur si trepida parum amplius rudimenta permittunt, alternis hiemales dies ieiuniis transigantur, quae, sicut moderari conuenit, ita necesse est duplicari.

Duplicari, inquam. duo enim sunt abstinentiae genera: unum est incontinentiae appetitum a cibo et potu et a diuersis carnalium suauitatum inlecebris coercere et uomere crucis terram subiecti exterioris edomare et necessitati potius quam uoluptati temperata moderatione seruire, epulum, si permittat infirmitas, uel alternis diebus, donec uis longae consuetudinis sensim dissuescatur, accipere. de usu uero indumentorum paulatim se grauitas ad inferiora submittat, ne ipsa nouitas subitae mediocritatis offendat. obseruandum est enim, ne elatio etiam de nimia humilitate generetur et uitium de uirtute nascatur. quae tamen facile superabitur, si confusibilis illa praeteritae conuersationis historia ante oculos adducatur et rea conscientia trepidis sensibus praesentetur. ita fiet, ut, dum per recordationem praeteritorum malorum a diabolo ingesta praesumptio castigatur dumque iactantia ualidis culparum armis

10 duo — p. 199, 14 secunda] cf. ep. VIIII p. 212, 17.

1 desiderare *(Q)* posset augere *Q* 2 prouidiat *S* 3 exsigas *S* bidio *S* septima *Q* salutantū *S (suprascr. man. alt.)* 4 fruaris *scripsi cum Kruschio*, foreris *S*, furoris *Q*, frueris *v* interrogantes *Q* 5 colloquemur *Q* illi *Q* laborantium *v* benignos *Q* adiutur *Q* 6 quam *om. S* 8 hiemalis *Q* transegantur *S* que *S* moderare *Q* 9 duplicare *priore loco Q* 10 abstenencia *Q* unum est] uniuersi *Q* 11 poto *Q* 12 uomere *S (erat* t *uel* r *in ras.)*, mouere *Q* cruces *S* 13 exteriori sedomare *Q* necessitate *QS* uolupti *Q* 14 epulum *Mommsen*, pullum *QS*, paulum *v* 15 longe *S* consuitudinis *S* 16 sinsum *Q* adcipere *S* 18 subite *S* mediocretates *Q* enim] etiam *v* 19 etiam *om. v* uirtutū *Q* 20 que *S* 21 p&eritate *S*, praeteriti *Q* 22 conscia *Q* 23 preteritorum *S* 24 presumptio *S*

uicta propellitur, crimina, quae generauerant mortem, militare incipiant ad salutem, in remedium delicta proficiant et medicina de uulneribus producatur et, sicut dixit apostolus, de peccato elaboremus damnare peccatum.

Alterum abstinentiae genus est multo sublimius multoque pretiosius, motus animi regere, inrationabiles perturbationes et cogitationum inter se conluctantium rebelles tumultus mentis imperio subiugare, malitiae uirus tamquam funestum aliquod maleficium de penetralibus cordis expuere et animam contra diuersarum fluctus temptationum constantiae moderamine gubernare et contra passiones occultas uelut contra domesticos inimicos rixam quandam irascentis fidei auctoritate conserere, inanes curas longe repellere et a noxiis conloquiis ac desideriis, quibus diabolus pascitur, abstinere et per mansuetudinem, patientiam, tranquillitatem imaginem dei in uultu interioris excolere, uirum spiritalia et diuina cogitantem ut tristitia non frangat, laetitia non resoluat, stabilitum in timore dei pectus ostendat magnanimitatis aequalitas, ut et nobis coaptari possit libelli illius insigne principium: erat uir unus abstinens se ab omni re mala. uir, inquit, unus, hoc est semper idem, quia nihil in eo erat dubium, nil duplex, nil accidens, nil uarium, nil diuersum, sed eum in statu uirtutum suarum aequali ordine permanentem tempora non mutabant nec eum, ut marinis fluctibus moris est, in alternas partes diuersa uentorum flabra uersabant. ita et sollicitus dei famulus inconcussa fidei

3] Rom. 8, 3. 19] Iob 1, 1 (cf. 1 Reg. 1, 1).

1 pelletur *Q* 2 inque *c* delecta *S* 3 apostolos *Q* 4 ac laboremus *Q* 6 motos *S* animae *Q* genere *in* regere *corr. Q*[1] 7 inracionabilis *Q* tumultos *S* mentes *Q* 8 uiros *S*, ueros *Q* 9 maleficium *S* penetrabilibus *S*, paenetrabilibus *Q* cord^{is} *S* 10 teptationum *S* moderamini *Q* gobernare *S* 12 rexam *S* irascentes *Q* 14 diabulus *S*, diabolos *Q* pascetur *Q* 15 imaginem *om. c* exteriore *(Q)* 16 ut *om. Kruschius coll. ep. VIIII p. 213, 3* tristiciã *Q* 17 letitia *S* 18 et *om. c* coaptire posset *Q* 20 omne rẽ *Q* inquid *S* 21 erat in eo *c* nihil *Q ubique* adcidens *S*, accedens *Q* 22 statũ *Q* aequale *Q* 23 maximis *c* 24 mos *v* 25 flagra *QS* sollitus *Q* inconcusa *S*

mole fundatus in hoc tantum Christo in se operante mutetur, ut nouis semper uirtutibus induatur.

Ante omnia, in quantum adiuuante deo possumus, illas in nobis quinque sensuum expugnemus inlecebras. quicquid enim pulchrescit uisu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid mollescit adtactu, quicquid dulcescit gustu, quicquid blanditur auditu, haec omnia, si his abutamur, intentionem de spiritalibus ad terrena deuoluunt. et ideo sicut pater fidei Abraham quinque illos reges in trecentis decem et octo mysterio intra litteram latente deuicit, ita et nos contra hos principales uitiorum duces in Iesu nomine et crucis signo, hoc enim utraque era exprimit, dimicemus, ut audire mereamur a domino: uincenti dabo coronam uitae, et: qui uicerit non laedetur a morte secunda, et: quia regnum caelorum uim patitur et uiolenti diripiunt illud. uim enim sibi factura est anima, ut carnales affectiones spiritui subdat, ut crucem deliciis praeferat, ut uigilias somnis dulcibus anteponat, ut aduersarium in membris suis uincat, ut ex alio alter effectus ad illam domini praeceptionem idoneus inueniatur: si quis, inquit, uult post me uenire, abneget se ipsum sibi. si quis ex iracundo patiens efficitur, continens ex luxurioso, placidus ex cruento, benignus ex inuido, largus ex cupido, totiens nos negamus, quotiens nos ad meliora conuertimus. et ideo, ut ad

8] cf. Gen. 14, 14. 12] Apoc. 2, 17. 13] Apoc. 2, 11. 14] Matth. 11, 12. 19] Matth. 16, 24.

1 mutemur *S*, mutatur *Q* 2 nous *S* 3 deo adiuuante *v* possemus *Q* 4 quinque *v*, *cf. cp. VIIII p. 213, 26*, quin ꝙq: S^3, qui neq; S^1, quae neque *Q* sensum *QS* 5 pulcriscit *S* usu *S* (i *man. rec.*), usu *Q* linocinatur *S* adoratu *Q* molliscit *S*, molescet *Q* 6 adtractu *v* dulciscit *S*, ulciscet *Q* 7 hec *S* abutatur *S* spirilibus *S* ad terrena] adulterna *Q* 9 regis *Q* decim *S* 10 latentẽ *S*, letentẽ *Q* hos] nos *v* 11 cruces *QS* exprimunt *v* 12 dicimus *Q* 13 ledetur *S*, ledatur *Q* 14 regna *Q* patetur *Q* 15 uim enim *v*, pui mentim *S* ut] & *S* 16 cruce *QS* diliciis *S* preferat *S* 18 alia *QS Kruschius* effectos *Q* effectus] homo *add. v* 19 idoneũſ *S*, idoneos *Q* inquid *S* 20 adnegit *Q* 21 efficetur *QS*, efficietur *v* excluxrioso *corr.* exclusorioso *Q* placidos *Q* 22 benignos *Q* 23 conuertemus *QS*

hoc adsurgamus, quod esse debemus, prius studeamus odisse, quod fuimus. oportet, ut hic prius mutetur ad uitam, qui illic mutari optat ad gloriam.

VII.

DOMINO SANCTO ET IN CHRISTO DEUINCTISSIMO FRATRI GRAECO DIACONO FAUSTUS.

Honoratus officio tuo, honoratus iudicio, prouocatus affectu loquar tecum in humilitate sincera, in libertate beniuola, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis. et licet mihi tacendi causam indicere potueris, dum benigno ac nimis credulo animo tantum paene mihi quantum tibi peritiae et eruditionis indulges, tamen per interrogandi sollicitudinem inposuisti mihi respondendi necessitatem, qua cum absente non sine trepidatione mihi aestimo conloquendum, quia de rebus tam profundis et meas ac tuas uires excedentibus non minus periculi est respondere quam incondito stilo ingentia sacramenta committere, et ideo carum meum in his, quae nimis temere protulit, tacendo magis castigare debuissem. in tantae autem rei consultatione, in qua longe uiam regiam reliquisti, aliquos expertae scientiae uiros eruditione atque aetate seniores, quibus credere facilius possis, interrogare debueras secundum illud propheticum: interroga patrem tuum et indicabit tibi, seniores tuos et dicent

21] Deut. 32, 7.

4 cf. Gennad. de uir. ill. c. LXXXVI: est et eius epistula in modum libelli ad diaconum quendam Graecum nomine edita, qui a fide catholica discedens ad Nestorianam abiit impietatem. in qua epistula admonet eum credere sanctam Mariam uirginem non hominem purum genuisse, qui postea susciperet diuinitatem, sed deum uerum in homine uero.

3 mutare *Q* gloriam] explicit *add. Q* 4 LXXIII *Q*, eiusdem Fausti Rhegiensis Galliarum episcopi contra Nestorium ad G. diaconum *add. v* 5 fratre *Q* greco *S*, grego *Q*, Grato *uel* Gregorio *uel* Graeco *v* 7 aff&u *S* 8 boninola *S* 10 ac nimis] acmis *S* 11 pene *S*, poenae *v* quantum] in quan *S* erudicionis *S*, eruditiones *Q* 12 tame *S*, tam *Q* 13 que *S* 15 excidentibus *S* 16 cõmittere *S* 19 experte *S* 21 interrogare *S (int̃ erasum)* propheteum *S* interroga *S (re erasum)*

tibi. sed absque dubio, qui uel qualemcumque requirit ducem, declinare optat errorem. deinde in his, quae agimus uel quae dicimus atque ad extremum scriptis mandare praesumimus, fructum profectumque operis expectare debemus. in hac autem scripturula, quam ad me dirigere dignatus es, non eloquentia, non scientia, non ratio, non aedificatio aliqua ordinati aut conpuncti sermonis adparet, sed testimonia confusissime pro memoriae facilitate congesta temeritatem incauti cordis adcusant. nouit dominus, quia stupefactus pro studio tuae salutis haec conloquor, sic et te interrogasse et me respondisse ad bonum commune proficiat.

In scriptis sancti pontificis Augustini etiamsi quid apud doctissimos uiros putatur esse suspectum, ex his, quae damnanda iudicasti, nihil noueris reprehensum, sed fidei sensum maxime de duabus substantiis uel naturis dei et hominis domini ac redemptoris nostri scito apud catholicam ecclesiam non solum patrum auctoritate susceptum, sed etiam apostolicis oraculis consecratum. proinde uerbum hoc, quod more prophetico ad te factum dicis, ut certum est, non dei spiritu, et apud deum et apud homines ualde damnabile est, nisi prior ipse damnaueris. ergo ut aliis praetermissis hunc duplicem errorem et de haeresi natum et in pericula haeresis pertrahentem breui, quantum absentem possum, sermone constringam, cum sanctae sinceritati tuae multorum, non qualis ego sum, necessaria esset praesentia magistrorum, primo loco ignoranter et satis periculose, non dicam scribitur, sed cogitatur suscipi non debere, ut homo mater dei sit. quod de Nestorianae haeresis noueris

1 requiret *Q* sed—errorem *om. v* 2 optet *Q*, oportet *v* deinde *r*, dñe *S*, domine *Q(?) Kruschius* que *S utroque loco* 3 adque *S* ad *om. Q* presumimus *S*, praesumemus *Q* 5 eloquenti *S* 7 sermones *Q* confusissimae *Q* 8 temeritate *Q* adcusat *S*, accusat *Q* 9 prae *(Q)* salutes *Q* hec *S* 10 *num* sicut *scribendum?* et me] ut me *Q* 12 agustini *S*, a/gustini *Q* doctissimus *Q* 13 putatur apud d. u. *r* que *S* 14 maximae se *Q* 15 homines *Q* 16 redemptores *Q* ecclesiam *S*, *om. v* 19 dices *Q* 20 hominis *S* 21 praetermissus *S* 22 heresi *et* heresis *S* 23 absens *v* s̃ce *S* senteritati *S*, seneiritate *Q* 24 tue *S* 25 presentia *S* pericolosae *Q* 26 scribetur *Q* cogitetur *QS* 27 heresis *S* noueris *om. v*

impietate descendere, qui profano ausu disputare non timuit beatam Mariam tantum matrem fuisse hominis, non etiam dei, et ideo pro hoc catholicae per omnem mundum ecclesiae districtione damnatus est. non debet, inquit, suscipi, ut homo mater dei sit. at ubi est illud uel propheticum uel euangelicum: ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum: nobiscum deus, et item in euangelio: quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei? ubi etiam illud est, quod suscepta per omnes insulas et ecclesias patrum signat auctoritas contra Nestorium loquens: maledictus, inquit, qui filium dei deum uerum de Maria nonne nuper natum pro nostra salute non confitetur?

Secutum est, ut diceres dei et hominis unam esse naturam, hoc modo unam dei esse substantiam. recte dixeras, si de sola trinitate dixisses, ubi una atque eadem est sub trium personarum distinctione natura. ceterum cum ad hominis adsumpti incarnationem uenitur, sicut hominis et dei unam confitemur esse personam, ita duplicem scimus esse substantiam. qui autem unius naturae adserit dominum redemptorem, aut hominem in diuinitate aut deum negauit in corpore, cum redemptio nostra non ex alterutro, sed ex utroque perfecta sit. hoc autem loco unam sine alio erroris periculo nostrae fidei

6] Esai. 7, 14; Matth. 1, 23. 8] Luc. 1, 35. 11] cf. symbol. Chalcedon. apud Schaff, the creeds of Christendom II 63.

1 impietatẽ *S (post hanc uocem p. 35 in S alia scriptura prorsus diuersa incipit)* discendere *S*, descendit *v* prophana *S* auso *Q* dispotare *S* 2 fuise *S* homines *Q* 3 catholice *S* eclesiae *S* 5 at *scripsi*, ut *S*, sed *QKruschius* uel *post* illud *om. v* 6 uirgo *om. Q* 7 hemanuhel *S* inest *S* 8 iterum *v* nascitur *S* 11 nesthorium *Q* 12 nonne *S (e dubium)*, non *v* 14 diceris *Q* et—dei *om. Q* u nam *S (t erasum)* 15 *post* unam *rasura quattuor litterarum in S exstat, in qua fortasse* esse *exaratum erat* dixeris *Q* 16 trinitatem *S* trinitate—est *om. Q* dixissis *S* unã *S* 17 distrinctione *Q* homnis *S* 18 incarnatione *QS* sicut *S (s erasum)* homines *Q* 20 nature *S* deum *v* 21 diuinitatẽ *Q* *an* negabit *scribendum?* 23 locũ *Q*, loquor *Mommsen* unam *scripsi*, unum *QSKruschius* errores *Q* nostrae fidei si dicis dei *scripsi*, nostre fi dĩ *S*, nostrae sed dĩ *Q*, nostrae fidei *v*, nosce si dei *Kruschius*, nos dicere redemptorem, sed errore unam dici *Mommsen*

⟨si dicis dei⟩ solius dei nostri esse naturam, ergo in substantia maiestatis suae diuinitas crucifixa est, si unam dei solius naturam dicis, in substantia sua maiestas mortua uel sepulta est. quae omnia deus non in se, sed in natura suscepti hominis excepit. nihil enim deus sensit patientis sensu, sed sensit compatientis affectu, nihil sensit pro diuersitate substantiae, sed sensit pro unitate personae. ** unitate coniunxit et consequenter adiecit: nos unum eundemque uerum hominem et uerum deum intellegimus, et iterauit: nos uerum hominem et uerum deum nullo modo ambigimus confitendum. accipe etiam in hymno sancti antestitis et confessoris Ambrosii, quem in natali dominico catholica per omnes Italiae et Galliae regiones persultat ecclesia: procede de thalamo tuo, geminae gigans substantiae.

Refuge ergo inter haec, sancte frater, alterutrae partis errorem. si tantum dei naturam dixeris, inposuisti deo condicionem passionis et mortis, si uero tantum hominis naturam dixeris, subtraxisti deo gloriam redemptionis, subtraxisti auctori potentiam reparatoris. audi, quomodo sacra eloquia per unam personam explicant utramque substantiam. iuxta diuinam naturam loquitur: ego et pater unum sumus, secundum humanam substantiam confitetur: quia pater maior me est, iuxta

13] Ambros. hymn. IIII (XVI 1411 M.) 21] Ioann. 10, 30. 22] Ioann. 14, 28.

5 cf. ep. III p. 171, 9.

1 dei *om. v* *post* nostri *p. 36 extr. desinit scriptura illa diuersa in S, p. 37 olim uacua nunc adiurationis cuiusdam formulam continet, p. 38 Fausti epistula continuatur* esset natura *Kruschius* 3 dices *Q* 4 homines *Q* 5 sensit] cum *add. v* pacientes *Q* cum patientis *v* 6 affectu *ep. III p. 171, 10,* effectu *QS* 7 sed sensit] sedsit *S* personae unitae *Q* *hiatum significaui, qui hoc loco an lin. 5 post* excepit *rectius statuatur dubito* coniuncxit *S* 8 uerbum hominem *S,* uerbum in hominem *Q* 9 uerum deum et uerum hominem *v* 10 ambigemus *QS* adcipe *S* etiam] ergo *Q* 11 antestetes et confessores *Q* antistitis *S* ambrosi *S* quae in tali *Q* 12 catholica *ex* catholico *S* 13 procedens *Ambrosius* gygans *Q* 15 hec *S* scae *QS* partes *S* 16 sit *S* 17 homines *Q* 18 substraxiste *Q* redemptiones *Q* subtraxistae auctorae *Q* 19 reparatores *Q* 21 loquetur *Q* 22 substantiam] naturam *v*

caelestem naturam pronuntiat: omnia, quae pater habet, mea sunt, iuxta terrenae naturae infirmitatem dicit: filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. quasi homo indicabat: tristis est anima mea usque ad mortem, quasi deus contestabatur: potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam. secundum carnis naturam in cruce pendebat, secundum diuinitatis substantiam paradisum et regnum caeleste donabat.

Hoc Arriani obscurato corde penitus non uidentes, quia praesumptio et elatio suffundit mentis intuitum, ad deum, quae erant hominis, rettulerunt credentes, quod minor loqueretur diuinitas, ubi sola hominis demonstrabatur infirmitas. nullam ponentes inter caelestia et terrena rationem dum naturas in deo et homine duas recipere nolunt, dei substantiam diuiserunt et, dum ad sola hominis uerba respiciunt, deum, qui gloriae plenitudo est, intellectus lumine perdiderunt. ac sic, qui deum filium hominis credendum denegat, Nestorii impietate maculatur, qui duas substantias in redemptore non credit, Arrii laqueo deceptus inuoluitur. nos uero, mi frater carissime, in Christum dominum ita perfecta et inseparabili distinctione credamus, ut dei et hominis simplicem personam et duplicem nouerimus esse substantiam. sicut anima et corpus hominem facit, ita diuinitas et humanitas unus est Christus.

Tu autem, quod gemino errore praeuentus scribendum putasti sub duarum naturarum conuentu suscipi non debere, ut deus pater hominis sit, ut homo mater dei sit, nos unam dei hominisque personam fiducialiter et salubriter adserentes in eo,

1] Ioann. 16, 15. 2] Matth. 8, 20; Luc. 9, 58. 4] Matth. 26, 38; Marc. 14, 34. 5] Ioann. 10, 18.

1 que *S* 2 naturae *om. Q* 4 animã meã *Q* 7 in—substantiam *om. Q* 8 celestẽ *SQ* 9 pẽnus *SQ* 10 presumptio *S* et elatio *om. Q* que *S* 11 homines S^1Q 12 homines *Q* 13 inter *addito* dñi *S* celestia *S* ratione *QS* 15 homines *Q* dõ *Q* 16 intellectos *Q* perdederunt *S* ac—denegat *om. Q* 18 redemptore *S* 19 deceptos inuoluetur *Q* kam̃ in christo dño *Q* 20 deum *v* inseperabile *Q* 21 homines *Q* 24 potasti S^1 25 conuentũ *Q* deus *v*, dī *QS* 26 nos] non *Q* 27 asserentes *S*

qui erat in principio et qui sub redemptionis nostrae tempore factus est in similitudine carnis peccati, id est in ueritate hominis et similitudine peccatoris, nos, inquam, ita deum patrem hominis sub personae unitate testamur, sicut sub eiusdem unitatis amplexu matrem dei hominem confitemur iuxta symboli auctoritatem, ut alia praetermittam, qua dicimus: credo et in filium dei Iesum Christum, qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria uirgine. qui si talis error est in domino saluatore unam et simplicem credidisse substantiam, qualis error est duplicem adseruisse personam? nam si in societate carnis adsumptae, quam formam famuli deus induit, duae substantiae non fuerunt, ergo in homine deus non fuit et separata a deo persona hominis fuit, ac sic sub tali sensu uidebis subito quartam nescio unde adcreuisse personam et in hoc intellectum pranitatis consequentia praecipitari, ut iam non trinitatem necesse sit confiteri.

Audi potius, quemadmodum beatus Esaias distincto ordine coniunctoque discrimine domini nostri ac redemptoris natiuitatem disponat: paruulus, inquit, natus est nobis, filius datus est nobis. accipe filium dei in extrema parte saeculorum ex innupta matre natura ignorante et fide maritante progenitum, ex uoluntate humiliatum, superueniente in uirginem sancto spiritu hominem deo mirabiliter inpletum et deum in hominem misericorditer commutatum nec exinanisse gloriae magnitudinem, sed per susceptam serui conditionem domini

6] cf. symb. apost. apud Schaff, the creeds of Christ. II 45. 19] Esai. 9, 6.

1 redemptiones *Q* 2 similitudinem *v* 3 homines *Q* peccatores *Q* 4 persone *S* ueritate *Q* unitates amplexum *Q* 6 pretermittam *S* quia *v* 8 mariã *S* qui si *v*, que sint *S*, quae sint *Q*, quin *Mommsen* 9 saluatorẽ *Q* credidisse — duplicem *om. Q* 10 asseruisse *QS* 11 societatẽ *Q* adsumpti *Q* quam *scripsi*, que *S*, quae *Q Kruschius* dei *Kruschius* 12 due *S* substantias *Q* hominẽ *Q* 13 separatã deo *Q* homines *Q* si *v* tale *Q* 14 uidebit *Q* 15 hunc *v* praecipitaberis *v*, praecipitare *Q* 16 trinitatem] quaternitatem *add. Q*, ut iam quaternitatem *coni. Kruschius* confitere *Q* 17 isaias *S* 18 redemptores *Q* natiuitate *QS* 19 inquid *S* 20 adcipe *S* 21 ex] ea *Q* 22 ex uoluntate humiliatum *om. v* uirgine *QS* 25 magnitudine *Q*

ostendisse pietatem. paruulus natus est nobis, filius datus est nobis. ⟨nobis⟩ natus est qui sibi erat. datus ergo ex diuinitate, natus ex uirgine, natus, qui sentiret occasum, datus, qui nesciret exordium, natus, qui et matre esset iunior, datus, quo nec pater esset antiquior, natus, qui moreretur, datus, per quem uita renasceretur. illic dominatur, hic humiliatur, sibi regnat et mihi militat. paruulus natus est nobis, filius datus est nobis et factus est principatus super humerum eius. manifestum hominem demonstrat humerus, latentem deum loquitur principatus. agnosce duplicem sub personae unitate substantiam. de nostro est quod adpendit, de suo est quod donauit, de nostro habuit unde caderet, de suo unde consurgeret, de nostro unde teneretur, de suo unde misereretur, de nostro habuit unde pro nobis solueret, de suo unde penitus in nullo debitor appareret, de nostro unde crucifigeretur, de suo unde glorificaretur, de nostro dedit peccati hostiam, de suo indulgentiae tribuit gratiam. de nostro itaque humiliatio, de suo esse probatur ascensio, de nostro obtulit sacrificium, de suo contulit praemium. duarum ergo naturarum capax homo infirmitatibus agnoscitur, deus uirtutibus adprobatur.

Piget sermonem tam manifestae rei adsertione producere. scio, quod haec ipsa breuiter strictimque memorata temere committo uel epistulis meis uel sensibus tuis. sed dum te ad interrogationis salubritatem sollicita humilitate submittis, multum mihi de erroris huius remedio polliceris. reuoca, quaeso, ab hoc discrimine pedem tuum, priusquam in profundum inreuocabile elationis torrente rapiaris, et rectum animi sensum,

1 natu *omisso* est nobis *S probante Mommseno* 2 nobis *addidi, om. S probante Mommseno, ante* qui *inserunt Q Kruschius* si ^{bi} *S, del. Mommsen* 4 datus] a *add. Q*, et *add. v* 5 moritur *Q* 10 agnusce *S* 11 est *om. S* apprehendit *v* 13 de nostro unde—misereretur *om. S* unde misereretur] miseritur *Q* 14 soluerit *Q* 15 paenitus *S* debetur *Q* crucifigeritur *S* 16 debit *Q* 17 indulgencia et tribuit *Q* 19 premium *S*, praemio *Q* 20 agnuscetur *Q* 22 pegit *QS* regi *Q* assertione *S* 23 atrictimque *Q* commemorata *v* timeri *Q* committo *S* 24 meis epistulis *v* interrogaciones *Q* 25 submittitis *S*, submittetis *Q* 26 errores *Q* 27 inreuocabile̅ *S* 28 elaciones *Q* rapiatis *S* animae *Q*

qui multae lectionis pondus non sustinet nec nouit thesaurum scientiae dispensare, magis laboris occupatione castiga. tempera inmoderatum abstinentiae rigorem, qui etiam menti generat infirmitatem, quem puto inde nasci, unde scribendi praesumptionem. regredere ad uiam regiam, nutricem elationis refuge sollicitudinem. et quia legimus: manducare mel multum non est bonum, magis enim inflat parum fundatum sensum scientia quam aedificat, ita caue nimiam lectionem, ut cordi parum capaci tamquam sumpti inmoderatius uini periculosam moueris ebrietatem. numquam cogitationibus tuis credas, sed magis imitanda legas quam legenda conscribas et in mente tua loquaris ad dominum: in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. et si euadere pericula non deforis ingruentia, sed intus concepta desideras, nihil tibi utilius scias, quam ut sub aliquo probatissimo abbate uitam tuam munias ac uoluntates tuas senioris legibus tradas et, ut aduersarii insidias possis superare, te timeas.

Scripturulam ipsam retinendam, immo subprimendam putaui, ne ultra in alicuius alterius catholici, qui te minus diligeret, manum et conscientiam ueniret. ex hoc autem poteris agnoscere sana esse intima cordis tui, si adhuc quasi liber me cultorem tuum humiliter et amabiliter commonentem sollicite et libenter audieris. ante interrogationem incauta uidebitur fuisse persuasio, post responsionem inexcusabilis apparebit intentio. quodsi inter haec aliquid mihi, qui austeris magis quam dulcibus sanari animam tuam cupio, credideris inputandum, memento osculis male blandis praeponi uulnera caritatis.

6] Prou. 25, 27. 12] Psalm. 118, 11.

1 multa elaciones *Q* 2 labores *Q* 3 mente *Q* 4 presumptionem *S* 5 uitam *S* elationes *Q* 6 qua *Q* 8 edificat *S* nemiam *S* 9 corde *Q* uini *v*, uni *QS* 10 moueris *scripsi*, noueris *QS* ebrietatãtem *S (uirgula erasa)* cogitacione sub *Q* 15 aliquo] alio quo *S*, alio quocumque *v* abbati *Q* 16 tuam *ex* tuas *S* seniores *Q* 17 te timeas *uix sanum* timeas *om. v* 18 supprimendam *S* potaui *S* 19 alterius alicuius *v* catholicae *Q* 20 aut *S* poteris agnuscere *(sic!) S bis* 22 sollicitae *Q* 24 persuatio *S* intentencio *Q* 25 haec inter *Q* 26 sanare *Q* inpotandum *S* 27 blandientis *v* preponi *S*, praepone *Q* caritatis] finit *add. Q*

VIII.

DOMINO PIISSIMO ET IN CHRISTO SUMMO MIHI HONORE SINGULARITER EXCOLENDO RURICIO FILIO FAUSTUS.

Licet per quamcumque personam iocundum mihi sit cum indiuiduo pectore ipsius caritatis uocibus conloqui et sedula uos officiorum ambitione conplecti, sed nunc quanto oportunius tanto auidius pignus animi uestri ministerio domestici portitoris adsumpsi, in cuius merito minus adsignauit relatio quam probauit agnitio. et propterea ad fructum uestrum creuisse gratulatus sum, quod in eo uita melior conditionem primae natiuitatis aboleuit atque in eo naeuum generis manumissio religionis abstersit et in adoptionem Christi personam mancipii fide emancipauit et transcripsit. quomodo autem apud eius uel apud reliquorum fratrum lacteam sinceritatem agere deberemus, latissimam apostoli dispensationem expedito digessistis alloquio, et cum eos doctissima pagina minus doctos adserat, nos tamen in eorum defaecatis moribus admirati sumus per donum mansuetudinis et humilitatis plenitudinem lectionis.

Vincit enim largitas gratiae instituta doctrinae. nam etsi sub exiguo tempore intra eorum lucida pectora et perspicua penetralia introduxit se sensus candida puritas et praeclara simplicitas, per quam diuinae imaginis speculum in interioris hominis nitore perfulget. diuinae, inquam, imaginis, ita enim de domino legimus: purus, simplex, subtilis. sed multo aliud indicat diuina illa simplicitas, siquidem in nobis duplex inest in spiritu et carne substantia. nos quod habemus accepimus, nobis diuersa uirtutum charismata adiuncta sunt, non innata. sine dubio adponitur, quod auferri potest. ut boni simus, de auctoris sumus bonitate mutuati. ex illo quidem uiuimus, sed

4 est *Mommsen* 5 pectoripsius *S* 6 offitiorum *S* 8 assumsi *S* 10 prime *S* 11 neum *S* 12 adobtionem *S* 13 emancipauit *v*, emancipiant *S* apud *v*, ab *S* 16 eorum *v* doctos *Kruschius*, doctus *S* adserat *scripsi*, asserit *S* 17 deficatis *S* ammirati *S* 19 doctrine *S* 21 se sensus *Kruschius*, sensos *S*, se morum *v* preclara *S* 22 diuine *S* interiores homines *S* 23 sita *S* 27 carismata *S* 29 mutuati *v* mutati *S*

uita, sicut ille est, non sumus. iusti esse possumus, iustitia esse non possumus. ille ideo simplex, quia nihil ei ex accedenti largitate conlatum est. qui ex se subsistit, aliunde nihil sumpsit. deus et uiuens pariter ⟨est⟩ et uita, bonus et bonitas, misericors et misericordia. in uirtutum suarum gloria hoc est ipse, quod possidet. uerbo tenus homo deauratus est, deus aurum est. quod in homine gratia est, in deo natura est et propterea, quia nihil ei extrinsecus accessit, nihil ei detrahi potest. detrimentum non recipit, quia nescit augmentum. ipse et sibi auctor et filio, quia una origo est et fontis et fluminis. ex his, quae absque initio habent, communio est, transfusio non est.

Et quia de filio legimus: splendor est claritatis dei, sicut numquam deus sine splendore, ita pater numquam fuit sine filii maiestate. et sicut utriusque aequaeua sunt nomina, nisi enim iste nasceretur, pater ille non diceretur, ita eos sine separatione continet unius paternitatis antiquitas. ex illo est, sed posterior illo non est, sicut facies de capite nascitur nec tamen capite suo iunior inuenitur. ac sic deus noster nec permixtus in personis propriis nec diuisus, una uirtus nec potestate diuisa nec tempore sicut in subsistentia triplex est, quia sibi quisque subsistit, ita in substantia simplex est, quia unus se ipsum praecedere nescius nec posteriorem recipit nec priorem. inde et nos de hac accepimus simplicitate, si in nobis nihil sit dissonum, nihil uarium, nihil diuersum, si semper idem esse probabilibus studiis et fundatis in Christo sensibus enitamur, ut immutabiles in bono nouis tantum in diem profectibus immutemur.

De eo autem, quod quidam prouocationis amore consuluit, salutifera et perfecta meditatio est curas animi partito per

13] Hebr. 1, 3.

1 non *v*, nos *S* 4 est *addidi, om. S* 9 recepit *S* augmentã *S* 11 et his *Kruschius* 15 filii *ex* filio *S* aequeua *S* 17 continet *scripsi*, concit& *S*, coercet *Mommsen*, concitat *r* 19 capiti *S*, *fort. recte* sic *Mommsen*, si *S* 21 diuisa *v*, diuina *S* subsistentia *r*, substantia *S* *Kruschius* treplex *S* 22 est *om. r* 23 precedere *S* recepit *S* 27 immutabilis *S* 29 prouocationes S^1 consoluit *S*

plures terrenae regimine rei subleuare et post haec triplici deliberatione tractare, quid melius sit, locare uel administrare uel distrahere propriam portionem. primum reuera bonum esset, ut Christi famulus Christi pauperis uias ex toto pauper studeret incedere, si perfectam magni alicuius monasterii scholam uel certe insulanam angelicae congregationis militiam liceret expetere. nam in medio sacculi institutionem eremiticam proferre quanta magnanimitas, tanta est difficultas.

Suis uero uicis suae pondus inponere secundum pro animae releuatione compendium, sed peruidendum, si aliquis filiorum tam arduo sufficiens esse possit, obsequium ne forte paternae iussionis auctoritas in patrem . . . . . optimum est in secundo gradu sub noxio beneficiis administratore consistere, si uel uoluntas suppetat uel facultas necessitatem annuae pensionis impleuerit.

Tertium est per fidelium famulorum electa solacia inpositae procurationis officiis sub propria ac minore sollicitudine quantitatem reseruatae gubernare substantiae et cursum per uiam regiam tota mediocritate dirigere. quod cum suadeo, uideor uel nostram utilitatem uel pauperum cogitare. in quo ordine non parum est lucri, si reseruato usu proprietas distrahatur. itaque breuiter indicantes, quid primum, quid secundum quidue sit tertium, electionem iudicio uel possibilitati reseruauimus consulentis. quid magis conpetat, quod promptius possit impleri, ille insinuare dignetur, pro cuius timore et amore consultatio ipsa tractatur. dominus deus noster beneficia in uobis

1 regione *S (*mi *man. alt.)* re *S* treplici *S* 4 studerit *S* 5 scolam *S* 6 insolanam *S,* insulam *v* licerit *S* 7 h|eremiticam *S (*i *eras.)* proferre *scripsi,* proferri *S Kruschius,* profiteri *v* 9 uitiis *v* 10 reuelatione *v* 11 tam arduo *v,* iam acduo *S, fort.* rei tam arduae obsequiũ *S,* obsequio *v Kruschius* paternae iussionis *Kruschius,* paterna eius *(corr.* paternae ius*)* sonis *S* 12 patrem] *adde* fiat *uel simile quid,* in patre desideretur *Mommsen* obtimum *S* 13 amministratore *S* 15 implererit *S (*rit *per compendium scriptum),* impleret *Kruschius* 16 tercium *S* 18 gubernę *S* cursum *scripsi,* cũ *S,* eum *v,* tamquam *Mommsen* 19 diregere *S* 21 lucri si *v,* lucris *S* 23 tercium *S* 24 prumptius *S* 25 consultatio *Stilting in Act. sanct. mens. Sept. VII 705,* consolatio *S* 26 benefitia *S* uobis *Mommsen,* nobis *S*

sua felici ac placita sibi longaeuitate multiplicet, domne piissime et in Christo summo mihi honore singulariter excolende fili.

VIIII.

DOMINO DEUINCTISSIMO ET TOTA PIETATIS UIRTUTE SINGULARITER EXCOLENDO FRATRI RURICIO FAUSTUS.

Propitia diuinitate in secreto religionis congruo et tranquillissimo in silentio constituti, in quo dominus ad rubiginem longa securitate contractam salutiferae limam castigationis admouit, in hac, inquam, quiete magna, si agnoscamus, uacatione donati dum nouos cines commercio caritatis adquirimus, dum de adquisitorum salute gaudemus, inter haec positi bona praesenti insultamus exilio et patriam nos non amisisse, sed commutasse cognoscimus. nam dum fideles famuli dei in necessitatibus nostris bonitatem suae deuotionis exercent, sine sede propria possessores, sine possessione diuites sumus, immo eos, qui de nostra fructum capiunt consolatione, ditamus. miro modo consolatores nostri de pauperculis negotiantur et de egenis lucra perpetua consequuntur.

Ego autem hanc primam munificentiam domino largiente percepi, quod piissimus meus Ruricius post uitae huius iactationes ad portum religionis proram salutis excelsi manu gubernante conuertit, quod post umbras seducentium uanitatum et inlusiones transuolantium somniorum mansura et solida concupiuit et despecto tandem saeculo infelicitatem eius magnam respuit, felicitatem et lucrum sui de mundo pereunte adquisiuit aeque fideliter atque conlabentium rerum fuga praeteriens, qua opes contemptu suo contulit, quae iam usui suo

1 sibi *om. v* longeuitate *S* piissime *S* 4 deuictissimo *S* 6 propicia *S* religionis *S (nis per compendium scriptum)*, religioni *Kruschius* 8 salutifera *S* limam admouit *Stilting l. l. 706*, elima admouit *S* 9 quiete *Kruschius*, qui et *S* 11 presenti *S* 12 patriam *Stilting*, pat *ceteris litteris euanidis S*, patrem *v* 16 accipiunt *v* 17 consolatoris S^1 negociantur *S* 20 iactationis *S* 22 uanitum *S* 24 dispecto *S* infelicitatem] infelici artem *v* 25 respuit *Kruschius*, rapuit *S* felicitatem *S* adquesiuit *S* 26 aeque *scripsi*, ecce *S*, arte *r*, pace *Mommsen* fideliter *scripsi*, fideli *S* preteriens *S* 27 contemtu *S* usui *scripsi*, usu *S*

conferre nihil poterant. unde quanta dudum alacritate saecularibus studiis militauimus, tanta nunc deuotione domino seruiamus. et quia me austerius loqui secum pro peccatorum curatione pietas uestra constringit et illius sententiae non obseruat inuidiam, quae dicit: iustus in principio sui est accusator, inprimis ergo lapsus oris cordisque uitemus. sed quod oris diximus, si cordi studueris adhibere custodiam, ori non laborabis inponere disciplinam. sine difficultate ostium circumstantiae opponere poterit labiis suis ⟨qui cautus fuerit in sensibus suis⟩, illud siquidem uoce depromitur, quod prius in officina conscientiae deformatur. hoc exterior reddit, quod dictat interior. mens exercet imperium, lingua famulatum, et propterea caelestibus edocemur eloquiis: ex abundantia cordis os loquitur. quod de sermone nasci uidetur, prius cogitatione concipitur, ut oris sonus indigna non proferat, animus iusta praecipiat.

Et quia duo sunt ieiuniorum genera, unum incontinentiae appetitum a male blandis deliciarum suauitatibus coercere, ut exterior et terrenus homo uomere crucis edomitus commoda infirmitate marcescat, alterum abstinentiae genus est multo sublimius, multo pretiosius, cui nulla contradicere possit infirmitas, motus animi regere et inrationabiles perturbationes uel conluctantium inter se cogitationum tumultus interioris iudicio refrenare et contra inpugnationes occultas uel contra domesticos inimicos rixam quandam irascentis fidei auctoritate conserere et per beneuolentiam, mansuetudinem, patientiam, tranquillitatem dei imaginem in facie interioris excolere, cuius

5] Prou. 18, 17. 8] Psalm. 140, 3. 13] Matth. 12, 34.

17 *uerba* duo sunt — *p. 214, 11* morte secunda *paulo immutata et abbreuiata in ep. VI p. 197, 10—199, 14 leguntur.*

1 poterat *S* 3 austerius *v*, austeris *S* 6 cordis S^1 8 labora||is S^1 9 qui—suis *om. S, cf. Eusebii Emiseni homiliae, Paris. 1547 f. 138* 12 exercit *S* 13 colloquiis *v* 16 precipiat *S* 18 diliciarum *S* cercere *S* 19 comoda *S* 20 marcescat *Krusehius*, marescat *S*, macrescat *r* 21 preciosius *S* 23 iuditio *S* 25 irascentes *S* conterere *v* 26 pacientiam *S* 27 fatię *S*

decus non in corporis personam, sed in animi formam sollertia factoris inpressit.

Uirum spiritalia et diuina cogitantem tristitia non frangat, laetitia non resoluat, stabilitum in timore dei pectus magnanimitas aequalitatis ostendat, ut et nobis coaptari possit libelli illius insigne principium, ubi ille magnificus Helcana, qui possessio dei interpretatur, uir unus mystico nuncupatur eloquio: erat, inquit, uir unus, hoc est semper idem, quia nihil in eo apparebat dubium, nihil duplex, nihil uarium, nihil diuersum, sed eum in statu uirtutum inconcusso ordine permanentem accedentia in contrarium non mouebant, mutabilia tempora non mutabant, nec eum, ut marinis fluctibus moris est, in alternas partes leuia uentorum flabra uersabant. ita et sollicitus dei famulus uasta fidei mole fundatus in hoc tantum Christo in se operante mutetur, ut nouis semper gratiis induatur, in agro pectoris plantentur utilia, noxia succidantur. et quia militibus suis praecepit sermo diuinus: cum, inquit, ad bellum processeris et inter reliquas praedas petieris uirginem, abscides ungues et crines eius et ita eam tibi coniugio copulabis, ita nos ad sanctam Christi timore praecincti prudentiam saeculi, quae simplex, incorrupta, sincera a deo facta est, captiuam spiritalis sapientiae subiungamus ac superflua eius amputatis uitiis abscidamus et pectori casta coniunctione sociemus.

Ante omnia, in quantum adiuuante deo possumus, illas in nobis debellare curemus quinque sensuum passiones. quicquid enim pulchrescit uisu, quicquid blanditur odoratu, quicquid

8] 1 Reg. 1, 1. 17] Deut. 21, 10—13.

1 sollercia *S* 4 magnanimitatis aequalitas *Kruschius coll. p. 198. 18* 7 mistico *S* 8 inquid *S* 11 commouebant *v* 12 marinis fluctibus] magnis uirtutibus *v* 14 mole fidei *v* 15 mutatur *v* noð *S* 17 precepit *S* inquid *S* 18 praeda species‖ *S (pecier‖ legit Kruschius)* 19 abscindes *v* 20 ad] ut *Kruschius* precincti *S* 21 que *S* 22 spiritalis *scripsi,* spiritali *S* subiungamus *v,* subiungimus *S,* subiugemus *Mommsen* 23 abscindamus *v* pectore *v* ·castam coniunctionem *Mommsen* coniunctioñ *S* 26 curemus *v,* curremus *S Kruschius* 27 pulchriscit *S*

lenocinatur adtactu, quicquid dulcescit gustu, quicquid corrumpit auditu, haec omnia, si his abutamur, intentionem mentis de spiritalibus ad terrena deuoluent. et ideo sicut pater fidei quinque illos reges in trecentis decem et octo mysterio intra literam latente deuicit, ita per adiutorium domini et per crucem suam has quinque principalium uitiorum expugnare studeamus inlecebras. per crucis enim signum et per sacrum Iesu nomen apud Graecos era utriusque supputationis inprimitur. quibus armis carnalia delectamenta superantes merebuntur audire: uincenti dabo coronam uitae, et: qui uicerit non laedetur a morte secunda.

Unde ipse facile terrena despicis uel fenerantis more dispensas, dum illud cogitas tempus, quo exurentur peccatores sicut fenum, quo aestuantes gehennae furore perpetuo, cuius fumus ascendit in saecula saeculorum, hi, qui neglexerunt oblata, tali morte punientur, ut eis mori in dolore non liceat, morituri uitae et morti sine fine uicturi, dum illud, inquam, tempus ante oculos tuos prouida in futurum mente disponis, de quo legimus: introibo in domum tuam cum holocaustis, id est, quando bonorum operum fructu subsarcinatus et iustitiae insignibus redimitus ianuam uitae cum triumpho euictae carnis intrabis, de quo legimus: adorabunt eum filiae Tyri in muneribus, id est animae Christo de gentibus adquisitae munera domino suo offerent cum gratiarum actione dicturae: ecce multiplicaui talentum, quod dedisti. re-

3] Gen. 14, 14. 10] Apoc. 2, 17 (10). Apoc. 2, 11. 15] Apoc. 19, 3. 19] Psalm. 65, 13. 22] Psalm. 44, 13.

1 dulciscit *S* 3 deuoluunt *Kruschius coll. ep. VI p. 199, 8* 4 reges in *S*, s in *man. rec.* misterio *S* intra literam] in .... *c* literã *S* 6 uitiorum *ex* uitorum *S* 7 cruces *S* 8 hera *S* utriusque *Kruschius*, utrius *S* supputacionis *S* 10 ui cerit *S (erat* n *in ras.)* 11 laedetur] *cf. p. 199, 13*, leditur *S* 12 ipse *scripsi*, ipsa *S* dispicis *S* fenerantes *S* 14 aestuantis *Mommsen* 17 morte *S* 18 tuos *ex* suos *S* 20 fructus *S* subfarcinatus *S* 21 in signibus *S* redimitus *c*, remeditus *S* 23 id est *S man. rec.* 24 adquesitae *S* dñō *S (*d *man. rec.)*, non de *v* gr(atiarum)] gr *ex* acti *S* 25 ecce *S (*ec *man. rec.)* multiplicauit *S*

cipe cum usura, domine, fenus tuum. erit enim tum quoddam dandi et accipiendi commercium inter hominem et deum. homo afferet, quod laborauit, et deus restituet, quod promisit. quo tempore cum Sarra tua alter pro altero remunerandus, corona duplici pro mutua salute decorandus, audire mereberis: euge, serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. tunc usum praesentium in aeternorum proprietatem transisse miraberis et proditoribus tuis glorificandus debitorem te eis fieri iocunda rerum mutatione gaudebis.

Indiuiduum filium nostrum Leontium omnemque domum, pusillos cum maioribus, pio sospitamus officio. dominus deus noster beneficia in uobis sua felici et placita sibi longaeuitate multiplicet, domine deuinctissime et tota pietatis uirtute singulariter excolende frater.

X.

DOMINO DEUINCTISSIMO ET HONORE PRAECIPUO SPECIALITER EXCOLENDO RURICIO FILIO FAUSTUS.

Gratias domino, qui id generali dispensatione largitus est, ut inter eos, quos locorum internalla discriminant, liber ac nullis conclusus absentiae legibus animus commearet nihilque esset tam inpenetrabile, quod mentis aspectibus non pateret, sed per cordis intuitum inde se inuicem cari gratia intercurrente conspicerent, ubi caritas ipsa consistit. habet siquidem et interior noster oculos suos, quibus se conscientiae testis

5] Matth. 25, 21 (23).

19 gratias — consistit] cf. Ruric. ep. II 10 et 52.

1 faenus *S* 2 dandandi *S* cũmercium *S* 3 afferit *S* restituit *S* 4 Sarra tua] sanctus *v* 5 bereberis *S* 8 presentium *S* 9 pro datoribus *r*, creditoribus *Kruschius* glorificandos *S* 10 eis *scripsi*, ei *S*, dei *Kruschius* 11 indiuidium *S* 12 pus illos *S*, piis illos *v* suspitamus *S* offitio *S* 13 obis *S* longe uitae *S* 14 deuictissime *S* sola *r* 17 deuinctissimo et honore] deuictissi more *S* precipuo *S* 19 gratias *e.c* tratias *S* 20 discrimant *S* 22 pateret *r*, peteret *S* 25 et *suprascr. S*

introspicit, quibus in se conuersus aut erubescenda aut gaudenda considerat, quibus diem ultimum peruidet, quibus uel confusibilem uel deo tribuente laudabilem uitae totius historiam ante animae suae faciem prouida in futurum cogitatione disponit et in praesentiam trepidae sollicitudinis tempus reddendae rationis adducit et ea, quae parauit deus diligentibus se, in secreta pectoris sui pagina spe imaginante depingit.

Quos, ut puto, oculos et ipse ad tremendi iudicis nutum semper adtollis, ut de te illud propheticum merito dici possit: sapientis oculi in capite eius. inde est, habeo enim illic, filius meus, proditores tuos, inde est, inquam, quod praesentium rerum relinquenda subsidia quasi auidus fenerator per pretia captiuorum in sinu remuneratoris seminantis more commendas, de usu proprietatem facis et in perennes thesauros peritura conuertis. inde est, quod cum fidelissima Sarra tua sub uno Christi iugo ad communem tendens coronam terrenorum despector et caelestium conpetitor, saeculi peregrinus et paradisi candidatus mundo huic, qui iam non habet, unde decipiat uel seducat, miles Christi secretus inludis. cum regni interminabilis socia ieiuniis et orationibus et quadam fidei manu ianuam uitae pia coniuratione pulsatis, ut duplicem palmam de mutua salute capiatis.

Sed inter haec parum est, quicquid agitur, ut causae insanabiles hic sanentur, ut inextinguibiles ignes hic extinguantur, ut ineluctabiles necessitates hic superentur, ut hic peccatorum sagittae de animae uisceribus euellantur, ut hic uulnera ipsis alte medullis inpressa curentur, ut hic maculae inuisibiles di-

6] 1 Cor. 2, 9. 10] Eccl. 2, 14.

2 consideret *v* peruidit *S* 3 totius uitae *v* 5 sollicitudines *S* reddende *S* 6 rationes *S* q *S* 8 nutum *Kruschius,* notum *S,* thronum *v* 10 habeo *Kruschius,* ab eo *S* 11 filius m̃s *S,* filius mater *v notata post hanc uocem lacuna,* filios meos *Kruschius,* fili mi *Mommsen* ꝓditores *S, sed* p *fere euanidum est, unde* ditores *v* presentium *S* 12 praetia *S* 14 perennis *S* 16 tendens *v,* tendes *S,* tendis *Kruschius* dispector *S* 17 conpetitur *S* 19 inludes *S* 20 et| siti *Mommsen* 24 inextinguibilis ignis *S* extinguatur *v* 25 ineluctabilis *S* 27 macula ei inuisibilis *S*

luantur, ut hic aeterna gaudia fidelium studiorum labore conparentur. illa quidem uita praemium istius erit, sed oportet, ut illius ista sit pretium.

Praelatis itaque obsequiis quaeso, ut, cum se facultas opportuna praebuerit, gaudere nos de uestra sospitate ac proprietate faciatis. pro filiis et diaconibus meis uberes refero gratias, domnam filiam meam religionis speculum et pietatis exemplum debito cultu ueneratus saluto. dominus deus noster magnificandam mihi bonitatem uestram et praesentibus repleat bonis et dignam reddat aeternis, domine deuinctissime et honore praecipuo specialiter excolende fili.

XI.

DOMINO BEATISSIMO ET SUMMO MIHI HONORE ANTE OMNES SINGULARITER EXCOLENDO FRATRI RURICIO EPISCOPO FAUSTUS.

Tanta mihi de animi uestri benignitate fiducia est, ut ex eius fonte purissimo non iam solus haurire contentus sim, sed alios quoque, qui eius usu mecum reficiantur, inuitem, praesertim cum prorogata huius largitas in lucrum transeat largientis eiusque bono ita muneretur accipiens, ut non minoretur inpertiens et in morem fenoris sui crescat expensis, domine beatissime et summo mihi honore ante omnes singulariter excolende.

His itaque caritatis inexsolubilem pensionem, qua soluentis magis census ditatur, exhibeo et materiam boni operis ingerere pro laborantum commendatione praesumo. quasi insinuationem meam ad fructum uestrum pertinere confido et ideo misericordiam, quam miseris ecclesiastica praebere consueuit humanitas, harum portitori, qui in Lugdunensi pertulit captiuitatem,

1 labore] re *sublato* bore *add. S man. rec.* 2 illic *r* 4 prelatis *S* queso *S* opportune *v* 5 prebuerit *S* suspitate *S* 8 debito cultu *r*, deb& occultu *S* 8 magnificandum *S* 9 praesentibus *S* 10 deuictissime *S* 17 inuicem *S* presertim *S* 20 fenoris *S* (fe *man. rec.*) 23 qua *scripsi*, quo *S* 24 ditatur *scripsi*, dilatur *S*, dilatus *r*, dilatetur *Kruschius* 25 presumo *S* quasi *scripsi*, quia si *S*, quia *Mommsen*, quia etsi *v* 27 prebere *S* 28 portituri *S*

negare non potui. utinam tam prompta esse possit fidelium largitas, quam huius nimis manifesta necessitas est! et quia in se aliquatenus absolutus in uxoris uel filiorum tenetur seruitute captiuus, praelatis officiis quaeso, ut morem benignitatis nostrae etiam in huius consolatione teneatis et apud antepositos, quo poposcerit, litteris prosequaris.

Conserui mei, praecipue admirator noster frater meus, presbyter Memorius, mecum reuerentissime sospitant. dominus deus noster memorem mei piam beatitudinem uestram ecclesiae suae profectibus felici longaeuitate conseruet, domine beatissime et summo mihi honore ante omnes singulariter excolende frater.

XII.

DOMINO BEATISSIMO DEBITA PIETATE SUSPICIENDO ATQUE APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO FRATRI RURICIO EPISCOPO FAUSTUS.

Gratias ad uos, dum uobis de patria scribimus, qui nobis patriam in peregrinatione fecistis, qui indefessa liberalitate patriae desideria temperastis uim quandam diuinae iustitiae succedentibus sibi beneficiis inferentes, ut, quod intulerat ad castigationem, conuerteret ad honorem, conferret ad consolationem, mutaret ad requiem. merita nostra praetermitteret, ut uestra cumularet, debita obliuiscens et lucra uestra multiplicans, apud utrasque partes magnitudinem suae bonitatis exercens nos uestro locupletaret obsequio, uos nostro ditaret exilio. unde factum est, ut iam in praesenti benedictionem futurorum inpatiens dispensaret et fidelissimum famulum suum super can-

1 tam *add. v, om. S* prompta esse possit *scripsi,* prumpta es possit prompta esse *S,* possit prompta esse *v* 3 aliquitenus *S* uxores *S,* uxore *v* tenentur *S* 4 captiuos *S* prelatis *S* queso *S* 6 poposcerit *Mommsen,* poposcerint *S* 7 conserui mei *Kruschius coll. p. 219, 13,* conseruũ ei *S,* conseruus et *v* ammirator *S* 8 dominus *v,* dn̄e *S* 10 longeuitate *S* conseruit S^1 16 gratius *S* dum uobis *S man. rec.* 18 diuine *S* 19 succidentibus *S* benefitiis *S* inferentis *S* 20 conuerterit *S* conferrit *S* 21 mutarit *S* merita] mentis *v* uestra—nostra—nostra *Kruschius* preternitterit *S* 24 uero *S* ditarit *S* 25 presenti *S*

delabrum domus suae cooperante misericordia, iustitia, sinceritate, continentia, benignitate, id est domesticis suffragatoribus sublimaret. ecce quali pretio Ruricius meus summum sacerdotium conparauit. unde emit, ipsum est, quod emit, et testibus propriis adclamantibus in se honoris causas refugia honoris exhibuit. tantum itaque munus scit in Christi nomine custodire, qui sciuit adquirere.

Harum autem portitorem sanctum presbyterum Florentium mihi iam diu cognitum et exemplis magistri et morum floribus adornatum, quoniam pro germanae suae absolutione peregrinatur, insinuo, qui mihi oportunum gratus mediator ingessit. omnem domum uestram, seniores cum iunioribus, paterno sospitamus affectu. conserui mei, debitores et admiratores uestri, mecum reuerentissime sospitant. dominus noster magnificandam mihi beatitudinem tuam ecclesiae suae profectibus nostrisque gaudiis perfecta longaeuitate conseruet, domine beatissime, debita pietate suspiciende atque apostolica sede dignissime frater.

2 benignitatẽ *S* 3 praecio *S* 5 refugia *v*, refuga *S Kruschius* 10 quoniam *Kruschius*, quo *S*, qui *v* peregrinantur *S* 11 oportunum *v*, oportunã *S*, opportuna *Kruschius, qui in notis* facultatem *fortasse desiderari dicit num* oportunam (gratiam) gratus *scribendum?* 11 gratus *om. v* mediatur *S* 12 uestram *Kruschius*, nostram *S* paternos *S* suspitamus *S* 13 ammiratores *S* uestrum *v* 14 suspitant *S* 16 longe uitae *S* conseruit S

Epistulae ad Faustum a Ruricio datae infra inter epistulas Ruricii recenscbuntur.

FRAGMENTUM EPISTULAE FAUSTI.

In tractatu, qui additus est epistulae Iohannis II. papae anno 534 ad Caesarium in causa episcopi cuiusdam Reiensis, qui ob admissi criminis notam ab episcopatu deiectus est, datae, haec leguntur (cf. Concilia antiqua Galliae ed. Sirmond I 235):

'Et hoc diligenter attendendum est, quodsi, secundum quod supra scriptum est, illi clerici, qui ad uxores proprias redeunt, ad integrum ab officio suspenduntur et, si etiam digami aut internuptarum mariti, qui utique rem licitam faciunt, clerici tamen ordinari non possunt aut, si ordinati fuerint, deiciuntur, de quibus et Faustus episcopus sanctus in epistula sua dicit: Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium uult exercere mariti.'

Utrum haec uerba ad epistulam, an potius ad sermonem quendam Fausti spectent, mihi quidem incertum est. sermones enim hic illic epistularum nomine significari praeter alia praescriptio sermonis Faustini primi in codice Durlacensi 36 seruati documento est (cf. pag. 223 adnot. ad lin. 3).

IIII.

SERMONES.

D = codex Durlacensis 36 (Caroliruhanus 340) saec. VIIII—X.
Hic liber manuscriptus unus corpus quoddam XXII sermonum Faustinorum continet, reliquorum codicum singulos sermones exhibentium compendia suis locis indicabuntur.

A. Sermones codice Durlacensi seruati.

I.

SERMO IN NATIUITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

Propitia diuinitate, fratres dilectissimi, iam prope est dies, in qua natalem domini saluatoris desideramus cum gaudio celebrare. et ideo rogo et admoneo, in quantum possumus, cum dei adiutorio laboremus, ut in illa die cum sincera et pura conscientia, mundo corde et casto corpore ad altare domini possimus accedere et corpus uel sanguinem eius non ad iudicium, sed ad remedium animae nostrae mereamur accipere. in Christi enim corpore sic uita nostra consistit, sicut et ipse dominus dixit: nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. mutet ergo uitam, qui uult accipere uitam. nam si non mutet uitam, ad iudicium accipiet uitam et magis ex ipsa corrumpetur quam sanabitur, magis occiditur quam uiuificatur.

12] Ioann. 6, 54.

3 in nom̃ scę̃ trinitatis epistula sc̃i faustini ep̃i in n|atiuitas *(erat* t *in ras.)* dn̄ nr̄i ihū xp̄i *D; exstat hic sermo inter Maximi Taurinensis sermones dubios I (LVII 843 Migne), item inter sermones Augustini dubios CXV (XXXVIIII 1973 M.), ubi hoc habet exordium:* appropinquante iam sacratissima sollemnitate, qua saluator noster inter homines nasci misericorditer uoluit, fratres carissimi, adtentius considerate, qualiter oporteat nos in aduentu tantae potentiae praeparari, ut regem et dominum nostrum laeti atque gaudentes cum gloria et laudibus mereamur suscipere et in conspectu eius inter coetus felices sanctorum gratulando exsultare magis quam ab eo propter foeditatem nostram repulsi inter peccatores aeternam confusionem mereri. et ideo rogo et moneo et qs. 6 cęle‖ *D* 7 in *add. D*^{2} 9 posimus *D* 11 corcorpore *D* consittit *D* sicut—dixit *bis D* 12 fili *D* 16 corrumpetur *scripsi,* corr̃ũpitur *D,* corrumpitur—sanetur—occiditur—uiuificetur *Aug.*

sic enim dixit apostolus: qui manducat corpus domini et bibit sanguinem eius indigne, iudicium sibi manducat et bibit. et licet nos in omni tempore bonis operibus ornatos ac splendidos esse conueniat, praecipue tamen in die natalis domini, sicut et in euangelio ipse dominus dixit: lucere debent omnibus hominibus opera uestra.

Considerate, quaesumus, fratres, quando aliquis homo potens uel nobilis aut natalem suum aut filii sui celebrare desiderat, quanto studio ante plures dies, quicquid in domu sua sordidum uiderit, ornate mundari, quicquid ineptum et incongruum, proici, quicquid utile et necessarium, praecipit exhiberi. domus etiam, si obscura fuerit, dealbatur, pauimenta scopis mundantur et diuersis respersa floribus adornantur, quicquid etiam ad laetitiam animae et corporis deliciarum pertinet, omni sollicitudine prouidetur. ut quid omnia ista facit, fratres carissimi, nisi ut dies natalicii sui cum gaudio celebretur? homo moriturus, si ergo tanta praeparas in natalicio tuo uel filii tui, quanta et qualia debes praeparare suscepturus natalem domini tui? si talia praeparas morituro, qualia praeparare debes aeterno? quicquid ergo non uis inuenire in domu tua, quantum potes, labora, ut non inueniat deus in anima tua. certe si te rex terrenus aut quicumque paterfamilias ad suum natalicium inuitaret, qualibus uestimentis studeres ornatus incedere, quam nouis et nitidis uel quam splendidis, quorum nec uetustas nec uilitas aliqua seu foeditas oculos inuitantis offenderet.

Tali ergo studio, in quantum praeuales, Christo auxiliante contende, ut diuersis uirtutum ornamentis anima tua composita

1] 1 Corr. 11, 29. 5] Matth. 5, 16.

4 precipue *D* 5 in‖ *D* euuangelio *D* 7 quaessumus *D* 8 nubilis D^1 caelebrare *D* 10 et *om. D* 11 proieci *D* 12 pauimento *D* mundantur *D (a eras.)* 13 letitiam anime *D* 14 dilianum *D*, delicias *Aug.* 16 natali‖ *D* caelebretur *D* hominis morituri *Aug.* 17 *post* praeparas *lacuna 10—11 litterarum exstat in D* natacilio *D* 19 eterno *D* 20 quidquid *D* ego *D* domu *D* 21 potest *D* 22 natalium *D* 23 studere‖ *D (s eras.)* ornatos *D* incaedere *D* 24 nouis] ñ uis *D* ne *(ante* uetustas*) D* 25 aliqua *ante* foeditas *exhibet Aug.* 26 talia *D* 27 conposit a *D*

gemmis simplicitatis et sobrietatis floribus adornata ad sollemnitatem regis aeterni, id est natalem domini saluatoris cum conscientia pura procedas castitate nitidus, caritate splendidus, elimosynis candidus. Christus enim dominus, si te ita conpositum natalicium suum celebrare cognouerit, ipse per se uenire et animam tuam non solum uisitare, sed etiam requiescere perpetuo et in illa dignabitur habitare, sicut scriptum est: inter eos ambulabo et habitabo in illis, et iterum: ecce sto ad ianuam et pulso. si quis surrexerit et aperuerit mihi, intrabo ad illum et cenabo cum illo et ille mecum. quam felix est illa anima, quae uitam suam ita deo auxiliante studuerit gubernare, ut Christum hospitem habitatoremque mereatur excipere, sicut e contrario quam infelix est illa conscientia toto lacrimarum fonte lugenda, quae se ita malis operibus cruentauit, auaritiae nigritudine obscurauit, iracundiae igne conbussit, adsidua luxuria sordidauit, superbiae tyrannide destruxit, ut in ea non Christus incipiat requiescere, sed diabolus dominari. talis enim anima, si medicamentum paenitentiae non cito subuenerit, a luce relinquetur, a tenebris occupabitur, uacuabitur dulcedine, replebitur amaritudine, a morte inuadetur, a uita repudiabitur. non tamen de domini pietate defidat, quae talis est anima, nec nimia desperatione frangatur, sed magis ad paenitentiam cito recurrat et, dum adhuc noua sunt et calent peccatorum suorum uulnera, sic sibi adhibeat medicamenta salubria, quia medicus noster omnipotens est et sic consueuit plagas nostras curare, ut nec cicatricium faciat uestigia remanere.

8] 2 Cor. 6, 16. Apoc. 3, 20.

1 solẽpnitatẽ *D* 2 eterni *D* 4 elymosinis *D* conpossitũ *D* 5 caelebrare *D* ip *D* 6 et] ad *D* animãm *D* 9 appaeruerit *D* 10 caenabo *D* 11 que 12 studerit *D* hosspitẽ *D* 13 aecontrario *D* 14 illa *suprascr. D* que *D* 16 igne—tyrannide *add. D in marg.* conbusit *D* luxoria *D* suberbia dirannide *D* 17 struxit *D (*de *erasum)* incipit *suprascr. D* requiescere *transposui, quod ante* dominare *(sic) habet D* 18 diabulus *D* animo *D* 19 penitentiae *D* 20 occupapitur *D* dulcidine *D* 22 quae *scripsi,* qui *D,* qui *omisso* anima *Max. Aug.* dissperatione *D* 23 penitentiã *D* 25 mendimta *D*

Et ideo, fratres dilectissimi, sicut in omni tempore ab adulteris et miserrimis concubinis, ita etiam a propriis uxoribus ante multos dies debetis abstinere, quotienscumque aut natalem domini aut reliquas sollemnitates celebrare disponitis. ebrietatem ante omnia fugite, iracundiae repugnate quasi bestiae crudelissimae, odium uelut uenenum mortiferum de corde uestro repellite et tanta sit in uobis caritas, quae non solum usque ad amicos sed etiam ad ipsos inimicos perueniat, ut securi possitis dicere in oratione dominica: dimitte nobis debita nostra et cetera. nam qui scit se uel unum hominem odio habere, nescio si ad altare domini securus possit accedere, praecipue cum beatus Iohannes euangelista terribiliter clamet et dicat: qui fratrem suum odit, homicida est. iam uestrum est iudicare, utrum homicida, antequam paenitentiam agat, praesumere debeat eucharistiam accipere. addidit etiam adhuc sanctus Iohannes et clamat dicens: qui fratrem suum odit, in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit, quo uadit, quoniam tenebrae obcaecauerunt oculos eius, et iterum inquit: omnis, qui fratrem suum non diligit, manebit in morte, et iterum: si quis dixerit ⟨de⟩ se, quod deum diligit, et fratrem suum odit, mendax est. qui enim non diligit fratrem suum, quem uidet, deum, quem non uidet, quomodo potest diligere? quicumque ergo odium uel iracundiam seruat in corde et sub tali tonitruo nec terretur nec exspergiscitur, non dormiens, sed mortuus esse credendus est.

Haec ergo, fratres dilectissimi, adsidue cogitantes, qui boni sunt, cum dei gratia contendant perseuerare in bonis operibus,

9] Matth. 6, 12. 13] 1 Ioann. 3, 15. 16] 1 Ioann. 2, 11. 19] 1 Ioann. 3, 14. 20] 1 Ioann. 4, 20.

1 dilectismi *D* 2 miserimis *D* 3 quotiensqumcumque *D* 4 reliquias *D* caelebrare *D* disponiti *D* ebrietatē *D* 6 crudilissime *D* hodiū *D* 7 que *D* 9 demitte *D* 10 hodio *D* 12 iohannis *D* clamat *D* 15 addedit *D* 16 iohannis *D* 18 tenebre *D* obcecauerunt *D* 19 inquid *D* dilegit *D* 20 de *addidi, om. D,* de se *om. Aug. Max.* 21 dilegit *D* 22 dilegit *D* 23 dilegere *D* 25 thonitruo *D* exsperges igitur *D* 28 perseuerare *D (erat* uerit *in ras.)*

quia non qui coeperit, sed qui perseuerauerit in amore dei usque in finem, hic saluus erit. qui uero ad elimosynam tardos et ad iracundiam promptos et ad exercendam luxuriam praecipites esse se cognoscunt, auxiliante domino festinent se a malis eruere, ut, quae bona sunt, mereantur inplere, ut, cum dies iudicii aduenerit, non cum impiis et peccatoribus puniantur, sed cum iustis et misericordibus peruenire ad aeterna praemia mereantur praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

II.

SERMO DE NATIUITATE.

Legimus et fideliter retinemus, quod sub ipso principio nascentis mundi in primo homine fecerit nos deus ad imaginem et similitudinem suam. ecce in hac die mutata uice factus est deus ad similitudinem nostram. in primis de suis meliora contulit, in secundis de nostris inferiora suscepit. per interdictae arboris gustum primi hominis incauta fragilitas temptauit adpetere ambitione damnabili domini sui diuinitatem persuadente diabolo et dicente: si de ligno hoc gustaueritis, aperientur oculi uestri et eritis sicut dii. ideoque agnoscamus pii patris admirabilem bonitatem. homo sollicitante inimico deus esse noluit per superbiam [eius] et deus homo factus est per misericordiam. innouatur in nobis quodammodo hodie per Christi diuinitatem species illius antiqui et incipientis saeculi, quando primus Adam de limi materia figuratur. ecce

1] Matth. 10, 22. 19] Gen. 3, 5.

1 qui *suprascr. D* caeperit *ex* caepit *D* 2 ẹlymosinã *D* 3 iracunctiã *D* prumptos *D* luxoriã *D* 4 se *post* esse *suprascr. D* 5 utq; *D*, et quae *Max.* 7 eternã p̃miã *D* 8 prestante *D* 11 itē incipit omelia faustini de natiuitate *D; hic sermo exstat inter sermones Augustini dubios CXVIIII (39, 1982 M.)* 12 principicipio *D* 14 hoc *D* motata *D* 16 contullit *D* suscipit *D* 17 fragillitas *D* 19 diabulo *D* 22 inimicos *D* eius *uncis inclusi, suprascr. D, om. Aug.* et *erasum in D* et *ante* homo *addit D* 23 innobi s *D* (li *erasum*) quo dammodo *D* 25 ad adam *D* delimi matyria *D*

etiam nunc secundus Adam quasi de intacta ac rudi terra uirginea carne formatur. ecce, inquam, iterum cessantibus naturae legibus nouus homo in nouam uitam solo deo operante perficitur. promittitur ergo uirginis filius per uisitationem spiritus sancti, quid mirum si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione concipitur. non enim decebat, ut, qui nobis omnibus adferebat salutem, soli matri integritatis non praeberet dignitatem. spiritus, inquit, sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit te. dignum plane erat, ut regali honestanda mater partu prius caelestis regis sanctificaretur ingressu. unde dominum et saluatorem nostrum non ideo simplicem hominem credamus, quia et hominem nasci uidemus. fas non est, ut non deus credatur, cui descensuro ad terras a deo habitaculum praeparatur. diuina itaque operante potentia credentis uiscera fecundantur et in ligno mortali uitae arbor inseritur et portans in se omnia uirtus ab infirmitate portatur et, qui terra, mari caeloque non capitur, intra unius corpusculi membra suscipitur. de creatura sua creator omnium nascitur et de riuulo suo fons magnus exoritur, radix omnium de uirgulto suo nascitur et uitis uera palmitis sui fructus efficitur.

Adest ecce exoptatissimus dies gratia geminata resplendens, candore quidem consueti luminis inlustratus, sed praecipue radiantis uteri fulgore coruscans. confiteamur ergo inprimis unum deum dominum nostrum et non supererit alter, quem minorem dicere possimus. qui enim unum maiorem, alterum minorem loquitur, duos se necesse est deos fateatur habere. credamus itaque unum deum, patrem et filium et spiritum sanctum, tres personas, non tres substantias, tria nomina et

8] Luc. 1, 35.

1 indacta *D* 2 carna *D* 3 uitē *D* 4 uirgines *D* 5 mirrum *D* 6 concaepitur *D* enim *suprascr. D* 7 breberet D^1 8 inquid *D* 9 obumbrauit *D* 12 ido D^1 13 dicensuro *D* 15 fecondantur *D* 16 uita *D* 22 resplendes *D* 24 radientis *D* confiteamur — *p. 229, 29* de hac uita transituri *deest apud Aug.* 26 unū *D bis* 29 trea *utroque loco D*

non tria regna. quare unum deum? quia una operatio uirtutis, eadem concordia uoluntatis, una diuinitas, una sempiternitas, una maiestas. quare autem tres personas? quia alter pater, alter filius, alter spiritus sanctus, sed in diuinitatis aequalitate non est aliud. una enim in tribus gloria, una substantia, unitatemque facit aequalitas uirtutum, trinitatem facit proprietas nominum et numerus personarum. unde fideliter retineamus, quia dominus noster Iesus Christus uenit in hoc mundo peccatores saluos facere, sicut de deo totus deus, ita de homine totus homo absque contagione peccati, secundum diuinitatem aequalis patri, secundum humanitatem minor etiam angelis et iunior matri, quam creauit.

Haec sunt uitae ac spei nostrae solidissima fundamenta. restat, ut super haec bonorum nobis operum structura consurgat, quod utique obtinebimus imitando illum, qui ideo ex deo homo factus est, ut illum possimus imitari. imitabimur autem deum neglegendo saeculum, iniurias non persequendo, uoluntates proprias respuendo, subiectionis gloriam diligendo, tribulationes magnanimiter sustinendo, honores ac diuitias et dilectationes huius corporis declinando. tota itaque nobis illuc oblectamenta, totam requiem in illam futuram patriam reseruemus et libertates ac praesentium inlecebras ⟨ac⟩ cupiditates futurorum desideriis occupemus illuc cotidie suspirantes, illuc cordi nostro momentis omnibus praesentantes, quod oculus non uidit nec auris audiuit, illud sine intermissione cogitantes, quomodo digne occurremus ad illum secundum tremendae maiestatis aduentum rationem de actibus, de sermonibus, de cogitationibus reddituri, ita agentes, ita in loco perseuerantes quasi cotidie de hac uita transituri. o dies dierum omnium nouitas, lucrum lucis et dispendium caecitatis, in quo aeternus

24] 1 Cor. 2, 9.

1 operatio *scripsi*, operati *D* 5 aliut *D* 13 uite *D* nostre *D* solidisma *D* 15 emitando *D* 16 emitare emitabimur *D* 17 seculũ *D* 20 dilectiones *D* 22 ac *addidi, om. D* 23 cotidie *D* 24 oculos *D* 25 aures *D* 26 tremende *D* 29 cotidiae *D* o dies *Aug.*, hodiẽ *D* 30 nouitas *D* (diu *in ras.*)

sol de summa altitudine claritatis paternae descendens uuluae uirginalis aditum reserauit, totius mundi caliginem fulgida coruscatione respersit. ducite, fideles Christi, festiua gaudia. res nobis hodie facta est noua, quae olim fuerat repromissa, ut sine uirginis detrimento pudoris filium lactarent ubera genetricis.

Haec est illa nouitas Hieremiae prophetae uaticinio nuntiata: faciet, inquit, dominus nouum super terram, et quasi quandam lucernam huius obscuritatis accendens continuo subiecit: femina circumdabit uirum. hoc est, inquam, nouum, quod super terram dico dominum esse facturum, quod femina circumdabit uirum. aduertite, fratres, et me potius uestro intellectu praecedite. femina, inquit, circumdabit uirum. o femina super feminas benedicta, quae et uirum non cognouit et uirum suo utero circumdedit, quae concubitu carnali non tangitur et tamen carnea prole de spiritali semine gratulatur. circumdat uirum Maria angelo fidem dando, quia Eua perdidit uirum serpenti consentiendo. faciet, inquit, dominus nouum super terram. ut igitur exhibendae huius nouitatis tempus aduenit, caelestis ad uirginem praemittitur nuntius, salutauit angelus puellam uiri salutationis ignaram. terretur uirgo nouitate uerborum, ad quam angelus: ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum. ne, inquit, ad conspectum meum, mater domini mei, terrearis, ego conceptionis tuae minister adueni, ipse me misit ad te, qui est nasciturus ex te, ipse tibi per me adnuntiat gaudium, cui placuit in utero tuo cum humana natura mysticum sociare coniugium. inuenisti gratiam apud deum, ecce concipies et pa-

8] Hierem. 31, 22. 22] Luc. 1, 30. 28] Luc. 1, 30.

1 paterne *D* discedens *D* uulue *D* 2 reseruauit *D* totus *D* 4 hodie que *D* olliũ *D* 7 ꝑphete *D* 8 inquid *D* 9 continuos *D* 10 feminas *D* 12 putius *D* 13 praecedite *Aug.*, ꝑcite *D* feminas *D* inquid *D* 14 que *D* 15 que *D* concubito *D* 16 spiritale *D* semine *suprascr. D* gratulabatur *D* 17 uirũ *suprascr. D*^{2} quia *Aug.*, que *D* ẽua *D* 18 inquid *D* 19 exhibende *D* 22, 23 inquid *D* 25 nascituros *D* 27 misticũ *D*

ries filium, non cuiuslibet meriti hominem, sed totius saeculi saluatorem. ne, inquit, timeas, abice a te omnem metum, quae saeculi conceptura es gaudium. reuolue, Maria, propheticam lectionem. neque enim te scientia diuinorum librorum potest praeterire, quae ipsam plenitudinem partura es prophetarum. recole in libro Esaiae prophetae uirginem, quam legisti, et gaude, quia tu es, esse meruisti. tu ibi praesignata es uirgo. tu ecce concipies in utero non de uiro, sed de spiritu sancto et grauida eris et incontaminata manebis, paries filium et uirginitatis non patieris detrimentum. at illa inquit: ecce ancilla domini sum, fiat mihi secundum uerbum tuum. mox igitur angelus uirginis accepto consensu caelestis regionis incolas repetiuit et ecce subito secretum uirginis ineffabilis potentia penetrauit. intrat artifex mundi angustias uentris humani, efficitur grauida mater intacta et ecce tamquam sponsus de thalamo suo Mariae Christus procedit ex utero. occultatur in membris infantis potentia maiestatis, deus pendet ad ubera, pannorum uilium squalore contegitur, durissimi suffert praesepis angustias et totum misericors humiliter patitur, dummodo mundus, qui perierat, liberaretur.

O beata infantia, per quam nostri generis uita est reparata. o gratissimi delectabilesque uagitus, per quos stridores dentium paternosque ploratus euasimus, o felices panni, quibus peccatorum sordes extersimus, o praesepe splendidum, in quo non iacuit foenum animalium, sed cibus inuentus est angelorum. lacta, Maria, creatorem tuum, lacta panem caeli, lacta pretium mundi, praebe lambenti mammillam, ut pro te ipse praebeat percutienti se maxillam, nutriatur infans tuorum uberum lacte, ut iuuenis accipiat aceti potationem pro te. ferant eum nunc

6] cf. Esai. 7, 14. 11] Luc. 1, 38.

2 inquid *D* abiece *D* 3 que *D* 5 que *D* 6 ęsaige *D* prophęte *D* 7 *an* es *delendum cum Aug.?* praesignata es *Aug.*, p̃ter signates *D* 9 incontampnata *D* 10 etrimentū *D* inquid *D* 13 incolas *scripsi*, incola *D*, accolas *Aug.* 14 penetrauit *Aug.*, repetiuit *D* anguntias *D* 17 pendit *D* 18 scualore *D* 22 dilectabiles quę *D* 23 ploratos *D* ęuassimus *D* 24 splndidū *D* 26 craeatorem *D*

manus tuae, ut brachia eius pro te postea figantur in cruce. postremo tu illi ut mater temporalem administra substantiam, ut ipse nobis et tibi una cum patre et cum spiritu sancto uitam tribuat sempiternam. Amen.

III.

SERMO IN NATALI SANCTI STEPHANI.

Lectio apostolorum actuum, quae nobis hodie lecta est, dilectissimi fratres, cum plurimum habeat in ipsa specie admirationis, non minus tamen continet in mysterio dignitatis. ecce, inquit beatus Stephanus, uideo caelos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. considerate adtentius, dilectissimi fratres, cum beatus martyr dominum nostrum Iesum Christum ad dexteram dei patris stare uidisset, cur se filium hominis uidere testatus est et non potius filium dei, [et] cum utique plus delaturus honoris domino uideretur, si se dei potius quam hominis filium uidere dixisset? sed certa ratio postulabat, ut hoc ita et ostenderetur in caelo et praedicaretur in mundo. omne enim Iudaeorum scandalum in hoc erat, cur dominus noster Iesus Christus, qui secundum carnem erat filius hominis, esse etiam dei filius diceretur. ideo ergo pulchre diuina scriptura filium hominis ad dexteram dei patris stare memorauit, ut ad confundendam Iudaeorum incredulitatem ille martyri ostenderetur in caelo, qui a perfidis negabatur in mundo, et illi testimonium caelestis ueritas daret, cui fidem terrena impietas derogaret, unde, licet iuxta psalmum, qui

10] Act. 7, 56.

1 postea *Aug.*, fortet *D* fingantur *D* 2 tui *D* amministra *D* 6 desermone in nt sc̃i stephani *D; exstat hic sermo etiam apud Maxim. Taur. LVII 379 M. et inter sermones Augustini dubios CCX (39, 2138 M.) initio paulo auctiore* 7 que *D* hodiae *D* 8 speciae *D* 10 inquid *D* celos *D* 12 martir *D* 13 dexderã *D* 14 putius *D* et *uncis inclusi, decst apud Max. Taur. et Aug.* 15 dn̄o *ex* dn̄m̄ *D* 16 putius *D* ratio^{ne} *D* 18 iudeorũ *D* 20 dicaeretur *D* pulcre *D* 21 dexderã *D* 22 iudeorũ *D* ille *suprascr. D*, illi *Max.* 24 caelesti s *D* 25 terraena *D* derogarat *Max.*

lectus est, pretiosa sit in conspectu domini mors sanctorum eius, si quid tamen distare inter martyres potest, praecipuus uideretur esse prae omnibus, qui primus est. nam cum sanctus Stephanus diaconus ab apostolis ordinatus sit, apostolos ipsos beata ac triumphali morte praecessit. ac sic qui erat inferior ordine, primus factus est in passione et, qui erat discipulus gradu, magister coepit esse martyrio conplens illud, quod beatus propheta in psalmo, qui lectus est, dixit: quid retribuam domino pro omnibus, quae retribuit mihi? retribuere enim primus uoluit Stephanus martyr domino, quod cum omni humano genere accepit a domino. mortem enim, quam dignatus est saluator pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit saluatori.

Post haec subiecit scriptura sacra et ait: positis genibus clamauit dicens: domine, ne statuas illis hoc in peccatum. uidete, dilectissimi fratres, affectum beati uiri, uidete magnam et mirabilem caritatem. in persecutione positus erat et pro persecutoribus domino subplicabat atque in lapidum ruina, quando alius obliuisci poterat etiam carissimos suos, ille domino commendabat inimicos. quid enim dicebat, cum lapidaretur? domine, ne statuas illis hoc in peccatum. plus enim tunc illorum dolebat peccata quam sua uulnera, plus illorum impietatem quam suam mortem. et recte plus. in illorum quippe impietate erant multa, quae debent plangi, in illius autem morte non erant, quae doleri deberent. illorum impietatem mors sequebatur aeterna, huius autem mortem uita perpetua. imitemur ergo in aliquo, dilectissimi fratres, tanti magistri fidem, tam praeclari martyris caritatem. diligamus hoc animo in ecclesia fratres nostros, quo ille tunc dilexit inimicos.

1] Psalm. 115, 15. 9] Psalm. 115, 12. 14] Act. 7, 59.

4 apostolus *D*[1] ordinatis *D* 6 ait *ante* erat *erasum in D* 7 caepit *D* 9 que *D* 10 martir *D* 11 accipit *D* 15 hoc *suprascr. D* 16 dilectisimi *D* 18 subplicabit *D* adque *D* in *D bis* 19 runia *D* 24 que *D* 25 que *D* doleri *Max. et Aug.*, dolore *D* 26 sequaebatur *D* 27 emitemur *D* in *D bis* 28 martiris *D*

sed quod peius est, aliquotiens non solum non diligimus inimicos, sed nec amicis quidem fidem integram custodimus. sed dicit aliquis: non possum diligere inimicum meum, quem cotidie patior uelut hostem crudelissimum. o quicumque ille es, adtendis, quid tibi fecerit homo, et non consideras, quid tu feceris deo. cum enim tu multo grauiora in deo peccata commiseris, quare non dimittas homini paruum, ut tibi deus dignetur dimittere totum.

Recole, quid tibi in euangelio ueritas ipsa promiserit et quam tibi quodam modo cautionem fecerit uel quale tecum pactum inierit: si enim, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et uobis pater uester caelestis delicta uestra. si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis debita uestra. uidetis, fratres, quia cum dei gratia in potestate nostra positum est, qualiter a domino iudicemur. ‹si›, inquit, dimiseritis, dimittetur uobis. iam saepe dixi, fratres, et frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat, quia, qui uel unum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid deo in operibus bonis obtulerit, totum perdet, quia scriptum est: qui fratrem suum odit, homicida est. hoc loco fratrem omnem hominem oportet intellegi. omnes enim in Christo fratres sumus. nemo ergo sine caritate praesumat de uirginitate, nemo de elimosynis, nemo de ieiuniis, nemo de orationibus confidat, quia, quamdiu inimicitiam in corde tenuerit, neque istis neque aliis quibuslibet bonis ‹operibus› placare sibi deum poterit. sed si uult propitium habere deum, non dedignetur audire consilium

11] Matth. 6, 14. 20] 1 Ioann. 3, 15.

1 quod *suprascr. D* non solum *D bis* diligamus *D* 3 cotidiae *D* 4 crudilissimũ *D* 6 commisseris *D* 7 demittas *D* 8 demittere *D* 9 euuangelio *D* 10 quoddãmodo *D* qualem *D* 11 inquid *D* demiseritis *D* 12 demittet *D* 13 miseritis *D* 14 demittet *D* 16 si *Max. et Aug., om. D* inquid *D* demiseritis demittetur *D* 17 sepe *D* 18 qui *suprascr. D* 19 hodio *ex* hodiae *D* 20 quiã *D* 21 omnem *suprascr. D* 23 elymosinis *D* 25 inimicititiã *D* 26 qui libet *D* operibus *Max. et Aug., om. D* placere *D*

bonum. audiat non me, sed ipsum dominum suum: si offers, inquit, munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare et uade prius reconciliari fratri tuo et tunc ueniens offeres munus tuum. at nos pugnas habentes intrinsecus et dolos in corde uersantes, quasi qui bonam conscientiam habeamus, praesumimus accedere ad altare non timentes illud, quod scriptum est: qui manducat corpus domini et bibit sanguinem eius indigne, iudicium sibi manducat et bibit.

Sed dicit aliquis: grandis est labor inimicum diligere et pro persecutoribus subplicare. nec nos negamus, fratres. non parvus quidem labor est in hoc saeculo, sed grande est praemium in futuro. per amorem enim hominis inimici efficeris amicus dei, immo non solum amicus sed etiam filius, sicut et ipse dixit: diligite inimicos uestros et cetera. si te aliquis potens homo et diues in hoc saeculo uellet adoptiuum filium facere, quomodo seruires, quas indignationes etiam seruorum eius, quae seruitia durissima et aliquoties etiam turpissima sustineres, ut ad caducam et fragilem illius peruenires hereditatem. quod ergo alius sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter uitam aeternam. conuincimur enim certissima ratione, quia propter deum possimus quidem, sed nolumus iniuriam sustinere. denique si aliqua potens persona contra nos iniuriam faciat, si etiam nos in faciem male dicat, nec respondere aliquid asperum, non dicam uicem reddere ausi sumus. quare hoc? ne ab illa persona potente adhuc maiora quam pertulimus patiamur. quod a nobis extorquet hominis

1] Matth. 5, 23. 8] 1 Cor. 11, 29. 16] Matth. 5, 44; Luc. 6, 27.

1 offeris *D* 2 inquid *D* 4 reconciliare D^1 5 offeris *D* ad *D* 6 dolus *D* 7 p̄summimus *D* accidere *D* 11 aliquis *D* dilegere *D* 12 paruum *D* 13 labore *D* premium *D* 17 uellit *D* ad optimū *D* 20 sustineris *D* fragillē *(erat* eius *in ras.) D* 22 propter — sustine *D infra in marg.* 24 *ante* sustinere *rasuram habet D, in qua* faciat *erat* 26 reddere *D (erat* re *in ras.)* aussi *D* 27 ne] ñ *D* 28 ptullimus *D*

timor, deberet exigere a nobis Christi amor. si ergo potens persona contra nos saeuiat, tacemus et nihil dicere ausi sumus, si uero aut aequalis aut forte inferior uel leuem contumeliam fecerit, quasi fera bestia sine ulla patientia ac sine aliqua dei contemplatione consurgimus et aut in praesenti iniuriam nostram uindicamus aut certe ad maiorem uicem reddendam nostrum animum praeparamus. quid est hoc, quod, quando persona potens nobis iniuriam contulit, patienter accipimus, quando inferior, nimio furore succendimur? quia, ubi timuimus hominem, hic deum timere nolumus.

Unde rogo uos, fratres, ut, quantum possimus, cum dei adiutorio cor nostrum ad patientiam praeparemus et in omnibus et malis hominibus medicorum uices agare studeamus et non ipsos homines, sed ipsorum malitiam odio habeamus. oremus pro bonis, ut semper ad meliora conscendant, pro malis, ut cito ad emendationem uitae et ad paenitentiae medicamenta confugiant, quam rem orantibus nobis ipse praestare dignetur, qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus in saecula saeculorum. Amen.

IIII.

SERMO DE SANCTO STEPHANO.

Quotiens caritatem uestram secundum praeceptum domini ad diligendos inimicos prouocare debemus, timeo, ne aliqui cogitent et dicant se nullatenus hoc posse implere. forte etiam et hoc obicere uolunt et dicant ⟨se⟩ semper Christum imitari non posse. ecce tibi loquor, o homo, quicumque dicis, quod in

2 seuiat *D* 3 contumiliã *D* 6 uincamus *D* 7 p̃pararemus *D* 9 ubi] *fortasse* ibi *cum Max. et Aug. scribendum* 10 noluimus *D* 13 et *ante* malis *om. Max. et Aug.* studiamus D^1 14 hodio habemus *D* 15 conscendat^{mus} *D* 16 emendationem *D* uite *D* penitentie *D* 17 remorantibus *D* 21 itẽ alia sermone de sc̃o stephano *D; hie sermo paulo breuior factus et immutatus (deest media fere pars) exstat apud Maium, nou. patr. bibl. I 448 Augustini nomine e eod. Vatic. 479 fol. 110 a editus* 25 obiecere *D* se semper *scripsi,* semper *D* emitare *D* 26 *uerba* ecce tibi loquor — *pag. 238, 9* genu flexit *ex Augustini sermone XXXXVIIII 10, 11 deprompta sunt (cf. append. serm. CCXI)* quicumque *Aug.,* qui cum *D*

amore inimicorum non possis imitari dominum tuum. certe beatus Stephanus homo erat et non deus, hoc erat, quod tu, sed quod fecit, non fecit nisi donante illo, quem rogas et tu. uide tamen, quod fecerit. loquebatur Iudaeis, saeuiebat et diligebat. utrumque debeo demonstrare, et saeuientem et diligentem. audi saeuientem. uerba sunt Stephani, quando adloquebatur Iudaeis: duri ceruice et incircumcisi corde et auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. quem prophetarum non occiderunt patres uestri? audisti saeuientem. alterum debeo ostendere, audi et diligentem. irati illi facti et grauius inardescentes et mala pro bonis reddentes ad lapides concurrerunt et dei famulum lapidare coeperunt. hic probo, sancte Stephane, dilectionem tuam, hic te uideamus, hic te spectemus, hic uictorem diaboli triumphatoremque cernamus. ecce beatus Stephanus aspiciens illum, qui pro eo pependit et in ligno crucis figebatur, ille iste ipse lapidabatur. ille dixit: ignosce illis, pater, quia nesciunt, quid faciunt. tu, beate Stephane, quid dicis? audiam et uideam te, ne forte possim uel te imitari. primum beatus Stephanus stans orauit pro se et ait: domine Iesu, suscipe spiritum meum. cum haec dixisset, genua flexit et genu flexo ait: domine Iesu, ne statuas illis hoc in peccatum, et hoc dicto obdormiuit. o felix somnus et requies uera, ecce quod est beate requiescere pro inimicis orare.

Sed rogo te, Stephane, ut mihi digneris exponere, quid fuit hoc, pro te stans orasti et pro inimicis genu flexisti. si enim

7] Act. 7, 51. 17] Luc. 23, 34. 20] Act. 7, 59. 21] ibid.

1 emitare *D* 3 nisi *D (erat* n *in ras.)* rogas et tu *Aug.*, rogaret tu *D* 4 iudeis *D* seuiebat *D* 5 debeo *D, fortasse cum Augustino scribendum:* utrumque ostendere debeo, quia dixi saeuiebat et dixi diligebat, utrumque debeo demonstrare seuientem *D* 6 saeuientem *Aug.*, se uenientem *D* stephanus *D* 7 iudeis *D* duri *D (erat* s *in ras.)* 8 restitisti *D* 9 ꝑphetarū *D* 10 seuientem *D* 11 inardescentes *Aug.*, inardentes *D* 12 caepeṙt *D* 14 diabuli *D* 16 figabatur *D* 18 uidiam *D* 19 emitare *D* primum *scripsi*, primus *D* 21 genu flexo *D (erat* o *in ras.)* 22 statues *D* 26 ptestans *D*

praesentibus esses, hoc sine dubio responderes: pro me stans oraui, quia pro me, qui recte deo seruiui, in orando et impetrando non laboraui, quia, qui pro iusto orat, non laborat. ideo stans pro se orauit. inde uentum est, ut oraret pro Iudaeis, pro interfectoribus Christi, pro interfectoribus sanctorum, pro lapidatoribus suis. quia adtendit nimiam et magnam esse impietatem ipsorum, quae difficile donari possit, genu flexit.

Imitemur ergo, fratres dilectissimi, uel in quantum donauerit deus, beatum Stephanum, diligamus non solum amicos sed etiam inimicos, quia nihil est, unde sic et peccata redimere et diabolum uincere et deum placare possimus. denique sic ipse dominus dixit: date et dabitur uobis, dimittite et dimittetur uobis, et iterum: si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et uobis pater uester caelestis delicta uestra et cetera. uidete, fratres, misericordiam domini nostri. in potestate nostra posuit, qualiter in die iudicii iudicaremur. si dimittamus, dimittetur nobis, si non dimittamus, non dimittetur nobis. diligamus ergo, fratres dilectissimi, non solum amicos sed etiam inimicos, ut ad tribunal iudicis aeterni cum secura conscientia ueniamus dicentes: da, domine, quia dedimus, dimitte, quia dimisimus. nos fecimus, quod iussisti, tu imple, quod promisisti, quod ipse praestabit, qui cum patre uiuit et regnat cum spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

V.

SERMO IN NATALI INFANTUM INNOCENTIUM.

Hodie, fratres carissimi, natalem illorum infantium colimus, quos ab Herode rege interfectos esse euangelii textus loquitur.

12] Luc. 6, 38. 37. 13] Matth. 6, 14.

1 *fortasse* in praesentibus *scribendum* 4 iudeis *D* 6 quiaddtendit *D* 7 que deficile *D* 8 emitamur *D* 10 redemere *D* 11 diabulũ *D* 12 demitte *D* 13 demittetur *D* demiseritis *D* 14 demittet *D* 17 demittamus demittetur *D utroque loco* 20 eterni *D* 21 demitte *D* demisimus *D* 26 incipit sermo iñt infantũ illorũ discendus *(sic!) D; exstat hic sermo inter dubios Augustini sermones CCXX (39, 2152 M.)* 28 erode *D* euuangelii *D*

ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra caelestium militum et tantarum parens fecunda uirtutum. ecce profanus hostis numquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. nam sicut sacratissima praesentis diei festa manifestant, quantum contra beatos paruulos iniquitas abundauit, tantum in eis gratia benedictionis effulsit. sic enim paulo ante audiuimus, quod, cum Herodes rex Christum persequeretur, milia felicium extincta sunt puerorum dicente propheta: Rachel plorans filios suos et noluit consolari, quia non sunt. o beata parens triumphalium, inlustrium patria bellatorum, tantorum diues pignorum, quasi ad momentum oculis inspicientium orbari uisa est, numquam tamen indiget consolari nec plorat filios, quos inhibendis luctibus, dum perdiderat, adquisiuit. beata es, o Bethlehem terra Iuda, quae Herodis regis inmanitatem in puerorum extinctione perpessa es, quae sub uno tempore candidatam plebem inbellis infantiae deo offerre meruisti.

Digne tamen natalem colimus illorum, quos beatiores aeternae uitae mundus edidit, quam quos maternorum uiscerum partus effudit, si quidem ante uitae perpetuae adepti sunt dignitatem, quam usuram praesentis acciperent. aliorum quidem pretiosa mors martyrum laudem in confessione promeruit, horum in consummatione conplacuit, quia incipientis uitae primordiis ipse eis occasus initium gloriae dedit, qui praesentis terminum posuit, quos Herodis impietas lactantes matrum uberibus abstraxit, qui iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos primas erumpentes ecclesiae gemmas quaedam persecutionis pruina decoxit. et ideo dignum est

9] Hierem. 31, 15; Matth. 2, 18. 14] Matth. 2, 6.

1 exultatatione *D* gaudeat — *lin. 17* meruisti] *cf. Eusebii (Fausti) hom. 11 init.* nostra] nutrix *add. Euseb.* 2 et tantarum *Aug.*, tantorũ *D* pariens *D* ꝓphanus *D* 3 ꝓdisse *D* 6 habundauit *D* 7 *uerba* sic enim — *lin. 14* adquisiuit *absunt apud Aug.* herodis *D* 9 rachęl *D* 10 baeata *D* inlustrũ *D* 12 inspientiũ *D* indigit *D* 14 bethelęm *D* 15 *ante* Herodis *in D* ʰeredes *erasum est* 16 que *D* 17 męruisti *D* 18 beationes *D* eterne uite *D* 19 maternarum *D* 20 uite perpetue *D* 22 confesione *D* 23 primordis *D* 28 quidã *D*

interfectis pro Christo infantibus honoris impendere caeremonias non doloris, sacramentis uota dare non lacrimis, quia ipse illis causa fuit poenae, qui exstitit et coronae, ipse odii causa, qui et praemii. parante autem Herode paruulis necem Ioseph per angelum admonetur, ut Christum dominum in Aegyptum transferat. Aegyptus idolis plena erat iam post Iudaeorum persecutionem et ad occidendum Christum profanae plebis adsensum Christus ad gentes idolis deditas transire dignatur et Iudaeam relinquens ignoranti saeculo colendus infertur.

Et quia in scripturis diuinis bonos et iustos uiros semper persecutionem malorum sustinuisse cognoscimus, si diligenter consideramus, inuenimus illos maiora supplicia sustinere, qui faciunt, quam ii, qui sustinere uidentur. omnis enim homo, qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur. nam si etiam illi, quem persequitur, aliquid de substantia sua tulerit, maius sibi ipse dispendium facit, quia nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno. ubi lucrum ibi damnum, lucrum in arca, damnum in corde. tulit uestem perdit fidem, adquirit pecuniam perdit iustiam. sed hoc homines ideo faciunt, quia diem nouissimum adtendere nolunt. si enim diem mortis suae cogitare iugiter uellent, animum suum ab omni cupiditate uel malitia prohiberent. sed quod modo nolunt salubriter cogitare, necesse habent postea sine ullo remedio sustinere. ueniet enim illis dies nouissimus, ueniet dies iudicii, quando eis nec pecuniam licebit augere nec bonis operibus se ab aeterna morte poterunt redimere, quia percutitur etiam ab hac animaduersione peccator, ut moriens obliuiscatur sui, qui, dum uiueret, oblitus est dei. ueniet dies iudicii, quando mouebuntur fundamenta montium et ardebit terra usque ad infe- ros deorsum, quando caeli ardentes soluentur, quando sol

29] cf. Deut. 32, 22. 30] 2 Petr. 3, 12. Matth. 24, 29.

3 poene *D* exstetit *D* corone *D* hodii *D* 4 p̃mi *D* parente *D* herodi *D* 5 egyptum *D* 6 egyptus *D* iudeorũ *D* 7 ꝑfane *D* 8 iudeã *D* 11 sustenuisse *D* 13 hii *D* uindentur *D* 14 per quem sequitur *D* 16 maius *Aug.*, malus *D* 18 dampnũ *D* archa *D* 19 *an cum Aug.* tollit *scribendum?* 20 dies *D* 25 augerere *D* ne *D* 26 eterna *D* redemere *D*

obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo, quando peccatores et impii mittentur in caminum ignis et fumus tormentorum illorum ascendet in saecula saeculorum. ibi erit fletus et stridor dentium. unde ueniet tempus, fratres carissimi, quando nulli bono erit male et nulli malo erit bene. ueniet, inquam, nouissima dies, quando discernuntur pii ab impiis, iusti ab iniustis, laudatores dei a blasphematoribus dei, quando discernentur, ut nulli, sicut dictum est, bono sit male, nulli malo sit bene.

Quare ergo modo non sic forte et modo sic, sed, nunc quod est in occulto, tunc erit in manifesto? lege scripturam diuinam, ingredere mecum, si potes, in sanctuarium dei. forte ibi, si possum, docebo te. immo disce mecum ab eo, qui docuit me, etiam nunc non esse bene malis et melius esse bonis quam malis, quamuis nondum uenerit bonorum plena felicitas nondumque uenerit poena malorum nouissima. si legem dei diligenter adtendis, forte intellegis mecum non esse bene malis. rogo enim te et quaero abs te, tibi quare male est? responsurus es mihi: egestas angit, premit difficultas, dolor fortasse membrorum, timor ab inimico. tibi ideo male est, quia pateris mala, et bene est illi, qui se ipsum malum patitur? multum interest inter malum pati et malum esse, sed tu, quod pateris, non es. malum enim pateris et malus non es. ille autem malum non patitur et malus est. noli ergo falli. non potest fieri, ut tibi male sit, qui pateris malum, et illi bene sit, qui est malus. cum enim est malus, putas, quia non patitur et malum, cum patitur se ipsum? tibi male est, quia malum alienum pateris in corpore tuo, et illi bene est, qui malum se ipsum patitur in corpore suo? tibi male est, qui forte malam habes uitam, et bene est illi, qui malam habet animam? esto

2] cf. Matth. 13, 42. 50; Apoc. 19, 20. 3] Apoc. 14, 11. 4] Matth. 8, 12 al.

4 ubi *Aug.* 5 nullo *D* 6 ueniet—*p. 242,* 7 ne pereas cum eis] *cf. Aug. serm. 48, 7. 8 (38, 319 M.)* 7 discernentur *Aug.* 8 plasphematoribus *D* 11 oculto *D* 12 ingredire *D* potest *D* 13 ab eo *Aug.*, habeo *D* 15 quamuis *D* 19 angit *Aug.*, tangit *D* deficultas *D* 23 malū̃ *D* 25 *post* malum *in D* cum pateris malum *erasum est* 27 malū̃s cum *D* 30 uillam *Aug.*

bonus, qui habes bona. bonae sunt diuitiae, bonum est aurum, bonum et argentum, bonae familiae, bonae possessiones. omnia ista bona sunt, sed unde facias bene. habeto bona, quae te faciunt bonum, quae te faciunt malum. quae sunt, inquis, ista? fac iudicium et iustitiam. bona sunt, quae habes. esto et tu bonus inter bona tua. erubesce bonis tuis, noli esse malus in eis, ne pereas cum eis. ita ergo aurum et argentum distribuit hominibus conditor rerum et administrator deus, ut ipsum per se natura et genere suo bonum sit, copia uero eius non extollat bonos nec elidat inopia. malos autem, cum offertur eis, excaecat et, cum aufertur, excruciat, quia et, cum adquiruntur pecuniae, falsam tribuunt laetitiam et, cum perduntur, ueram tristitiam derelinquunt.

Discamus ergo amare ueras diuitias, id est castitatem et iustitiam et pacem et misericordiam. istae diuitiae dicuntur iustae, quia bonis meritis iustisque tribuuntur, illae uerae dicuntur diuitiae, quia, quisque eas habuerit, non egebit, dum iuxta apostolum habens uictum et uestimentum iis contentus est. istas ergo diuitias terrenas iniustum est putare diuitias, quae non auferunt egestatem. tanto enim magis quisque ardebit egestate, quanto magis auaritiae eas diligens habuerit maiores. quomodo ergo sunt diuitiae, quibus crescentibus crescit inopia, quae amatoribus suis, quantum fuerint maiores, non adferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem? diuitem tu putas, qui minus indigeret, si minus haberet, unde bene dixit quidam:

crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

cum pecuniae enim incremento rabies cupiditatis augetur. nam

18] 1 Tim. 6, 8. 27] Iuuen. 14, 139.

1 bone *D ubique* 2 et] est *Aug.* 3 bene] non quae te faciant bonum *add. Aug.* habito *D* 4 que *D utroque loco* quae—malum *om. Aug.* 6 tuis] esto bonus mansurus inter bona peritura. erubesce bonis tuis *add. Aug.* 9 generi *D* eius *Aug.*, ẽ *D* 10 offertur *Aug.*, effertur *D* 11 excecat *D* 12 tribuut *D* letitiã *D* 15 iste *D* 16 iuste *D* tribuntur *D* ille uere *D* 18 apostolorũ *D* habens *suprascr. D* hiis *D* 21 auaritiae *post* egestate *habet Aug.* 23 fuerit *D*

omnes auari uel cupidi uelut hydropis morbo aegrotare uidentur. quomodo enim hydropicus, quantum plus bibit, tantum amplius sitit, ita et auarus uel cupidus adquirendo periclitatur et inquirendo non satiatur.

Nos uero, fratres, cogitantes nos peregrinos et hospites esse in hoc saeculo hoc tantum, quod ad uictum et uestitum opus est, nobis in itinere uitae istius reseruemus et, quantum possimus, in aeternam beatitudinem per elimosynam pauperum dirigamus, ut, cum in die iudicii cupidi et auari pro sterilitate operum bonorum audire meruerint: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, nos pro bonis operibus audire possimus: uenite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est a constitutione mundi, quia esuriui et dedistis mihi manducare, nudus fui et cooperuistis me. ad istam uero beatitudinem nos dominus sub sua protectione perducat, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

VI.

SERMO IN NATIUITATE APOSTOLORUM IACOB ET IOHANNIS.

Rogo uos, fratres carissimi, ut ⟨non⟩ moleste accipiatis nec nos superfluos iudicetis, quod uos pro amore inimicorum frequentius commonemus. hoc ideo faciamus, quia ad sananda uulnera omnium peccatorum nullum medicamentum fortius esse cognouimus, nec uobis ineptum esse uideatur, quod aliquotiens etiam in sollemnitatibus martyrum ad amorem uos

10] Matth. 25, 41. 12] Matth. 25, 34.

1 uelud *D* hydropis *Aug.*, et trobis *D* 2 hydropicus *Aug.*, adropicus *D* 3 sitit *Aug.*, sitiuit *D* pereclitatur *D* 7 itenere *D* uite *D* 8 eternam *D* elymosinã *D* 9 die *D* sterelitate *D* 10 meruerṫ *D* 11 eternum *D* 14 cooperuisti *D* 19 incipit sermo qui in natiuitate apostolorum iacob et iohanis et quando uolueris dici potest *D; exstat initium huius sermonis apud Maium, bibl. patr. nou. I 242 editum Augustini nomine ex cod. Uatic. 4951 et cod. Ottoboniano 978; reliqua sermonis pars (inde a p. 244, 7* noli*) cum Augustini sermonis 49, 5—7 parte congruit* 20 non *om. D* 21 iudicetis *D* 22 facimus *Aug.*

pronocemus inimicorum. propterea hoc fieri uolumus, quia omnes martyres per istam perfectissimam caritatem ad coronam martyrii peruenisse cognouimus, quod etiam in beato Stephano inpletum esse cum ingenti admiratione gaudeamus. diligenter, quaeso, adtendite, fratres, et intellegite, quia in omnibus malis hominibus uitia potius habere odio debemus, non homines, diligere hominem, odisse uitium. noli propter hominem diligere uitium nec propter uitium odisse hominem. homo proximus tuus est, uitium inimicus est proximo tuo. tunc amas amicum tuum, si oderis uitium, quod nocet amico tuo. si credis, bene facis, quia iustus ex fide uiuit. quod abundat in rebus humanis, hoc dico. aliquando amico tuo carissimo inimicus est aliquis, qui erat amicus amborum. incipiunt esse de tribus amicis duo inter se inimici. quid faciat medius, qui remansit? unus ex illis, qui se odio habent, uult, ut oderis cum illo, quem ille odio habet, et haec uerba tibi dicit: non es amicus meus, quia es amicus inimici mei. et quod tibi dicit iste de illo, hoc tibi dicit ille de isto. tres enim eratis, duo coeperunt esse discordes et remansisti tu solus. si huic te iunxeris, illum odio habebis inimicum, si illi, istum, si ambobus, ambo murmurabunt. ecce temptatio. exspectas forte a me audire, quid facias. permane amicus amborum. qui discordant inter se, concordent per te. mala si aliqua audisti ab altero de altero, noli prodere alteri, ne forte postea sint amici, qui modo sunt inimici, et proditores suos prodant sibi.

Sed hoc propter homines dixi, non propter oculos dei. ecce nemo te prodit deo. deus est, qui te uidet, qui te iudicat. audisti ab irato uerbum, a dolente ac succensente: moretur in te. quare proditur, quare profertur? non enim si in te

10] Iac. 2, 19. 11] Galat. 3, 11 al.

1 ꝓnocemus *D* 3 baeato *D* 5 quesso *D* 6 putius *D* hodio *D* 7 hodisse *D* 9 inimicus *supra ras. exstat in D*, inimicum *Aug.* 10 noc̣et *D* tuo si credis *supra ras. in D* 11 habundat *D* 15 hodio *D* 16 odes *D* 19 caeperunt *D* 20 iunxeris *D* hodio *D* 24 ꝓdire *D* 26 dixi *Aug.*, dixit *D* 28 adolente *D* succensante *D* moriatur *Aug.* 29 sin *D* (i *man. alt.*)

fuerit, disrumpet te. dic sane amico, qui uult te facere inimicum amici tui, alloquere et tamquam aegrotantem animam medicinae lenitate pertracta. dic illi: quare uis, ut sim inimicus illius? respondebit: quia inimicus meus est. uis ergo, ut sim inimicus illius inimici tui? inimicus esse debeo peccati tui. iste, cui me uis facere inimicum, homo est, alius est inimicus tuus, cui debeo esse inimicus, si amicus tuus sum. respondebit: quis est alius inimicus meus? uitium tuum. respondebit: quid est uitium meum? odium, quo odisti amicum tuum.

Esto ergo similis medico. medicus non amat aegrotantem, si non odit aegritudinem. ut liberet aegrotum, persequitur febrem. nolite amare uitia amicorum uestrorum, si amatis amicos uestros. sed cui dico, putas, ne facio ego ipse? quod dico, fratres mei, facio, si in me facio. primus autem in me facio, si a domino accipio odio uitia mea, cor meum ad sanandum offero medico, persequor peccata, quantum possum, gemo de illis, confiteor, quia sunt in me, et ego accuso me. qui me reprehendebas, corrige te. haec est iustitia, ne dicatur nobis: stipulam in oculo fratris tui tu uides et trabem in oculo tuo non uides. hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo. ira fistuca est, odium trabes, sed nutristi fistucam et fit trabes. ira inueterata fit odium, fistuca nutrita fit trabes. ut ergo fistuca non fiat trabes, non occidat sol super iracundiam uestram. uides sentisque odio te liuentem et reprehendis irascentem? tolle e te odium et recte reprehendis iram. fistuca est in oculo suo, in tuo trabes est.

20] Matth. 7, 3; Luc. 6, 41. 24] Eph. 4, 26.

1 disrũpit *D* 2 egrotantem *D* 3 medicini *D*, *an* medici *scribendum?* 4 illius *deletum in D* 7 inimicos *D* 8 qui *D* 9 hodiũ *D* 11 egrotantem *D* 12 egredudinem *D* egrotũ *D* 14 cui] qui *Aug.* 16 accipiodio *D* 17 gemco *D* 18 acusso *D* 19 correge *D* 21 hypochrita *D* eiece *D* 22 trabis *D ubique* nutris *Aug.* trabis sed—fit odium *D bis* 24 fit *D* 25 liuentem *Aug.*, libentẽ *D* 26 tolle e te *scripsi*, tollite *D* recte *Aug.*, nec te *D* 27 duo *D*

et oculus cum trabe quomodo potest uidere fistucam? nescio, quo fronte sub ora irascentem reprehendit, qui odium in corde reseruat. qui sub ora irascitur et cito irascitur et cito placatur, fistucam quidem incurrit, sed statim per paenitentiam eam abstulit. qui uero odium perlongo tempore in corde tenuerit, nutriendo fistucam in trabem conuertit. trabes est in oculo tuo, quia fistucam ibi natam statim tollere noluisti. cum illa dormisti, cum illa surrexisti, eam in te ipsum excoluisti, falsis suspicionibus inrigasti, uerba adulantium et ad te uerba mala de amico deferentium credendo nutristi, fistucam non auulsisti diligentia tua, trabem fecisti.

Tolle trabem de oculo tuo, noli odire. fratrem tuum expauescis an non expauescis? dico tibi, noli odire et securus es. respondes et dicis mihi: quid est odisse et quid mali est, quod odit homo inimicum suum? odisti fratrem tuum, sed odium contemnis. audi diuinam scripturam: qui odit fratrem suum, homicida est. ergo si homicida est, non uenenum parasti, non ad percutiendum inimicum cum gladio processisti, non ministrum sceleris praeparasti, non locum, non tempus, postremum ipsum scelus non fecisti, tantum odisti et prius te quam illum occidisti. disce ergo iustitiam, ut non oderis nisi uitia hominis. hoc si tenueritis et hanc iustitiam feceritis, ut homines etiam uitiosos sanare malitis potius quam damnare, ante tribunal aeterni iudicis non pro odio damnandi, sed pro caritate uel pace coronandi feliciter uenietis praestante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit et regnat cum patre et cum spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

16| 1 Ioann. 3, 15.

1 trabem *D* nescio—*lin. 6* conuertit *om. Aug.* 2 quo] *D* 3 hora *D* irascaetur *D (priore loco)* 4 penitentiã *D* 5 p longo *D* 7 natum *D* 8 ipsũ *D*, ipso *Aug.* 9 adolentium *D* 10 defferentiũ *D* 12 odere *D* suum *D* expauiscis *D utroque loco* 14 respondis *D* mali *Aug.*, male *D* 15 sed] si *add. Aug.* 16 hodium *D* contempnis *D* 17 ergo—est] qui odit, homicida est. numquid modo potes dicere: quid ad me, ut homicida sim? qui odit. homicida est *Aug.* 19 non locum—tantum odisti *add. D in marg. sup.* 23 malletis *D* putius *D* dampnare *D* 24 eternis *D* dampnandi *D*

VII.

DE EPIPHANIA.

Proxime, fratres carissimi, eius diei redemptionis nostrae celebrauimus sacramentum, quo deus hominem cum infirmitatibus induit. hodie uero illud excolimus, quo se deus in homine uirtutibus declarauit pro eo, quod in hac die siue caelo stellam ortus sui nuntium praebuit, siue quod in Cana Galilaeae in conuiuio nuptiali aquas in uinum conuertit, siue quod in Iordanis undis aquas ad reparationem humani generis suo baptismo consecrauit, siue quod de quinque panibus quinque milia hominum satiauit. in quolibet horum salutis nostrae mysteria continentur et gaudia. nobis enim ex uirgine natus est, quod stella monstrauit. nos in melius esse mutandos operis miraculo et aquarum conuersione signauit, nobis remedia prouidit ex baptismo, quod in Iordanis alueo praebuit, prouocauit. et ideo, fratres carissimi, in omni actu nostro stellam fidei praeferamus et in custodiam puritatis Christi baptismum celebremus, quia et haec Christi regeneratio tuae fidei confirmatio est. insinuauit enim tibi muneris sui beneficium per secundae natiuitatis exemplum et, quod facere te uoluit, prior fecit.

Legimus Iudaeos diuersa sub lege habuisse baptismata, sed nullum ex his contra praeuaricationis malum generalem potuit conferre medicinam. et ideo pro absolutione totius mundi indigebant regenerationis aquae caelitus sanctificari et, quia per uniuersum mundum sacramentum baptismi humano generi opus erat, omnibus aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueo unica ac singulari pietate descendit. tunc enim Christum

2 incipit de epiphania in uigiliis dicenda *D* 3 die *D* 6 siue] quod in *add. Aug. Max.* 7 chanan *D* 9 humano *D* 10 siue—satiauit *om. Max.* 12 misteria *D* enim *Aug.*, ẽ *D* 13 *uerba* nos—prouocauit *immutata leguntur apud Max. et Aug.* motandos *D* 14 quarũ *D* 15 babtismo *D* albeo *D* 17 custotiã *D* 19 tuae—tibi] nostrae—nobis *Max. Aug.* 20 exempl ũ *D* 22 babtismata *D* 24 absolutionem *D* 25 aqua *Max.* 26 babtismi *D* 28 albeo *D*, alueum *Max. Aug.* singulare *D* discendit *D*

dominum non tam lauauit unda quam lota est. tibi enim Christus nascendo aduenit, tibi uiuendo militauit, tibi moriendo conflixit. quem uides pro te mortuum, pro te intellege baptizatum. itaque Christus dominus qualis post baptismum talis omnino etiam ante baptismum fuit. et ideo praecursor eius atque baptista ita, cum ad eum baptizandus ueniret, alloquitur: ego, domine, a te baptizari debeo et tu uenis ad me? quid euidentius de Christi nondum baptizati puritate, quid fortius? ego a te debeo baptizari, id est, qui fons es innocentiae et plenitudo iustitiae, qui nullo indigens dare scis, nescis accipere, ego, inquit, a te debeo baptizari, quia tecum exhibes et in te possides puritatis munera et baptismatis sacramenta et, quod ego dabo te largiente per gratiam, tu obtines per naturam. creaturae interea fit profectus. creatoris adtactu membra tinguntur et fluenta ditantur. uitali gratia non corpus ex flumine, sed flumen mutatur ex corpore. descendere in se fontem suum felix unda miratur sub uno momento aeterna remedia concipiens et nouandam generationem fecunditate parturiens, quod acceperat, hoc reddens et, quod non habebat, accipiens.

Inter haec mirum esset, quod se dominus serui subdidit benedictioni, nisi cruci ⟨se⟩ subdidisset et morti. et ille quidem pretiosum sibi hominem esse pretii ipsius dignitate perdocuit. sed hinc quoque intellegimus, quam grandes apud se aestimet dominus noster humanorum criminum causas, propter

7] Matth. 3, 14.

3 conflexit *D* mortuo℞ũ *D* pro te *ex* propter *D* babtizatũ *D* 4 itaque—post baptismum *om. Max. Aug.* babtismum *D utroque loco* 5 praecursor eius *Max. Aug.*, p̃cursorem *D* 6 babtista *D* ita] eum *add. Max. Aug.* babtizandũs *D (˜ erasum)* 7 babtizari *D* 8 babtizati *D* 9 babtizari *D* id est *suprascr. D supra rasuram, in qua erat* puritate 11 inquid *D* babtizati *D* 12 exibes *D* possedis *D* babtismatis *D* 13 largente *D* 15 adtactus *D* uitali—corpore *om. Max.* uitalem gratiam *Aug.* 16 mutuatur *Aug.* 17 discendere *D* ṣ te *D* 18 eterna *D* noua deum regenerationis fecunditate *Max. Aug.* 19 acciperat *D* 20 accipie|ns *D* 22 benedictione *D* cruce *D* se *om. D* subdedis sed *D* 25 creminũ *D*

quas non angelum, non archangelum, sed misit deum ad terras. quam grauis sit peccati, quam dura condicio, prodit remedii magnitudo. quanta malorum discussio erit, qua damnabuntur, sollicitudo indicat, qua redimuntur.

Omni ergo uigilantia atque diligentia caueamus, ne uulneret diabolus, quod sanauit deus, ne per consensum cordis, per flagitium corporis seruitutem, quam debemus domino magis exhibere, praebeamus inimico. et quidem si quis uiolentus ac praepotens aliquid de facultate nostra ac proprietate rapuisset, nonne dignum summo odio duceremus, nonne merito tamquam hostem detestaremur? et quo tandem animo diabolo per peccatum consentimus, qui nobis substantiam non uult auferre, sed uitam, non terram fraudare, sed caelum, non fines possessionis angustare, sed infinita spatia aeternitatis? inter haec, o homo, si dignitatem facturae tuae, si pietatem circa te domini tui uolueris aestimare de pretio, poteris non dubitare de regno.

Illud, fratres carissimi, quod die tertia nuptias factas in Cana Galilaeae et quod aquam in uina conuersam fuisse modo, cum euangelium legeretur, audiuimus, uideamus, quae sunt illae nuptiae. hic adquisitio uel reparatio nostra uotis et festis nuptialibus demonstratur, sicut in alio loco cum choro et symphonia reditus filii iunioris excipitur. sex autem hydriae sunt sex mundi huius aetates, prima ab Adam usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham. ab Abraham usque ad Dauid, a Dauid usque in transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis usque ad Iohannem baptistam. quibus temporibus non defuit prophetia de Christo, per quas iusti figuram et typum domini praetulerunt. capiunt uero metretas binas uel ternas,

1 terras] *quae sequuntur apud Maximum infra p. 256, 11 apud Faustum leguntur* 2 condicitio *D* 3 remedi *D* dampnabuntur *D*, impii *add. Aug.* 4 redemuntur *D*, pii *add. Aug.* 6 diabulus *D* 8 probemur *Aug.* uiolentius *D* 10 du ceremus *D* 11 diabulo *D* 13 fraudere *D* 14 o o mo *D* 17 chanan *D* 18 uina *scripsi coll. p. 250, 3*, uino *D*, uinum *Aug.* 19 euuangeliũ *D* ille *D* 21 simphonia *D* 23 etatis *D* prima—Christo *om. Aug.* 24 dauit a dauit *D* 25 babilonis *D utroque loco* transmigrationem *D* 26 babtistã *D* 28 metritas *D*

quia fidem intra se continent trinitatis. sed uideamus, quid dicit sermo diuinus. ipsa sacra tractemus euangelii oracula.

In Cana Galilaeae aquam in uina conuertit et latentem sub homine dominum operum uirtute detexit. et die, inquit, tertia nuptiae fiebant. sed quae sunt istae nuptiae nisi gaudia salutis humanae? quare die tertia? siue quia nobis mysterium trinitatis ostendit, siue quod die tertia resurrexit. itaque tamquam sponsus procedens de thalamo suo descendit ad terras et ecclesiae ex gentibus congregandae suscepta incarnatione iungendus. cui quidem ecclesiae, quae utique nos sumus, et arras et dotem dedit. arras dedit, quando nobis est ex lege promissus, dotem dedit, quando pro nobis immolatus est. et alio modo hoc potest accipi. ut arras praesentem gratiam, dotem intellegamus uitam aeternam. uideamus, quid agit in Cana Galilaeae. hic iam prodant nobis deum stupenda miracula.

Statuuntur hydriae capientes metretas binas uel ternas. inplentur hydriae, mutantur subito aquae homines postmodum mutaturae et, dum in melius mutantur, uelut baptismatis uim loquuntur. quodam modo in illis similitudo regenerationis exprimitur et, dum aliud ex alio efficiuntur, dum in speciem gratiorem inferior creatura transfertur, mysterium secundae natiuitatis aperitur. nihil in ipsis aquis de sua quantitate inminuitur et, dum in se manerent, a se omnino nobili commutatione degenerant. pereunt substantiae suae, adquiruntur alienae. fortior tenui materiae adquiritur sapor et occulta

4] Ioann. 2, 1.

1 int̃ *D* uideamus *Aug.*, uẽniamus *D* 2 tractemus *scripsi*, tractamus *D*, retractemus *Aug.* euuangelii *D* 3 chanan *D* galileae *D* aquam *scripsi coll. p. 249, 18*, aqua *D*, aquas *Aug.* latantẽ *D* 4 inquid *D* 5 sed quae *scripsi*, ꝙ que *D*, quae *Aug.* iste *D* 8 discendit *D* 9 gentibus *D* 11 totem *D* 15 canaan *D* prodeant *et* dei *Aug. Euseb.* 18 ydriae *D* motantur *D* 19 motature *D* motantur *D* babtismatis *D* 20 loquntur *D* 21 aliut *D* 22 grationem *D* secunde *D bis* 23 quantitate *Aug.*, qualitate *D* 24 *fort.* manent, maneant *Aug.* commotatione *D* 25 periunt *D* 26 aliaenę *D* matyrię *D*

fluentis leuibus uirtus infunditur et aquarum natura inebriatur ac sic nouo more creatoris sui potentiam confitentur. quis potest ista conuertere nisi qui potuit et creare?

Deficiente ergo uino dicit ad Iesum mater eius: uinum non habent. primo loco requiramus, quod fuit uinum, quod defecisse dicitur, et quid sit aliud uinum, quod mirabiliter praeparatur, quod architriclinus melius esse pronuntiat dicens: omnis homo primum bonum uinum ponit et, cum inebriati fuerint, id, quod deterius est. tu uero seruasti bonum uinum usque nunc. uinum multis locis accipimus diuina praecepta et scripturas sanctas meracissimum uigorem caelestis sapientiae continentes, quibus ad amorem domini incalescant sensus et inebriantur affectus, secundum illud, quod de sapientia dictum est: parauit mensam suam, miscuit uinum suum in cratere. scripturarum ergo diuinarum uirtus, si quando alicuius interiora repleuerit, dicere poterit cum propheta: potasti nos uino conpunctionis, et: poculum tuum inebrians quam praeclarum est. operante ergo Christo in Cana Galilaeae uinum defecit et uinum fecit, id est umbra remouetur et ueritas praesentatur, lex recedit, gratia succedit, carnalia spiritalibus commutantur, in nouum testamentum obseruatio uetusta transfunditur, sicut beatus apostolus dicit: uetera transierunt et ecce in Christo facta sunt omnia noua. quomodo autem hydriae illae inpletae aqua nihil minuunt ex eo, quod erant, et tamen incipiunt esse, quod non erant, ita lex non periuit per aduentum Christi absoluta, sed profecit. uino ergo deficiente uinum aliud ministratur. bonum quidem est uetus testamentum, sed sine spiritali intellectu euanescit in littera, nouum uero odorem uitae reddidit in gratia.

4] Ioann. 2, 3. 8] Ioann. 2, 10. 14] Prou. 9, 2. 17] Psalm. 59, 5. Psalm. 22, 5. 23] 2 Cor. 5, 17.

1 leuibus *Euseb.* 2 more *ex* monere *D* 6 deficisse *D* aliut *D* 13 inebrientur *Aug.* 15 crataere *D* 19 chanaan *D* unũ defecit *D* fecit] fit *Aug. Euseb.* 21 succidit *D* commotantur *D* 24 ydrie *D* ille inplete *D* 25 minuunt *D Euseb.*, minuuntur *Aug.* 26 periuit *scripsi*, peribit *D*, perit *Aug. Euseb.* 27 profecit *scripsi*, proficit *D* 29 reddit *Aug. Euseb.*

Cum haec ita sint, architriclinum ipsum praepositum in domu sponsi uideamus, quem sentire possimus. et quem alium nisi beatum Paulum intellegere debemus, qui post legis acceptionem noui testamenti mysteriorum suauissimo uel odore uel gustu et spiritalium sensuum fraglantia repletus et inebriatus exclamat et laudat: tu seruasti bonum uinum usque adhuc. uideamus tamen, quem ad modum ipsum uinum laudat: nec oculus, inquit, uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. ecce uera, ecce praedicanda miracula, quae in nobis operantur, quando de pessimis bonos fecit, de superbis humiles, de inhonestis castos, de sectatoribus saeculi amicos dei. quae potest maiora exercere miracula, quam quando hominem uermem et putredinem dignatur in statum angelicum promouere, de terrenis in caelestibus collocare et in gratiam suae adoptionis adsumere, quod ipse praestare dignetur, qui cum patre et spiritu sancto uiuit in omnia saecula saeculorum.

VIII.

DE EPIPHANIA DOMINI AD MISSAM AUT IN NATALI LUCIANI MARTYRIS.

Sollemnitatem, quae est de domini nostri natiuitate, fratres carissimi, ea fide celebrauimus, qua ex hoc homine deus natus est. hanc ergo ea obseruatione ueneremur, qua deus in homine declaratus est. illic in infirmitatibus absconditur, hic uirtutibus reuelatur. hodie enim magos ab oriente uenientes usque ad locum geniti saluatoris stella Christum quaerentibus

6] Ioann. 2, 10. 8] 1 Cor. 2, 9.

3 *ante* intellegere *rasura 2—3 litterarum exstat in D* 4 odorem uel gustum *D* 5 sensum *D* fraglantia *scripsi,* flagrantia *D* 6 ladat *D* 8 inquid *D* 10 operatur *Aug.* 14 putridinem *D* 19 item de epiphania dn̄i ad missam aut de *(die ?)* crastino in nt̄ luciani martyris *D; editus est hic sermo ab A. Maio, spicileg. Roman. V 98 Faustini episcopi nomine (ex cod. Ottobon. 976 saec. XVII) et postrema Sedati homiliae (72, 771 M.) pars est* 21 que *D* natiuitatem *D* 22 caelebrauimus *D* 23 ea ‖ *D (erat* ex *in ras.)* ueneremus *D*

monstratura perduxit. spectetur sub humili tugurio sacra natiuitas. adoratur in pannis, qui fulget in stellis. adoratur in pannis, id est sub abiectione corruptionis humanae inuiolata maiestas. reuelatur innuente mysterio diuinae misericordiae magnitudo in eo, quod ad Christum primum Aethiopes, id est gentiles ingrediuntur. gentium primitiae consecrantur in agnitionem ueritatis, synagogam Iudaeorum praecedit ecclesia gentium peccati exuta nigritudine et fidei induenda candore. haec itaque in praesepio salutem nostram expetit. quid est hoc, quod in praesepe salutem nostram expetit? id est fera prius infidelium populorum multitudo intra ecclesiae stabulum recepta mansuescit. Iudaei quidem gloriantur cultum penes se esse diuinum, sed primi legati gentium uident Christum. quare primi? quia sanus Christiani oculus lucem sequitur, Iudaeorum uero corruptus intuitus ipsa luce subfunditur et aeger obtutus inlato lumine magis tenebrescit.

Interea beata legatio perductam se ad sacra cunabula radio desuper currente miratur. extrema gens bono publico prima fruitur. quam stupenda dignatione inter amplexus genetricis includitur, qui terram caelumque conplectitur, in sinu matris latet, qui regnum patris excedit. per simplex officium spiritale reuelatur arcanum, humanitas cernitur, diuinitas adoratur. exhibent aurum et tus et myrram plus in mysteriis quam in conscientiis offerentes. in auri munere regia dignitas, in turis uapore diuina maiestas, in myrrae specie sepelienda demonstratur humanitas. ac sic trinitatem oblationis numerus loquitur, unitatem deuotio una testatur.

Ac per hoc peruigili intentione cordis caelum studeamus aspicere, si ad Christum cupimus peruenire. dirigat nobis

1 spectatur *Mai* tugurio *Mai*, te ogorio *D* 3 humane *D* 4 diuine *D* 5 etthiopes *D* 6 primitie *D* 7 sinagogã *D* p̃caedit *D* 12 penese *D* 14 luce *D* 15 subfunditur *ex* suffunditur *D* eger *D* 18 currentem *D* puplico *D* 19 dignatio *Aug. in serm. spurio 135, 5, ubi haec sermonis pars (*interea beata legatio — *p. 254, 5* corruptione custodiat*) legitur* 20 terrãque *D*[1] 21 semplex *D* 22 archanũ *D* 23 in *Aug. Mai, om. D* 24 dignas *D* 25 mirre *D* 27 unitatem *Aug. Mai*, iniquitatem *D*, *an* unaequitatem *(*uniquitatem*) scribendum?* 28 studiamus *D*

semitas uitae perfectae stella iustitiae. ei, qui dixit: non apparebis in conspectu meo inanis, offeramus aurum fidei, pietatis aromata. castitatis holocausta. spiritalem myrram habeamus in nobis, quae ita animas nostras condiat, ut inlaesas a peccati corruptione custodiat. mutemus uiam, si peruenire optamus ad patriam, utique ad patriam caelestem. hoc sit inter utrumque commercium, ut illius nobis proprietatem usu istius conparemus, ut, sicut uita aeterna uitae istius praemium erit, ita laboremus, ut illius ista sit meritum. illud autem, quod ait euangelista, magos admonitos esse in somnis, ne redirent ad Herodem, sed per aliam uiam ad regionem propriam remearent, hoc ergo nobis spiritaliter praecipitur, ut per aliam uiam, id est per aliam conuersationem reuertamur ad patriam.

Forte aliquis requirit, quomodo id fieri possit. qui hoc scire desiderat, audiat prophetam dicentem: deuerte a malo et fac bonum, inquire pacem et sequere eam. hoc enim ordine per aliam uiam reditur ad patriam. nam quia per superbiam cecidimus in mundum, oportet, ut per humilitatem redeamus ad paradisum. per cupiditatem ad seruitium diaboli uenimus, per misericordiam ad Christum dominum redeamus. per uoluptatem atque luxuriam durissimum iugum diaboli sustinuimus, per caritatem atque iustitiam leue iugum Christi suscipere festinemus, ut, qui per uias infidelitatis atque nequitiae diabolo infeliciter seruientes ab angelorum societate discessimus, per uias bonitatis ac fidei redire ad patriam principalem studeamus.

Si hoc ordine uias mortiferas relinquentes uias uitae aeternae tenere noluerimus, de sinistra translati ad dexteram magorum

1] Exod. 23, 15 al. 15] Psalm. 33, 15.

1 perfectae *Mai*, perfecta *D Aug.* 2 fide *D* 3 castatis *D* mirram *D* 4 inle'ssas *D* 5 custotiat *D* motemus *D* 7 ussu *D* 8 conparaemus *D* eterna uite *D* 9 ita *suprascr. D* ita *D* meritum] pretium *Mai* 10 euuangelista *D* 11 hęrodem *D (hę in ras.)* 15 sci re *D* 16 eam *D (m eras.)* 17 redditur *D* 18 cicidimus *D* humilitatem *D* 19 reddeamus *D* diabuli *D* 20 rediamus *D* 21 noluntatem *D* luxoriã *D* diabuli *D* 22 adque *D* 23 nequitiae *D (nequi in ras.)* 24 diabulo *D* 25 patria *D* 26 studiamus *D* 28 dexderã *D*

itinera fideliter ac feliciter possimus imitari. quasi non tibi uidetur iam per aliam uiam ad patriam remeare, qui prius solebat res alienas tollere et nunc cupit suas misericorditer erogare? non tibi uidetur per aliam uiam incedere, qui fuit adulter et est castus, qui fuerat ebriosus et est sobrius, qui solebat maledicere et benedicit, qui fuerat inuidus et est benignus? si enim orationibus simul et bonis operibus deo auxiliante contendimus hoc ordine conuersationum nostrarum itinera in melius commutare, ad aeternam beatitudinem poterimus peruenire praestante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

VIIII.

DE EPIPHANIA.

Quod nobis de hesterna festiuitate propter laborem uigiliarum reseruauimus, nunc, si iubetis, oportunius audire potestis. proxime, fratres carissimi, natalem domini saluatoris exegimus, quo nobis natus in tempore est omnium saeculorum ac temporum antecessor et conditor. hodie uero per documenta certissima deus in homine declaratus est, siue quod stellam de caelo ortus sui nuntium praebuit, quam sequentibus magis usque ad susceptae infantiae ueneranda cunabula praeuiam fecit, siue quod in Iordanis alueo aquas omnibus gentibus ad salutem humani generis suo baptismate consecrauit — eas enim ille omnibus aquis purior non tam sanctificandus quam sanctificaturus intrauit —, siue haec eadem illius miraculi dies sit, qua

1 itenera *D* imitari *ex* mutari *D* 2 remiare *D* 3 coepit *Mai* 4 incidere *D* 5 qui fuerat—benedicit *D in marg. sup.* 8 itenera *D* 9 commotare *D* 13 incipit de epiphania sermo faustini *D; hic sermo exstat etiam in cod. Paris. lat. 3783 saec. XI fol. 90ᵛ (P);* item homelia de sc̃m epyphañ sc̃i fausti epi *P* 14 esterna *D* 16 *uerba* proxime—*p. 257, 5* substantiae *congruunt cum initio Euseb. hom. 4* 17 tẽpere D^{1} ac *ex* at *D* 18 per documenta certissima] sicut prodigia commendat certissimo[a] *P (suprascr. man. alt.)* 19 stella *P Eus.* 20 nuncia *P* stupentibus *P Eus.* utique *P* 21 suscepte *DP* preuiam *P*, puiam *D* 22 in *om. P* 23 suo *ex* sua *P* babtismate *D* 24 purior *Eus.*, prior *DP* 25 quam *P*

primum in Cana Galilaeae in conuiuio nuptiali aquas in uina conuertit. quo miraculo indicat hoc utique, quod gentes uniuersas in aquarum similitudinem sensu uanissimo ac leuissimo defluentes mutaturus est ad uerum prudentiae spiritalis saporem et ad meram uerae fidei ueritatem. quolibet horum trium salutis nostrae mysteria continentur et gaudia. nobis enim uel ex uirgine natum est, quod stella monstrauit nobis, uel ex baptismo concessum est, quod in Iordanis alueo consecrauit. nos quoque in melius esse mutandos operis miraculo praemonstrauit, quando aquas in uina conuertit.

Ipsi autem magi, qui ad illa caelestis pueri ueneranda cunabula stellae indicio peruenerunt, quid aliud expresserunt in illis muneribus nisi fidem nostram? in eo enim, quod tria offerunt, trinitas intellegitur, in eo uero, quod tres sunt et singuli singula offerunt, in trinitate unitas declaratur. per aurum rex ostenditur, de ture deus dinoscitur, per myrram, quae condiendis corporibus apta est, sepultura crucifigendi hominis praedicatur. secundum haec, carissimi, nos quoque personam magorum spiritalibus imitemur obsequiis. in primis tam diu quaeramus Christum, donec illum inuenire mereamur. ducatum nobis praebeat uelut stella caeli lux fidei. haec illum nobis ostendat non iam in praesepio uagientem, sed in summa caeli arce dominantem, non in matris gremio, sed in patris solio adorandum, nec ulterius in humilitate iudicandum, sed ad

1 chana *P*, chanan *D* galaee *D* 2 quo—*lin. 10* conuertit *om. P* 4 motaturos *D* 5 meram uerae *scripsi*, miram uera *D* 8 babtismo *D* 9 motandos *D* 11 *quae sequuntur usque ad finem congruunt cum Aug. serm. spur. 136, 4—6 (39, 2014 M.), usque ad p. 257, 13* permixtio *in fine sermonis 22 (57, 272 M.) Maximi Taur. leguntur* 12 stelle *DP* iudicium *P (o man. alt.)*, in dicio *D (in eras.)* p̃uenerunt *D* aliut *P* exp̃serunt *D* 13 nisi in *P* offeruntur *Max. Aug.* 14 trinitas—offeruntur in *om. P* 15 singuli *ex* singularis *D* offeruntur *D* trinitates *P (i man. alt.)* 16 arũ *D* dure *D* deus thure *P* disnoscitur *D* mirram *DP* 17 condiendi *P (s man. alt.)*, colendis *D* est apta corporibus *P* crucifiendi *D* 18 p̃dicantur *D* carissimi] quo *P* 19 emittemur *D* obsequis *D* 21 uelud *D* nobis illum *P* 22 ostendit *D* 23 arcae *D* in *ante* matris *om. P* solio patris *P* 24 ne *P*

iudicium cum maiestate uenturum. sit quasi trium munerum oblatio trinitatis perfecta confessio. credatur a nobis unitas sine confusione coniuncta, trinitas sine separatione distincta. pater et filius et spiritus sanctus unus deus credantur, tres personae et non tres substantiae. quantum autem ad caelestis naturae ordinem pertinet, in patre et filio et spiritu sancto ita confitenda est una diuinitas, ut nec singularis putetur in trinitate persona nec triplex in unitate substantia, sed ita adsignetur pluralitas unitati, ne subtrahatur aequalitas trinitati, et, licet intromittatur in una diuinitate numerositas, non sit tamen recipienda diuersitas. ita ergo fidelium cordibus disponendus est dei cultus, ut non admittatur uel in unitate separatio uel in trinitate permixtio.

Proxima enim est ab hac die, fratres carissimi, sacri natalis dies. tunc dominus natus est, nunc baptizatus, tunc nos genuit ad uitam, nunc regenerauit ad salutem. tunc Adam suscepit perditum, nunc abluit peccatorem. uenit ergo ad baptismum, sicut scriptum est. sed quid ablueret, qui erat mundus? utique ut mundus ablueret inmundos. illum ergo currentes aquae tunc infundebant, sed peccata nostra secum portabant. de illo guttae baptismatis fluebant, sed nostra in guttis crimina defluebant. o misericordia simul et potentia domini! necdum eramus in mundo et iam abluebamur in baptismo. mundati

1 magestate *P* sit *Aug.*, sic *D Max.*, sed *P* 2 oblatio *om. D Max.* credatur a nobis *D bis* u̲nitas *D*, una *P* 3 confussione *D*, confessione *P (u man. alt.)* iuncta *P* reparatio *D* distinctã *D (˜ erasum)*, disiuncta *P* 4 credatur *D* 5 sed *P* caelestem *P (is man. alt.)* 7 confidenter D^1 8 nec] ac *D* substantiae D^1 9 unitate D^1 neç *P* trinitati subtrahatur aequalitas *P* aequalitas *D* sed *P* 10 deitate *P* 11 dispondemus *D* 12 mittatur *D* seperatio *D* 13 pmixtio *D* 14 est *om. P* sacre *P* 15 die *P* natus e. d. *P* babtizatus *D*, renatus *P* nos *suprascr. D* 16 salutem] perfectissimam uitam *P* suscipit *D* 17 pditu *D* babtismum *D* 18 abluerit *D* 19 abluerit *ex* ablueris *D* ergo *om. D* 20 atque *P*, atquae *D* infundebat *P (n man. alt.)* 21 babtismatis *D* cremina *D* 22 dei *P* 23 abluimur *P* babtismo *ex* babtismatis *D*

ab illo sumus antequam nati. nam ipsa fuit baptismatis ratio, ut aquae, quae purgaturae nos erant, ab illo antea purgarentur. et cum ascendisset, inquit scriptura, de aqua, uidit caelos apertos. numquid ei tunc caelum apertum fuerat, cuius oculi caelorum interiora cernebant? sed ideo caelum aperitur, ut mysterium in hoc baptismatis declaretur, quia, quando homo de baptismo egreditur, tunc ei ianua regni caelestis aperitur. illud uero quale est, quod magi ueniunt ad dominum natum, immo ducuntur? positum in praesepio uident nec apud sensus eorum humilitas natiuitatis reuerentiam diuinitatis inminuit. adorant corporibus, honorant muneribus, uenerantur officiis, oculis uident hominem et deum obsequiis confitentur. uidebant enim in eo, qui natus fuerat, plus esse, quod intenderent animi hominum, quam quod oculi praeuiderent. dominus, qui tunc corporaliter natus fuerat, per ipsum omnia nata erant, quidem uidebatur in praesepio, sed dominabatur in caelo, intra corpusculum erat, sed intra se omnia continebat. natus quidem ex matre fuerat, sed matrem suam prius ipse creauerat. et ideo magi se humiliabant, quia famulari astra cernebant, deum esse cognouerunt, cui caelestia seruiebant. et idcirco etiam ipsa eorum munera diuino mysterio plena erant. aurum namque, ut audistis, et tus et myrram obtulerunt. triplicum ergo munerum numero triplex significatio continetur. in ture obtulerunt dei honorem, in auro regiam dignitatem, in myrra corporis sepulturam.

3] Matth. 3, 16.

1 ab] in *P* babtismatis *D* 2 aque que purgature *DP* erant nos *P* ante ea *D* 3 inquid *DP* 4 apertos cęlos *P* tunc ei *P* 5 aptũ *D* 6 babtismatis *D* declaretur] ostenderetur *D* homo quando *D* 7 babtismo *D* regniụm *P* caelorum *P* aperitur] declaratur *D* 8 illut *P* uenerunt *D* deum *P* 9 ymmo *P* p̃sepe *D* capud *D* 10 humilitatis *P* (s *man. alt.*) inminuitur *D* 12 hominem uident *P* obsequis *D* 13 enim in eo *Aug.*, in eo *D*, enim *P* pluus *D* esset P^1 quod intenderent] quam *P*, quod *Aug.* 14 puiderent *P* deus *P* 15 erat *D* 16 uidebatur quidem *P Aug.* dominatur *P* 17 intrare *D* contenebat *D* 19 et ideo—sepulturam *om. P* famulari *Aug.*, familiari *D* 20 deum] enim *add. Aug.* cuilestia *D* 22 mirrã *D* triplium *D* 23 numero *Aug., om. D* 24 mirra *D*

Offeramus ergo et nos, fratres dilectissimi, sancta et sincera munera deo nostro, fidem, caritatem, patientiam, mentes humiles, probos mores, animas deo habitatore condignas. haec sunt enim placita deo dona, haec grata munera, quae illi quidem offeruntur, sed offerentibus prosunt. nulla enim re, nullo munere eget, sed hoc illi optimum munus est, ut causas habeat munerandi. nihil amplius a nobis exigit, nihil amplius petit nisi salutem animae nostrae. omnia enim sibi praestari a nobis putat, si ita nos egerimus, ut nobis ab illo cuncta praestentur auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre uiuit et regnat in omnia saecula saeculorum. Amen.

X.

DE NATALI SANCTI FELICIS.

Ad inluminandum humanum genus multas, fratres dilectissimi, in hoc mundo spiritales lucernas dominus noster accendit, ut scilicet inlucescente per sanctos uiros caelesti religione atque doctrina neminem omnino errorum tenebrae inuoluerent, qui ueritatis lumen uidere uoluisset. quae autem istae sunt lucernae, quas ad destituendam atque inlustrandam infidelitatis caliginem dominus noster indulsit? primum patriarchas, deinde prophetas, postea apostolos, postremo omnes ecclesiarum omnium sacerdotes, inter quos praeclaram ac praecipuam lucernam sanctae recordationis dominum Honoratum huic ciuitati pietas diuina concessit, quem supra candelabrum huius ecclesiae, ut omnibus luceret, eleuare dignatus est, qui, quamuis huic ciui-

1 fratres *om. P* sincera et sancta *P Aug.* sincaera *D* 2 deo nostro *om. P* patientiam caritatem *P Aug.* mentem humilem *P* 3 probas morum *P* habitare *P* 4 enim *om. D* 5 offerantibus *D* re‖ *P* 6 egit *D* obtimũ *D* 7 nichil *P utroque loco* amplius *supra lin. post* nobis *P* exegit *D* amplius *suprascr. P* 8 siue presentari *P* 9 p̃stantur *D* 10 auxiliante] prestante *P* qui—omnia] cui est honor et gloria in *P*, cui est honor cum patre et spiritu sancto in *Aug.* 13 item de natale s̃ci felicis *D* 16 caelestie relegione *D* 18 uoluisses D^1 19 ad di stituendam *D* 22 praeclaram ac praecipuam *scripsi*, p̃clara ac p̃cipua *D* 23 ciuitate *D* 25 ciuitate *D*

tati peculiari operum suorum claritate refulserit, ad omnia tamen loca atque uel nominis sui opinione peruenit, meritorum suorum lucem perfudit. cuius dum recolimus inexpugnabilem in operibus fidem, mirabilem in contemptu mundi rigorem, singularem in misericordia caritatem, indubitanter credimus eum inplere etiam non inpleta passione martyrium.

Non enim martyrium sola sanguinis consummat effusio nec sola dat palmam exustio illa flammarum. peruenitur non solum occasu, sed etiam contemptu corporis ad coronam. absque iniuria sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat: carnem adfixisse, libidinem superasse, auaritiae restitisse, de mundo triumphasse pars magna martyrii est. nos uero, fratres dilectissimi, si ad consortium uel sacerdotum uolumus peruenire, de imitatione martyrum cogitemus. debent enim in nobis aliquid de suis uirtutibus recognoscere, ut pro nobis dignentur domino supplicare. si enim tormenta, quae sancti martyres pertulerunt, sufferre non possumus, uel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus. et quia non desunt cottidiana peccata, non desint etiam cottidiana remedia.

Nemo se credat aliquam felicitatem uel aliquod uerum gaudium in hoc saeculo possidere. beatitudo praeparari hic potest, possideri non potest. duo sibi tempora ordine suo succedunt, tempus flendi et tempus ridendi. nemo se circumueniat, fratres, non est in hoc mundo tempus ridendi. scio, fratres, quia omnis homo gaudere desiderat, sed non ibi quaerunt gaudium, ubi oportet inquiri. uerum gaudium in hoc mundo nec fuit nec est nec esse poterit. sic enim dominus in euangelio

6 passione] ẽtiã pas sione *D (erat* sae *in ras.)* martyrium *scripsi utroque loco,* martyrũ *D* 7 *quae sequuntur usque ad finem congruunt cum Augustini sermone dubio 224 (39, 2159 M.)* 7 consumat effussio *D* 8 pallam *D* 9 occassu *D* 12 martiri *D* 13 ad *D* *ante* uel *Aug.* martyrum *habet, sed falsissime* 14 emitatione *D* martirũ *D* 15 recognoscaere *D* 16 dignetur *D* 17 martires *D* suffere *D* 18 intercaedentibus *D* 19 cotditiana *D utroque loco* desit *D* 21 aliquid *D* 23 succidunt *D* 26 desiderat *D* non ibi] ꝑ nobis D^1 non] toti *add. Aug.* querunt *D* 28 inmangelio *D*

suos discipulos admonuit dicens: in hoc mundo pressuram habebitis, et iterum: mundus gaudebit, uos autem tristes eritis. sed tristitia uestra conuertetur in gaudium. ac sic in hac uita cum labore et dolore, quod bonum est, auxiliante domino faciamus, ut in futuro saeculo bonorum fructus colligere cum gaudio et exultatione possimus secundum illud: qui seminant in lacrimis, in gaudio metent.

In hoc itaque mundo, fratres carissimi, per peccatum primi hominis de beata paradisi sede proiecti et quasi in exilio missi sumus ac sic in hoc saeculo patriam non habemus, sicut et apostolus dicit: dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. non ergo requiramus gaudium in hoc mundo, quia, sicut supra dictum est, uerum gaudium comparari hic potest. possideri non potest. non requiras in uia, quod tibi seruatur in patria. et quia contra diabolum Christo duce necesse est pugnare cotidie tibi, praemium non requiras in proelio, quod tibi seruatur in regno. non requiras in pugna, quod tibi seruatur, cum fuerit perfecta uictoria. magis illud attende, quod apostolus dicit: omnes, qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patiuntur, et iterum: per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Ita ergo deo donante agere debemus, ut ad principalem patriam peruenire feliciter mereamur, ubi nos parentes nostri, patriarchae, prophetae et apostoli suscipere uel uidere desiderant, ubi etiam ciues nostri, angeli et ciuitas illa caelestis Hierusalem et rex ciuitatis illius Christus expansis nos caritatis brachiis exspectant, ut ad ipsos prostrato diabolo pleni bonis operibus festinemus. scitis enim, fratres, quia omnes negotiatores et quicumque iter agentes in uia sunt solliciti, ut in pa-

1] Ioann. 16, 33. 2] Ioann. 16, 20. 7] Psalm. 125, 5. 11] 2 Cor. 5, 6. 19] 2 Tim. 3, 12. 20] Act. 14, 21.

1 p̃surã *D* habetis *D* 3 tristia *D* 6 collere *D* 8 hunc i. mundum *Aug.* 9 se deproiecti *D* exilium *Aug.* misi *D* 13 coparari *D* 14 possederi *D* 15 quia *Aug.*, cuiq *D* diabulũ *D* 16 prelio *D* 18 illut *D* 19 nolunt *D* 28 brachis *D* diabulo *D* 30 gentes *D*

tria possint esse securi, et tunc habent ueram laetitiam, quando cum magno lucro peruenire mereantur ad patriam. ita et nos, dilectissimi fratres, praeparemus tunc animas nostras ad gaudium, quando peruenire meruimus ad Christum. interim modo gaudeamus in spe uerum gaudium postea habituri in re. quod peius est, multi sunt, qui peruerso ordine de uoluptate et deliciis et luxuria saeculi huius gaudere se credunt. sed quod in gaudio uidentur serere, necesse illis erit cum lacrimis et luctu recipere, quia non mentitur ille, qui in euangelio dixit: uae uobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. sic enim fecit ille dives infelix, qui purpura induebatur et bysso. gaudium quidem habuit in mundo, sed flammas inuenire meruit in inferno. Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, tristitiam habuit in uia, sed uerum gaudium recepit in patria. Nos uero, fratres carissimi, quantum possimus, dei misericordiam deprecemur, ut nobis ita amorem uitae aeternae inspirare dignetur, ut plus patriam uelimus amare quam uiam et amplius de futuro quam de praesenti saeculo cogitemus et sic semper in exilio mundi istius agere studeamus, ut ad futurum iudicium cum libera et secura conscientia ornati bonis operibus peruenire possimus praestante domino nostro, cui est honor et inperium in saecula saeculorum. Amen.

XI.

ADMONITIO DE DIE IUDICII.

Rogo uos, fratres carissimi, et cum grandi humilitate admoneo, ut mihi nullus ex uobis succenseat aut forte incon-

10] Luc. 6, 25.

2 quando *Aug., om. D* cum magno—gaudium *add. D in marg. inf.* merentur *Aug.* 4 *an* meruerimus? 5 modo *D bis* gaudiamus *D* habeturi *D* 6 peius] penis *D* uoluntate *D* 7 diliciis *D* luxoria *D* se credunt *Aug.*, secretum *D* 9 metitur *D* euuangelio *D* 11 induabatur *D* 12 byso *D* 14 recipit *D* 15 uero *superscr. D* quantum *Aug.*, quando tum *D* 16 dēpcaemur *D* 17 uellimus *D* 19 studiamus *D* 20 et *D bis* 24 incipit admonitio faustini de die iudicii cū grādi metu et sollicitudine iugiter cogitatu *D; hic sermo exstat inter sermones Augustini dubios 249, 1—4 (39, 2206 M.)*

gruum me uel superfluum iudicet, quare uobis tam frequenter tremescendum et utiliter expauescendum diem iudicii insinuare contendo. si quis est, cui forte in hac parte displiceam, consideret periculum meum et audiat dominum per prophetam sacerdoti terribiliter comminantem: si non adnuntiaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram, et iterum: clama, ne cesses, quasi tuba, inquit, exalta uocem tuam et adnuntia populo meo peccata eorum. sed forte aliquis dicat: quare nobis tam dura adsidue praedicantur? quia melius est hic paruam amaritudinem sustinere et postea ad aeternam dulcedinem peruenire, quam hic habere gaudium falsum et illic sustinere sine fine supplicium. audite, fratres, non me, sed dominum in euangelio dicentem: beati, qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur, et: uae uobis, qui ridetis nunc, quia flebitis et lugebitis. et hoc adtendite, fratres, quia omnes carnales medici, quotiens ad eos, qui in corpore aegrotare uidentur, ueniunt, omnia, quae eis delectabilia esse uidebantur, abscidunt et, quod dulce est, ad integrum interdicunt. aliquotiens etiam frigidum accipere non permittunt, interdum et amarissimas potiones bibere cogunt et asperissimis uel acutissimis ferramentis eorum uulnera frequenter intercidunt. hoc ergo, quod pro sanitate carnales medici faciunt corporum, pro animarum salute spiritales medici exercere contendunt.

Haec ergo cogitans, fratres dilectissimi, et tam pro mea quam pro uestra salute rationem me redditurum esse ante tribunal aeterni iudicis non ignorans uolo ego aspera quidem sed salubria uobis medicamenta ingerere, ut uobiscum postea

5] Ezech. 3, 19. 7] Esai. 58, 1. 14] Matth. 5, 5. 15] Luc. 6, 25.

1 meł *D* nobis *D*[1] 3 cu *D* displicia *D* conf|deret *D* 4 per *Aug., om. D* 5 terribiter *D* 7 cessis *D* 8 inquid *D* 11 eternã dulcidinem *D* 13 euuãng *D* 14 lugiunt *D* 15 ue *D* 18 dilectabilia *D* 20 fridũ *D* 21 accutissimis *D* 27 iudici|s *D* ignoras *D* uolo ego *scripsi,* uolo ergo *D,* eligo *Aug.* 28 me|dicamenta *D (erat* n *in ras.)*

in angelorum consortio perpetua merear incolumitate gaudere. et haec quidem non ideo suggero, quod uos admonitiones nostras senserim non libenter accipere, sed, quia me necesse est et pro uestra et pro mea salute frequentius praedicare, studeo uestros animos et ad tremendum iudicium et ad desiderandum excitare praemium [exercere], ut exceptoria sancti pectoris uestri ad recondendam spiritalem uindemiam, sicut semper fecistis, auxiliante domino feliciter praeparetis. quotiens uobis durum aliquid praedicamus, non hoc ideo dicimus, quia a uobis taliter aliquid fieri suspicemur, sed ideo etiam illa, quae non facitis, denuntiamus, ut illa, in quibus forte praeuenti fueritis, sanare possimus. solet enim fieri, ut, dum maiora timentur, celerius minora caueantur. quo modo enim theriaca bibitur, ne corporibus possint praeualere uenena, ita austera praedicatio ingeritur, unde animarum praeparentur antidota.

Certum est, fratres carissimi, quod, si beneficia dei nostri, quae nobis nullis praecedentibus meritis nostris conlata sunt, adsidue cogitemus, peccata nobis aut non dominantur aut, si forte subrepserunt, cito per paenitentiam corriguntur. quis enim uel mente concipere, non dicam uerbis possit exponere, quanta ista sunt circa nos beneficia dei nostri. fecit enim nos, cum non essemus, reparauit nos postea, cum perissemus. mortem suscepit, pretioso nos sanguine liberauit, ad inferna descendit, faucibus nos aeternae mortis eripuit, caelorum nobis praemia promisit. haec omnia, fratres carissimi, pio et benigno

1 in angelorũ *D (erat* in euangeliorũ*)* merear *Aug.*, mereantur *D* incolomitate *D* 4 uras̃ *D* studio *D* 6 exercere *om. Aug., quare uncis inclusi* 7 uindemeã *D* 9 *post* aliquid fieri *erasum in D* ideo *Aug., om. D, sed* etiam *erasum* dicimus quia uobis taliter *D super rasuram, in qua erat:* ille que ñ facitis denuntiamus ut illa *D* 14 tyriaca *D* nec *D* uenaena *D* itaustera *D* 15 p̃paretur *D* 16 antitatatota *D* 17 binefacia *D* 18 que nobis nullis || *D (in utraque rasura erat* ẽ*)* 19 non *superscr. D* 20 penitentiã *D* 21 uerbis *D* 22 quanta sta *D* 23 paerissemus *D* 24 suscipit *D* libera *D* 25 discendit *D* eripuit *D, an* eripuit et?

animo cogitantes, quantum possimus, cum ipsius adiutorio beneficiis eius uicem rependere festinemus. non reddamus mala pro bonis, sed, quantum possimus, uoluntati illius obtemperare totis uiribus innitentes studeamus fideliter, ut praecepta illius magis nobis pariant de sequacitate remedium, quam de transgressione iudicium.

Nam quid faciemus, fratres carissimi, in illo metuendo iudicii die, cum tremente mundo dominus praecinentibus angelorum buccinis in illo maiestatis suae throno circumdatus caelestis militiae luce consederit ibique de terrae gremio et antiquo puluere suscitatum humanum genus adstante testimonio ad conscientias singulorum positis in conspectu peccatorum poenis iustorumque praemiis rationem uitae coeperit postulare et plus iam iustus quam misericors seueritate iudicis contemptae misericordiae reos coeperit accusare et dicere: ego te homo e limo manibus meis feci, ego terrenis artibus spiritum infudi, ego tibi imaginem nostram similitudinemque conferre dignatus sum, ego te inter paradisi delicias collocaui. tu uitalia mandata contemnens deceptorem sequi quam dominum maluisti. sed antiqua praetereo. motus postea misericordia, cum expulsus de paradiso iure peccati mortis uinculis tenereris, uirginalem uterum sine dispendio uirginitatis pariendus introiui. in praesepio expositus et pannis obuolutus iacui, infantiae contumelias humanosque dolores, quibus tibi similis fierem, ad hoc scilicet, ut te mihi similem facerem, tuli. inridentium palmas et sputa suscepi, acetum cum felle bibi. flagellis cae-

2 replendere *D* 3 optemperare *D* 4 initentes *D* studiamus *D* 5 pareant *D* de qualcitate *D* 7 ille *D* 8 iudici *D* tremende *D* p̃cinantibus *D* 9 bucinis *D* 12 testimonio conscientiae *Aug.* positis *D* 13 p̃mis *D* coeperit *Aug.*, caepit *D* 15 contempte *D* caeperit *D* accussare *D* 16 e̱limo *D* ar|tibus *D (erat* a *in ras.)* 17 infundi *D* nostram *Aug.*, nã *D* 18 dilicias *D* 19 contemp-nens *D* 20 maluisti *D* p̃terio *D* 21 tenereris *Aug.*, teneris *D* 23 expositus *Aug.*, et positus *D* 24 contumilias *D* 25 te *Aug.*, tu *D* 26 suscipi *D* a|cętum *D* *post* felle *in D rasura exstat, in qua* unctũ *uel* tinctũ *fuisse uidetur* cessus | *D (erat* pr *in ras.)*

sus, uepribus coronatus, adfixus cruci, perfossus uulnere, ut tu eripereris a morte, animam meam inter tormenta dimisi. en clauorum uestigia, quibus adfixus pependi, en praefossum uulneribus latus. suscepi dolores tuos, ut tibi gloriam meam darem. suscepi mortem tuam, ut tu uiueres in aeternum. conditus iacui in sepulcro, ut tu regnares in caelo. cur, quod pro te pertuli, perdidisti? cur, ingrate, redemptionis tuae munera rennuisti? non ego de morte mea queror. redde mihi uitam tuam, pro qua animam dedi, redde mihi uitam tuam, quam uulneribus peccatorum indesinenter occidisti. cur habitaculum, quod mihi in te sacraueram, luxuriae sordibus polluisti, cur corpus iam meum inlecebrarum turpitudine maculasti, cur me grauiore criminum tuorum cruce quam illa, in qua quondam pependeram, adfixisti? grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est, in qua inuitus pependi, quam illa, quam uolens tui misertus mortem tuam occisurus ascendi. cum essem inmortalis, commutabilis pro te homo factus sum. cum essem inpassibilis, pro te pati dignatus sum. sed tu despexisti in homine deum, in infirmo salutem, in uia reditum, in iudice ueniam, in cruce uitam, in suppliciis medicinam.

Ut ergo istam terribilem increpationem possimus euadere, quotiens nobis qualiacumque peccata subrepserint, sine aliqua dissimulatione festinemus ad paenitentiae medicamenta confugere, ut ab auditu malo liberati ad aeternam mereamur indulgentiam peruenire praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium cum patre et spiritu sancto in saecula saeculorum.

1 febribus *D* pfusus *D* 2 eriperis *D* 3 adfixis *D* praefossum *scripsi*, p̃fusus *D*, perfossum *Aug.* 4 suscipi *D* 5 dare *D* suscipi *D* 6 sepulcro *D* 7 pdidistis *D* 8 te *ante* ego *inserit Aug.* queror *scripsi*, quero *D*, quaero *Aug.* 10 *ante* quam *in D* p *erasum est* occidis *Aug.* 11 luxoriae *D* puluisti *D* 12 turpitudinem *D* 13 illã D^1 15 pependio *D* 16 occissurus *D* 17 commotabilis *D* 19 dispexisti *D* 22 *quae sequuntur desunt apud Augustinum* 24 desimulatione *D* poenitentię *D* 27 es *D*

XII.

DEMONITIO.

Modo, fratres carissimi, cum diuina lectio legeretur, audiuimus beatum apostolum terribiliter nos et salubriter admonentem. sic enim ait: omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonum siue malum. quam rem etiam dominus in euangelio denuntiat dicens: filius hominis uenturus est in gloria sua cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera sua. diligenter, quaeso, adtendite, fratres carissimi, et mecum pariter expauescite, quia non dixit, quod reddet unicuique secundum misericordiam suam, sed secundum opera eius. hic enim est misericors, ibi iustus est. nam quod non statim uindicat in peccatores, patientia est, non neglegentia. non ille potentiam perdidit, sed nos ad paenitentiam reseruauit. unde ualde timendum est, ne, quantum diutius exspectat, ut corrigamur, tanto grauius uindicet, si emendari noluerimus.

5] 2 Cor. 5, 10. 8] Matth. 16, 27.

2 incipit demonitio faustini pulchra ut semp̄ de peccatis nr̄is et de die iudicii ꝑ deteterna beatitudine cogitemus *D; hic sermo exstat etiam in libris manuscriptis Sangallensibus 213 (A) s. VIIII et 221 (B) s. VIII;* inciꝑ admonitio s̄ci flausti *A*, itē humiꝑ s̄ci fausti in XLMA de die iudicii uel eterna beatitudine cogitemus *B; editus est hic sermo inter Fausti sermones (58, 887 M.) et inter Augustini dubios 110 (39, 1963 M.)* 3 deuina *A* legitur *B* 4 apostulum *AB* 5 enim *superscr. D* nos *om. A* manefestare *B* oportit *AB* 6 refferat *A* unosquisque *A* probria *D*, propriam *A* corpuris *A* 7 sui *om. AB* quē *B* 8 euuangelio *D* 9 homines *A*, ominis *B* 10 reddit *AB* 11 quesso *D*, *om. B* adtendite] qua ẽ *add. B* cum *D* 12 expauiscite *ABD* dicet *A* reddat *AB* 13 misericordia *B* eius] sua *AB* 14 est *om. AB* quid *A* statȳ *B* in peccatores uindicat (uin *A*) *AB* 15 catores *D* neglientia *B*, negletiã *D* illi *B* 16 perdedit *B*, perdit *A* penitentiã *ABD* resseruauit *A*, reseruabit *B* ualde] nimis *A* 17 nec *B* quanto *Aug.* diu tius *D* exspextat *B*, expectat *A* corricamur *A* 18 tantū *A* uindecit *B*, dānet *A* emendari *Aug.*, emendare *ABD*, perpenitentia *add. B* noluerimus *B*, noluerinos *A*

Cum haec ita sint, scire et intellegere debemus, fratres carissimi, nihil nobis esse salubrius, quam ut damnatis omnium rerum praesentium uoluptatibus id potius cogitemus, quando erimus de hoc saeculo transituri uel quando tabernaculum nostri corporis ultimo die superueniente deposituri et iterum illud resurrectionis tempore recepturi, ut cum eodem recipiamus, prout gessimus, siue bonum siue malum. et ideo rogo uos, fratres, ut cotidie id potius cogitemus, quales erimus in die iudicii purissimis angelorum conspectibus offerendi et aeterno iudici rationem de libris conscientiae reddituri. remotis enim omnibus probationibus certum est in die illa ipsum ante se hominem constituendum et ipsam sibi animam de cordis speculo demonstrandam et testes contra eam non deforis aliunde, sed intus de ipsa anima proferendos. adicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimium nota testimonia, id est opera sua. ordinabuntur ante infelicem animam peccata uel crimina sua, ut eam et conuincat probatio et confundat agnitio secundum illud, quod scriptum est: arguam te et statuam illam contra faciem tuam. quicumque se, modo dum liceat, emendare neglexerit, ante illum caelestem populum primum excepturus erit de confusione supplicium et anima, quae modo per paenitentiam conpendiosa transactione peccatorum suorum

18] Psalm. 49, 21.

1 ista *D* intellegire *A* 2 nihil *om. D* salubris *B* dampnatis *BD* *quae leguntur post* damnatis *usque ad p. 271, 17* effecti *exstant in fine Euseb. hom. 4* 3 praesentium rerum *AB* noluntatibus *D* putius *AD* 5 nostri *om. D* corporis nostri *B* corpuris *A* ueniente *D* iter *B* 6 temporis *A* accepturi *D* ricipiamus *D* 7 roco *A* 8 cotidie *om. A* id potius *om. AB* qualis *B* 9 diẽ *A* conspectimus *B* 10 iudice *B* remoti *A*, reparatis *B* 11 enim *D bis* propationibus *A*, *om. B* diem *A* 12 de] in *AB* 13 speculũ *B*, in speculũ *A* demunstrandã *A* et testes—faciem tuam *om. B* aliunde deforis *AB* 14 anima *om. A* proferendus *A* 16 infelice *A* cremina *D*, crimena *A* 17 et *om. A* pro bati *A* 18 illum *A* 19 contra] ante *A* si *B* licet *AB* 20 emandare *D*, p penitentiã *add. B* neclexerit *B* 21 excepturis *D* est *A Aug.* supbliciũ *D*, supplitiũ *B* et anima—remanebit *om. B* animam *A* quae modo *Aug.*, quo modo *(A) ex* que modo *D* 22 conpendiosam *A Aug.* transactionẽ *A*, transactas *Aug.*

putridines curare dissimulat, ante illud tribunal metuendum sine ullo remedio in perpetuum uulnerata remanebit.

Quae cum ita sint, bene nobiscum ageretur, si iam sic nunc paeniteremus super malis nostris, quomodo tunc sine ullo remedio paenitebimus, si foeditates et confusiones nostras, quem ad modum tunc uisuri sumus, sic eas iam nunc uidere et horrere possemus. o si iam nunc faciem peccatricis animae liceret oculis corporis intueri et conscientiae nostrae uultum in oculorum praesentiam permitteremur adducere! quod si liceret, nec dici potest, quanto studio quantoque metu urgueremur foedata conponere, maculata detergere, uulnerata curare. ideoque, quia non possimus oculis corporis, inspiciamus nos, in quantum possimus, uel oculis cordis et nunc conscientias nostras ante conspectum interioris hominis constituamus. ipsi nosmet ipsos castigemus, ipsi nobiscum rationem de cotidiana conuersatione faciamus. alloquatur se in secretis cordis unaquaeque anima et dicat: uideamus, si hunc diem sine peccato, sine inuidia, sine obtrectatione, sine murmuratione transegi, uideamus, si hodie, quod ad profectum animae pertinet, operatus sum. puto, quod hodie mentitus sum, per iram uel con-

1 putridinis *A* curre desimulat *D* 2 remedium (o) *A* ꝑpetuo *A* uolnerata *A*, tartaro *Aug.* 3 qui *B* quae cum—horrere possimus *om. A* sunt *D* uobiscum *D* geritur *B* nunc sic *AB* 4 paeniteremus *Aug.*, peneterimus *D*, penetemur *B* 5 penitebimus *D*, penetebimur *B* feditatis *B* confusionis (e) *B* 6 iam *om. B* 7 orrere *D*, orre (re) *B* possemus *Aug.*, possimus *BD* o si iam – quantum possimus uel *om. B* nunc *superscr. A* peccatrices *A* 8 licerit *A* oculis] cordis aut *add. A* corpuris *A* 9 permitterimur *A*, permittimur *D* licerit *A*, licuerit *D* 10 quando *D* metu ea *ex* metuenda *D* urgueremur *Aug.*, arguerimus *D*, urguerimus *A* 11 tergere *A* 12 ideo *A* possumus *A* corpuris *A* nos *om. A* 13 possumus *A* uel *scripsi*, et *D*, *om. A Aug.* corde *B* nunc] unusquisque *AB Aug.* conscien-cias *A* 14 conspectu *AB* interiores *B*, anterioris *A* homines *AB* ipse *B* 15 nosmed *B* noscũ *A* 16 adloquatur *B* se] in se *add. B*, ṳṳṓṡq̇ṳiṡq̇ṳé *add. A* cordis *om. A*, ṣ̣ṳ̣ạ̣ *add. D* 17 digat *A* uideamus si hunc diem sine *om. B* hanc *A* 18 obtractatione *D* mormoratione *AB* 19 uidiamus *B* hodiae *D* ꝑfectũ (ad) *D* animae *om. D* pertenit *B* 20 potu *B* hodiem *A* , tentinus *B* ira (irã *B*) uel concupiscentia *AB*

cupiscentiam uictus sum nec alicui bene feci nec postremo metu aeternae mortis ingemui. quis mihi reddet hanc diem, quam in uanis rebus perdidi, quam cogitationibus obnoxiis pessimisque consumpsi?

Ac sic, fratres, de omnibus neglegentiis nostris conpungamur in cubiculis, id est in cordibus nostris, ipsi nos condemnemus, ipsi nos accusemus cotidie iudici nostro et, dum in hac carne sumus, contra carnem ipsam auxiliante domino cotidie dimicemus. uincamus uoluntates et intentiones nostras, dum nobis tempus illud exoptatissimum ac beatissimum felici mutatione aeternae uitae succedit, quando inplebitur illud, quod dominus dixit: et erunt homines similes angelis, et iterum: tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

Putas, qualis tunc erit splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? tunc enim, cum ad istam beatitudinem uenerimus, nulla erit tristitia nobis, nullus timor, nulla mors. nulla nobis ad seruiendum domino nostro iam obsistet infirmitas, nulla contradicet miseriae carnalis aduersi-

5] Psalm. 4, 5. 12] Matth. 22, 30. 13] Matth. 13, 43.

1 benefici *D*, benefici *B* postremo metu] per timorem *AAug.*, ꝑ timore *B* 2 aetuo *B* ingenui *B* me *A* reddit *AB* 3 qua *D* inanis *A*, inanibus *Aug.* perdedi *AB* noxiis *AAug.*, *om. B* 5 si *A* neglientis *B*, neglegentes *D* conpugnamur *A* 6 cubilibus *ABAug.* ipse *B* condẽpnemus *B*, contemnemus *A*, contempnemus *D* 7 nos *om. B* acusemus *A*, accussemus *D* iudici nostro cotidie *A* codidie *D* ñri *D* ut *B* in *om. D* 8 hanc *D* ipsam carnem *A*, ipsa carne *B* auxiliante domino *om. AB* auxiante *D* cottidie *A* 9 diuicemus *D*, dicamus *A*, dimittimus *B* uinca *B* uoluntate *D*, uoluntatis *B* intentioris *A* 10 expectatissimũ *A*, spectantissimũ *B* hac *A* ac beatissimum *om. B* felice *A*, fili *B* 11 motationẽ *B*, motatione *D* succidit *BD* inplebitur *om. A* 12 et *om. D* homines *om. AB* similis *AB* 15 potas *B* 16 abebit *B* corpurũ *A* ista beatitudine *B* 17 ueneremus *BD* tristia *D* nobis *om. AB* nulus *D*, nullos *A* timor] nulla infirmitas *add. ABAug.* 18 nobis] obstat *add. A*, obstabit *add. Aug.* nostro] nulla *add. ABAug.* iam] nobis *add. AAug.* 19 obsistit *B*, stat *A*, obstabit *Aug.* contradicit *D* misere *B*, miseri *A*, miserae *Aug.* carnis *ABAug.*

tas, nulla uel ulterius remanebit pugnandi necessitas. ueniet, inquam, tempus illud, quando cibi somnique refectio nulla iam desideretur, nulla sentiatur ieiunii lassitudo, nulla timeatur uel de carne inquietudo uel de hoste temptatio, sed aduersario in inferni profunda detruso perfruemur primum felicitate hac, ut incipiamus nec uelle ultra peccare nec posse. cessante omni iniquitate, omni miseria, omni maerore totum innocentia, totum laetitia, totum felicitas possidebit. nullam inferior miseriam, nullam felicior timebit inuidiam, quia exinanita et penitus extincta omni malignitate transibit in pectoribus hominum caritas angelorum, quibus admixti homines iam caelestes recepta carne sine carnis infirmitate fulgebunt. et ideo nullum ulterius patientur de sempiterna domini sui uirtute fastidium, nullum sub perenni laudum suarum exultatione defectum. habebimus plenam beatitudinem inter illa inmensa beneficia dei nostri, ut numquam in referenda ei gratiarum actione quassemur coheredes effecti eius, qui dixit: uenite, benedicti pa-

17] Matth. 25, 34.

1 uel *om. D* remaneat *D* necessitas pugnandi *D* 2 illud *om. AB* cibi—desideretur] nulla *(*iam *add. B)* desideretur *(*desideritur *B)* cybos *(*cybis *B)* omnique refectio *AB*, nullus desideretur cibus omnisque refectio *Aug.* 3 desideret *D* nulla timeatur—inquietudo *om. B* 4 oste *D* 5 detrusso *D*, detrorso *B* pfruimur *AB* hac primũ felicitate *(*felicitatẽ *B) AB* 6 incipiamur *B* 7 omne *A duobus prioribus locis* merore *D*, memori *B* inocentia *A*, innotitia *B* 8 totum laetitia *om. A* letitia *BD* possedebit *AB* nulla *BD* inferior] infelicior *D* miseria *A*, miserio *D* 9 nulla infelicior *D*, nulla felicior *A*, nulla felicitas *B* timebitur *D* inuidia *D* exinanite *A* 10 omni malignitate *om. A Aug.*, om^{nia} lignitate *D* transiuit *A Aug.* peccatoribus *AB* 11 hominis *AB* caelestis *AB*, caelesti *Aug.* 12 carnes *B* 13 alterius *D*, ulterios *B* fastigiũ *A* 14 sub perenni—exultatione *om. B* laudiũ *A* deffectum *A* habemus *AB* 15 plenam *om. B*, planã *A* illã *AB* inmensã beneficiã *A* 16 ad inferenda *B* refferende *A* ei *om. AB* quasemur *BD*, quas semp *A*, cessemus *Canis.*, de beatitudine, qua sumus fruituri *add. Aug.* 17 choe redes *D*, quoheredis *B*, coerendes *A* effecti *om. B* que *B* quidem dicitur *A* patris mei *om. AB*

tris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi.

Ecce qualem beatitudinem perditurus erit, qui ⟨se⟩ secundum paenitendi tempus emendare noluerit, qui se de rebus suis, dum sunt suae, non redemerit, qui medicamenta in nulneribus uertens auaritiae uel luxuriae infelicia colla subdiderit. nos uero, fratres, deo auxiliante dedignemur seruire peccatis, quibus tanta beatitudo praeparatur in caelo. dum ergo licet nobis et in potestate nostra est, respuamus falsa et transitoria, ut ea, quae uere bona sunt, recipere mereamur. uacuemur uitiis, repleamur uirtutibus, quia nemo potest bona suscipere, si se a malis noluerit liberare. uasa enim limo plena liquorem elementi puri recipere et condere non possunt et ager spinosus nisi fuerit cultoribus industria stirpatus, non nutribit semina iniecta, sed suffocat, quia scriptum est: quod benignus spiritus sanctus non habitabit in corpore subdito peccatis. dum in hoc mundo uelut in procelloso pelago nauigamus, ut ad patriam paradisi peruenire possimus, festinemus uitiorum exhaurire sentinam, ut anima nostra bonis operibus ornata uelut nauis diuersarum [cum] mercium plena in portum aeternae beatitudinis ancoram figere et ad angelorum consortium mereamur peruenire, ubi ab auditu malo liberati illam felicem et desiderandam uocem mereamur audire: euge, serue bone et fidelis, quia supra pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam. intra in gaudium domini

15] Sap. 1, 4. 23] Matth. 25, 21.

2 origenẽ *A* mundi] donante ipso qui uiuit & regñ in scł secułr añ finit *add. A,* donante ipso cui est honor cũ patre & spũ sc̃o in scła scłor añ *B* 3 *quae sequuntur usque ad finem solo codice D traduntur* 4 paenitendi *scripsi,* peritendi *D* se *addidi, om. D* 5 sue *D* 6 luxorię *D* 10 bona sunt *D* uacuemur *scripsi,* uacuamur *D* 11 uitis *D* 12 uassa *D* 13 ęlimenti *D* puri‖ *D (erat* re *in ras.)* contere *D* 14 nutribit *scripsi,* nutriauit *D* 15 semina iniecta *scripsi,* in semina iecta *D* 16 habitauit D^1 17 uelud *D* pelago *scripsi,* opylago *D* 19 exhaurire *scripsi,* exaudire *D* nostra *scripsi,* nam *D* 20 uelud *D* cum *uncis inclusi* 21 eterne *D* anc horam *D* g fiere *D* 22 peruenire—mereamur *add. in marg. sup.* D^2

tui, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.

XIII.

DE SANCTO UINCENTIO MARTYRE SERMO.

In passione, quae nobis hodie recitata est, fratres carissimi, euidenter ostenditur iudex ferox, tortor cruentus, martyr inuictus. in cuius corpore poenis uariis exarato iam tormenta defecerant et adhuc membra durabant. tot conuicta miraculis persistebat impietas, tot uexata suppliciis non cedebat infirmitas. cognoscatur ergo operata diuinitas. quomodo enim corruptibilis puluis contra tam immania tormenta duraret, nisi in eo Christus habitaret? in his enim omnibus ille agnoscendus, ille glorificandus, ille laudandus est, qui et in prima uocatione dedit fidem et in postrema passione uirtutem. uultis nosse, quia utrumque donatum est, audite apostolum Paulum: nobis inquit, donatum est pro Christo, ut non solum credatis in eum, uerum etiam ut patiamini pro eo. acceperat haec utraque Uincentius, acceperat et habebat. si enim non acciperet, quid haberet? habebat in sermone fiduciam, habebat tolerantiam in passione. nemo ergo de suo corde praesumat, quando profert sermonem. nemo de suis uiribus confidat, quando suffert temptationem, quia et ut bona prudenter loquamur, ab illo est nostra sapientia, et ut mala fortiter subferamus, ab illo est nostra patientia.

Recolite dominum Iesum Christum suos in euangelio discipulos admonentem, recolite martyrum regem cohortes suas

15] Phil. 1, 29

4 incipit de sc̃o uincentio martyre sermo s̃ci faustini *D; est hic sermo inter Augustini sermones 276 (38, 1255 M.)* 6 hodia *D* euindenter *D* martir *D* 7 uaris *D* 8 defecer̃t *D* 9 uixata *D* supplicis *D* 10 quando *Aug.* 12 agnos cendos *D* 13 gloriandus *D* 15 apostolom *D* 16 inquid *D* credatis *Aug.*, certatis *D* 17 acciperat *D* 18 uinigentius *D* acciperat *D* 19 accepisset *Aug.* 20 tollerantiã *D* 22 et ut *Aug.*, ut et *D* 23 et ut mala—patientia *add. in marg. D*^{2} subferemus *D*^{2} 26 ammonentem *D* suos *D*

armis spiritalibus instruentem, bella monstrantem, praemia pollicentem. qui cum dixisset discipulis suis: in hoc mundo pressuram habebitis, mox, unde cor territum consolaretur, adiunxit dicens: sed confidite, quia ego uici mundum. quid ergo miramur, carissimi, si in illo uicit Uincentius, a quo uictus est mundus? in hoc, inquit, mundo pressuram habebitis, ut, si premit, non obprimat et, si obpugnat, non expugnet.

Duplicem mundus aciem producit contra milites Christi. aduertite, fratres. duplicem, dixi, aciem mundus producit contra milites Christi. blanditur enim, ut decipiat, terret, ut frangat. non nos teneat uoluptas propria, non nos terreat crudelitas aliena. et quia ad utrosque aditus occurrit Christus, uictus est mundus et non uincitur Christianus. si consideretur in ista passione humana patientia, incipit esse incredibilis, si agnoscatur diuina potentia, desinit esse mirabilis. tanta grassabatur crudelitas in martyris corpore et tanta tranquillitas proferebatur in uoce, tanta poenarum asperitas saeuiebat in membris et tanta securitas sonabat in uerbis, ut miro modo putaretur Uincentio patiente alium aut certe alium loquente Uincentio torqueri.

Et uere, fratres carissimi, ita erat, prorsus ita erat. alius loquebatur. promisit enim et hoc testibus suis Christus. sic enim in euangelio locutus est suis, quos ad huius modi certamina praeparabat: nolite praemeditari, quomodo aut ⟨quid⟩ loquamini. non enim uos estis, qui loquimini, sed

2] Ioann. 16, 33. 24] Matth. 10, 19.

1 monstrantem] adiutoria ministrantem *add. Aug.* 3 p̃suram *D* cor t. c.] territi consolarentur *Aug.* 4 adiunxit *D* confidete *D* ego uici *D* 5 uingentius *D* 6 inquid *D* p̃surã *D* 7 ut *Aug.*, et *D* obp̃mat *D* 12 uoluntas ꝑpriã *D* 13 et quia ad utrosque aditus occurrit Christus, uictus est mundus *scripsi*, et quia uictus ẽ in *(in ras.)* mundus et ad utrosque aditos occurrit x̄p̃s *D*, et uictus est mundus. ad utrosque a. o. Ch. *Aug.* 16 disinit *D* 17 martyriis *D* 18 tanta poenarum *scripsi (*tantaque p. *Aug.)*, tot p. *D* aspiritas seuiebat *D* 19 uingentio *D* 20 patiente *Aug.*, patientia *D (in ras. super* torqueri*)* uingentio *D* 21 ita erat *Aug.*, iteratur *D* prussus *D* 23 certaminã *D* 24 p̃meditare *D* quid *om. D* loquamini *D*

spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. caro ergo patiebatur et spiritus loquebatur et loquente spiritu non solum conuincebatur impietas, sed etiam confortabatur infirmitas. clariorem nobis martyrem tormenta faciebant. multiplici uulnerum uarietate confossus non deserebat pugnam, sed acrius iterabat. putares, quod eum duraret flamma, non exureret et tamquam figuli fornax lutum suscipiens molle duram redderet testam. poterat martyr noster dicere Datiano: iam non curat ignes tuos caro mea, quia exaruit sicut testa uirtus mea. et quoniam ueraciter scriptum est: uasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis, probatus est atque decoctus est illo igne Uincentius, Datianus uero arsit et increpuit. si enim non ardebat, unde fumabat? quid erant uerba irascentis nisi fumus ardentis? ergo martyri nostro refrigerium in corde habenti flammas extrinsecus admouebat. sed ipse facibus furoris accensus tamquam clibanus intus ardebat et habitatorem suum diabolum concremabat. per furiosas enim Datiani uoces, per truces oculos, minaces uultus et totius corporis motus ille habitator eius interior se mouebat et per haec signa uisibilia tamquam per sui uasculi, quod impleuerat, crepantes rimulas prodebatur. non tantum martyrem cruciabat flamma, quantum illum uastabat insania.

Sed iam, fratres, illa omnia transierunt, et ira Datiani et poena Uincentii. manet autem poena Datiani et corona Uincentii. denique ut praetermissis interim futurae retributionis finibus etiam in hoc mundo martyrum gloriam demonstremus,

9] Psalm. 21, 16 10] Eccli. 27, 6.

1 patres *D* 4 tot *ante* tormenta *add. Aug.* 5 confossus *Aug.*, confusus *D* 6 exuraret *D* 7 redderet *Aug.*, reddet *D* 8 urit ignis tuus carnem meam *Aug.* 12 uingentius *D* 13 fumabat] clamabat *Aug.* erunt *D* 15 admouebat *Aug.*, amouebat *D* 16 faccibus *D* clybanus *D* 17 habitorem *D* diabulum *D* 18 treces oculos *D* et *ante* totius *collocaui, ante* minaces *habet D* 19 semoueat *D*, monstrabatur *Aug.* 20 uissibilia *D* sua D^1 21 prodebatur *scripsi*, ꝑdiebatur *D*, uidebatur *Aug.* martirem *D* 22 cruciebat *D* cruciabant tormenta *Aug.* 23 iam *Aug.*, etiam *D* transsierunt *D* | et pena uingenti manet autem pena tatiani *add.* D^2 *in marg.* 24 uingenti *D* 25 ꝑtermisis *D* 26 firibus *D*

quae hodie regio, quae prouincia transmarina, quousque uel Romanorum imperium uel Christianum nomen extenditur, natalem non gaudet celebrare Uincentii, quis autem hodie Datiani uel nomen audisset, nisi in Uincentii passione legisset? quod uero tanta cura seruauit dominus martyris corpus, quid aliud demonstrauit, nisi se gubernasse uiuentem, quem non dereliquit exanimem? uicit ergo Datianum uiuens Uincentius, uincit et mortuus. uiuens tormenta calcauit, mortuus maria transnatauit. sed ipse inter undas gubernauit cadauer extinctum, qui inter ungulas animum deo donauit inuictum. non flexit flamma tortoris cor eius, non mersit aqua maris corpus eius, sed in his omnibus nihil est aliud nisi quod pretiosa est in conspectu domini mors sanctorum eius, ad quam gloriam nos dominus sub sua protectione perducat, cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.

XIIII.

ADMONITIO.

Rogo uos, fratres carissimi, ut, sicut frequenter admonui, diem mortis nostrae et terribile ac metuendum iudicium studeamus iugiter cogitare. ad omnium enim peccatorum uulnera nulla inueniri possunt utiliora remedia, quam ut unusquisque cogitet horam illam, quando erit de saeculo hoc migraturus. quomodo enim potest fieri, ut aliqua grauia peccata praesumat admittere, qui se momentis singulis credit de hac

12] Psalm. 115, 15.

1 quonsque *Aug.*, quoque *D* 3 uingenti *D utroque loco* 6 dereliqui *D* 7 uicit *Aug. (sed utroque loco)*, uincit *D* uingentius *D* 12 aliut *D* 17 inciꝑ admonitio neccessaria *D; exstat hic sermo etiam in codice Parisino lat. 14086 fol. 107ᵃ saec. VIII (P), unde eum deprompserunt Fausti editores (58, 876 M.: ‚ex ms. Corbeiensi literis merouingicis ante annos mille exarato'); sci* fausti admonitio necessaria de diem iudicii et malorum poena uel bonorum gloria et quod etiam laici non mutato habitu possint et debent cottidie paenitentiam agere *P* 19 terribilem *DP* studiamus *D* 20 iugiter studiamus *P* ad omnium] admonio *P* enim *om. D* 21 inuenire *P* 22 hoc saeculo *P* 23 potes *D* fiere *P* alequa *P* 24 eridit *P*

luce posse migrare? sic enim et scriptura dicit: memento, fili, quoniam mors non tardat, et illud: memento nouissimorum et desine inimicari. qui enim diligenter adtendit, quam dura erit examinatio ante tribunal Christi, ubi recepturus est unusquisque secundum opera sua, non ei poterunt placere peccata uel crimina propria. cum enim ante illum tremendum iudicem congregatae fuerint omnes gentes, qui tunc erit iniustis atque adulteris et rapacibus fletus oculorum et stridor dentium, cum sanctorum multitudinem ad dexteram regis et ad gloriam segregatam et peccati populos in profundo Tartari sine ullo fine miserationis aut ueniae spe demersos et exclusos in tenebris suis a beata sanctorum luce uiderit et in profundo sine fine descendens urgente os suum puteo aeterna supplicia et perpetuam mortem non moriturus aspexerit. frustra pauperem, quem in hac uita despexit, misericordiam postulabit, frustra extremum Lazari digitum, quo ardens refrigeretur, ardentibus labiis rogabit adponi. quam uellet miser, cum pauperum gloriam uiderit, duris quondam

1] Eccli. 14, 12. 2] Eccli. 28, 6.

1 posse *om. P* et *om. P* dicit scriptura memen^{to} *D* 2 filii *D* quod *P* nouissemorum *P* 3 desestes *P* inimicare *DP* 4 tribonal *P* 5 unusquisqui *P*, unus^{quisque} *D* saecundum operam suam *P* potuerunt *P* 6 placare *D*, plicere *P* pecca ta *D (erat* re *in ras.)* crimena *P*, cremina *D* enim *om. editt. Fausti* 7 remendū^{t} *D* congregate *D*, congregati *P* 8 atque] et *P* et] adque *P* pletus *P* 9 et *om. P* stridon *D* qui tunc erit stridor dentium] *his uerbis incipit sermonis inter Augustini dubios 249 (39, 2208 M.) extrema pars, quae congruit cum hoc sermone* dencium *P* multitudenim *P*, multitudine — segregata — populus — demersus *Aug.* 10 dexterā *D* regis] aeternae *add. P* ad *om. P* segregata *P* et *om. P Aug.* populum *P* 11 tartare *P* miseracionis fine *P* fine *om. Aug.* spe *om. P*, spem *D* 12 demerso *P* et *om. P Aug.* exclusos in *scripsi*, exclusosem *D*, exclude se in *P*, excludi se *Aug.* tenebrisuis *D* sanctorum beata *P* 13 profundo] inferne *add. P*, profundi sinum *Aug.* discendens *DP* urguere *P* 14 putheo orsū *D* perpetua morte *P* moriturum *P* 15 aspexerit *Aug.*, aspexit *D*, petit *P* frustra—postulabit *om. P* dispexit *D* misericordiam *Aug.*, misericordia *D* 16 postulabit *Aug.*, postulauit *D* quod *P* 17 arentibus *P* labis *D* rogabit *Aug.*, rogabat *D*, rogauit *P* quam uellet—audire mereamur *om. P*

paupertatis laboribus subiacuisse et in illa uita, quae cum uita morerentur, mala portasse, ne ad illa aeterna mereretur supplicia peruenire.

Ut ergo haec tam dura et tam terribilia ante illud tribunal aeterni iudicis audire non mereamur, ideo, fratres carissimi, dum adhuc licet et cum dei adiutorio in potestate nostra est, consideremus conscientias nostras et, si aliqua crimina uel peccata capitalia necdum elimosynis et orationibus purgata adhuc in nobis dominari cognoscimus, portum paenitentiae deuictis peccatorum fluctibus Christo auxiliante festinemus intrare et, si quid in nauicula animae nostrae multis tempestatibus peccatorum aut per superbiam fractum aut per auaritiam ruptum aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, conponere uel reparare bonis operibus festinemus. non enim nocent peccata praeterita, si non placent. sicut enim nulli iustorum sufficit iustitia sua, nisi perseuerauerit usque in finem, ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua, si, antequam de corpore isto discedat, ad elimosynarum remedia uel paenitentiae medicamenta confugerit.

Sed quia, quando uel qua hora de hoc saeculo rapiamur, scire non possimus, sine ulla dilatione uel mora de siuistra confugere festinemus ad dexteram. non sanitati credendum

1 in *Aug., om. D* 2 portas sene *D* etrna *D* 5 non *Aug., om. D* et *ante* ideo *habet P* 6 et cum — nostra est *om. P* inpoteste *D* 7 considerimus *P* crimena *P*, cremina *D* 8 elymosinis *D*, aelimosinis *P* oracionebus *P* 9 in nobis adhuc *P* dominare *D* cognoscemus *P* portu *P*, portũ in *D* poenitentię *D* 10 auxiliante] gubernante *P*, iuuante *Aug.* festinemus *D* 12 *primum* per *om. D* superbiam — resolutum] auaricia aut per superbiam aut iniqua cupiditate corruptum *P* 13 luxoriam *D* cognoscemus *P* 14 operebus *P* festinimus *P*, studeamus iugiter nitiorum exhaurire sentinam *add. Aug.* 15 placent] praesentia *add. Aug.* enim *om. P* nonnulli *D* 16 iusticia *P* nisi] si non *P Aug.* persineuerauerit *P* 17 si antequã *D bis* 18 ista *D* discendat *D* elymosinarum *D*, aelimosinarum *P* uel *supersc. et* ꝑ *add. D* mendicamenta *D* 19 confugeret *D* 20 qui *D* ora *P* (h *man. alt.*) 21 possumus *P* delatione *D*, dilacione *P* uel] absque *add. P* desinistra *D* sinextra *P* 22 confugere festinemus] fugiamus *P* dexterã *D* non] enim *add. P* sanitate *D*, sanitem *P* (ta *man. alt.*)

est, non aetati. in remedium salutis suae semper intentus esto, qui uitae suae semper incertus est, quia, qui nos securos fecit dicendo: peccator in qua die conuersus fuerit, omnes iniquitates illius obliuioni tradentur, ipse nos etiam cautos esse uoluit dicens: nolite tardare conuerti ad dominum neque differatis de die in diem.

Sed forte quando generaliter ad paenitentiam prouocamus omnes, aliquis intra se cogitet dicens: ego iuuenis homo sum uxorem habens, quomodo possum aut capillos minuere aut habitum religionis adsumere? nec nos hoc dicimus, fratres carissimi, non hoc praedicamus, ut iuuenes, qui coniugia habere uidentur, mores magis quam habitum debeant commutare. quid enim homini uxorem habenti nocet, si mores perditos uoluerit ad opera bona et honesta conuertere, si peccatorum suorum uulnera ieiuniis et orationibus et elimosynis ad sanitatem pristinam studeat reuocare? uera enim conuersio sine uestimentorum commutatione sufficit sibi. uestimenta uero religiosa sine bonis operibus non solum remedium habere non poterunt, sed etiam dei iudicium iustum sustinebunt. conuertamur ergo ad

3] Ezech. 18, 21; 33, 13 5] Eccli. 5, 8.

1 etati *D*, aetatem *P* non *ante* in *add. Aug.* rimedium *P* *post* semper *rasura 2—3 litterarum in P exstat* intentus esto *scripsi*, incertus ẽ *D*, intardus est *P*, tardandus est *Aug.* 2 quia *P* 3 facit *P* quacumqui *P* diae *P* 4 obliuione *P* etiam nos *P* 5 cautus *P* noluit esse *P* noli te *P* (te *man. tert.*) tardere *D* (*erat* tr *in ras.*) 6 defferatis *DP* diae *P* 7 sed] si *Aug.* geraliter *D* poenitentiã *D* prouocamur *P* 8 omnes *post* generaliter *PAug.* alequis *P* cogitat *P* sum *om. PAug.* 9 quommodo *P* capillus *P* 10 relegionis *D* nec nos] nonne *D* dicemus *P* *post* carissimi *D partem sequentis sermonis (p. 281, 15* ut ulceris — *p. 283, 5* recordatione iudicii*) exhibet, quae suo loco desideratur* 11 non hoc *om. D* iuuenis *P* coniugia] racionabilia *add. P* habire *P* 12 habitum magis quam mores *PAug.* commutare *P*, commotare *D* 13 homeni *P* uxore habente *P* nocit *P* perditus *P* noluerit habere et *P* 14 et] uel *P* 15 ieiuniis et *om. P* ieiunis *D* aelimosinis et oracionebus *P* elymosinis *D* a *D* sanetatem *P* 16 studeat *om. P*, studiat *D* 17 commotatione *D*, commutacionem *P* relegiosa *D* 18 potest *P* 19 eciam *P* iustum dei iudicium *PAug.* sustenebunt *P* conuertitur *D*

meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. hic extinguamus mortem moriendo peccatis, hic uitam uitae meritis adquiramus per eum, qui cum patre uiuit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

XV.

DE IEIUNIO QUADRAGESIMAE.

Ecce, fratres dilectissimi, dies quadragesimae sanctae et spiritales iam in proximo sunt, in quibus corporis damna in animae transeunt lucra. et ideo, quia, sicut apostolus dicit, tempus acceptabile et dies salutis aduenerunt, tamquam ad spiritalem uindemiam nostros animos praeparemus et ita uacare deo studeamus, ut in istis paucis diebus, quod nobis per totum annum sufficiat, congregare possimus. de istis enim dominum diebus dixisse credimus per prophetam: in diebus solemnitatum uestrarum adfligetis animas uestras. quare hoc dixit? quia ieiunia et uigiliae et sanctae adflictiones humiliata corpora macerant, sed maculata corda purificant, membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientiis adducunt nitorem. lassitudine enim corporum redimuntur crimina uoluntatum, per durae crucis exercitia luxuria uel carnis puniuntur gaudia. ac sic mortificatione praesenti futurae mortis sententia

9] 2 Cor. 6, 2. 11] Leu. 16, 29.

1 in nostra *ex* monstra *D* extin guamus *D* 2 meretis *P* adquira^{mus} *D*, comparemus *P* 3 per eum] praestante domino nostro Iesu Christo *P Aug.* cum patre *om. P* 6 incp̃ sermo faustini de ieiunio quadragensime *D* 7 dies *D in ras.* quadragensime *D* spiritales *scripsi*, spiritalis *D* 8 in *post* damna *addidi, in D rasura exstat, in qua* anime *fuisse uidetur* 9 transeunt *D (se in ras.)* 11 uendemeã *D* et ita uacare *scripsi*, etit uocare *D* 12 studiamus *D* 14 prophetam] *quae sequuntur usque ad finem exstant etiam in sermone Augustini dubio 262, 1—4 (39, 2229 M.) et Euseb. hom. 44* 15 uestrarum] *in D rasura exstat, in qua* ur̃ar̃ gyrum *scriptum erat* adfligetis *scripsi*, adfligitis *D*, adfligite *Aug.* 16 hoc *Aug., om. D* adflictionis *D* 17 humiliat a *D* 18 fortitudem *D* addunt *Aug.* 19 lassitudine *e. e.*] nihilominus de contritione animi *Aug.* redemuntur *D* cremina *D* uoluptatum *Aug* 20 luxoria uel *D*, deceptae dudum *Aug.*, *an* luxuriae uel *scribendum?*

sedatur et, dum culpae auctor humiliatur, culpa consumitur. dumque corporis adflictio uoluntaria districtione infertur, tremendi iudicis offensio sedatur et ingentia peccata labor soluit exiguus, quae uix consumturus est ardor aeternus. si enim nos ipsi peccatis nostris disciplinam imponamus, per paenitentiam carnis luxuriam contemnamus, cito nobis deum propitium faciemus. peccatum tuum si tu agnoscis, deus ignoscit. nam quomodo potest fieri, ut illi peccato deus dignetur ignoscere, quod in se homo dedignatur agnoscere?

Tractantes ergo causam salutis nostrae faciamus intra nos, quae circa nos medici solent. si laesura uel querella aliqua in prima corporis cute sentitur, curatio medicamenti blandioris admouetur. si uero in ossibus uulnus absconditur aut in uiscerum profunda demersum est, austeriorem et uiolentiorem poscit uis occulta medicinam, ut ulceris magnitudo aut exustione aut incisione superetur et dolor dolore uincatur. similis ratio in animarum aegritudine adhibenda est. si leuia sunt fortasse peccata, uerbi gratia si homo uel in sermone uel in aliqua reprehensione uoluntatis, si oculo peccauit aut corde, uerborum et cogitationum maculae cottidiana oratione uincantur et priuata conpunctione tergendae sunt. si uero quisquis conscientiam suam intus interrogans crimen aliquod capitale commisit, si autem fidem suam falso testimonio expugnauit ac perdidit, si sacrum ueritatis nomen periurii temeritate uiolauit, si niueam baptismi tunicam et pretiosam uirginitatis holosericam caeno commaculati pudoris infecit, si

1 sedatur] praeuenitur *Aug.* 2 uoluntaria districtione *scripsi*, uoluntarie districtioni *D*, uoluntariae districtionis *Aug.* 3 iudicii *D Eus.* 4 erat *Aug.* si enim — *l. 9* agnoscere *om. Aug.* 6 luxoriã *D* contempnamus *D* 7 tuũ *D (tu in ras.)* ignoscit *ex* ignoscis *D* 11 medi *D* lesura *D* 15 oculta *D* 16 incissione *D* 17 adhibenda est] *in D subsequuntur statim uerba p. 283, 5* audienda est, *pars autem sermonis, quae hic intercidit, legitur in medio sermone antecedente ita, ut etiam uerba* ut ulceris — adhibenda est *illo loco reperiantur, cf. adn. crit. ad p. 279, 10* 20 macule cotditiana *D* 21 uincantur] curandae *Aug.* conpunctionem *D* 22 cremen *D* 23 si autem] ut si *Aug.* 24 prodidit *Aug.* piuri *D* 25 babtismi *D* tonicã *D* 26 uirgitatis *D* holosiricã *D*

in semet ipso nouum hominem crimine homicidii interfecit, si auguria obseruando per haruspices et diuinos atque incantatores captum se diabolo tradidit, haec atque huiusce modi mala expiari penitus communi et mediocri uel secreta satisfactione uix possunt. graues causae grauiores et acriores et publicas curas requirunt, ut, qui cum plurimorum destructione se perdiderit, simili modo cum plurimorum aedificatione se redimat. homo enim se ipse decipiat, si, cum intus in medullis feruere sentiat morbum, per superficiem corporis molle deducat unguentum.

Haec itaque capitalia mala ingenti et rugitu et gemitu et fonte indigent lacrimarum et proclamandum est cum propheta: rugiebam a gemitu cordis mei, et: lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis stratum meum rigabo, et iterum: ego autem tamquam cinerem panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam. nemo despiciat paenitentiam, nemo contemnat hanc humilitatem. rex enim erat Dauid, qui ista dicebat, summus rex erat, qui ista faciebat. oportet itaque quasi super mortuum cum clamore et magnos super extinctam peccatis animam dare planctus. et quomodo mater solet orbata super amissione unici filii sui fracto pectore lamentari, ita conuenit super unicam animam nostram, sed cum spe reparationis adfligi, de qua unica sermo propheticus dicit: erue a framea animam meam et de manu canis unicam meam. quare unicam dicit? siue quod tamquam unica diligenda est, siue quod ipsa sola ante tribunal Christi rationem remotis omnibus solaciis

13] Psalm. 37,9. Psalm 6,7. 15] Psalm. 101,10. 24] Psalm. 21,21.

1 cremini *D*, nece *Aug.* homicidi *D*, hominis *Aug.* 2 augoria D^1 aruspices *D* si per augures et diuinos *Aug.* 3 captiuum *Aug.* diabulo *D* 4 commoni *D* 5 acriores *D* pluplicas *D* 6 disstuctione *D* 7 redemat *D* 8 si *superscr. D* cum *Aug., om. D* intus *om. Aug.* 9 supficiaẽ *D* 12 fonte *Aug.*, forte *D* indi gent *D* ꝓclamaridũ *D* ꝓphete *D* 15 cynerem *D* 16 misciebã *D* dispiciat *D* 17 contempnat *D* 18 dauit *D* dicebat *ex* docebat *D* 19 cum clamore et | conclamatum ita *Aug.* 20 magnus *D* planctos *D* 21 amisione *D* 23 repationis *D* 24 propheticus dicit *Aug.*, ꝓpheticum *D* 27 solacis *D*

redditura est. ita, inquam, necesse est super hanc unicam criminum gladio interfectam cum rugitu et gemitu totum pondus effundi doloris, si forte possit lacrimarum fomentis ac calore fidei suscitari. accendenda est compunctio, conroborandae sunt preces futuri recordatione iudicii. audienda est uero Danielis prophetae sententia, sed audienda oboedientiae aure, dicentis: accipe, inquit, o rex, consilium meum et peccata tua elimosynis pauperum redime. exemplum etiam illius uiri euangelici ita est audiendum quasi uere pro nostra redemptione conscriptum: ecce dimidium bonorum meorum, domine, do pauperibus, de quibus in euangelio audiuimus dominum ineffabili dignatione et caritate dicentem: qui fecit uni ex his minimis, fecit mihi. quae uerba elimosynarum nobis fructus caelesti auctoritate commendant.

Sed forte, quando de elimosynis loquimur, expauescat angusta paupertas et dicat se non habere, quod possit pauperibus erogare. nemo enim ex hac re se poterit excusare, quando dominus redditurum se mercedem pro calice aquae frigidae tantum repromisit, et uiduam, quae duos nummos in gazophylacio miserat, conlaudauit. deus autem noster non copia largitatis, sed beneuolentia pascitur largientis.

Ego autem puto, carissimi, quod ideo dominus noster pauperes in hoc mundo esse permiserit, ut in pauperibus diuitum fidem probaret uel in pauperum misericordia diuitibus misereretur, ut abundantibus boni operis ac redemptionis suae occasio

7] Dan. 4, 24. 10] Luc. 19, 8. 13] Matth. 25, 40. 18] Matth. 10, 42. 19] Marc. 12, 42.

2 eremium *D* 3 doloris *D* 4 suscitare *D* conroborande *D* 5 iudici *D*, atque misericordiarum operibus adiuuandae *add. Aug.* danielis *D* 6 oboedientiae *Aug.*, obedientia *D* 7 inquid *D* 8 elymosinis *D* redeme *D* 9 euuangelici *D* 10 de medio *D* 11 de quibus *D bis* 11 elimosinarũ *D* 15 elymosinis *D* 16 et dicat — conlaudauit] non ita est, carissimi. meminerit potius aera minuta diuitum thesauris fuisse praelata, quia *Aug.* 17 ergare *D* excussare *D* 18 redditurum *scripsi*, redidurus *D* mercidem *D* frigide *ex* fridide *D* 19 gazafilacio *D* 21 beneuolentie *D* 24 misereretur *Aug.* 25 habundantibus *D* occassio *D*

non deesset et beniuolum et misericordem etiam inopia aliena ditaret et opulentior quisque ingentia de egente lucra conquireret et mirifico summoque commercio, dum inopi misericordiam temporaria largitate conferret, sic sibi aeternos thesauros compararet. dirigamus actus nostros, ut, quidquid possimus, quidquid ualeamus, pro amore uitae aeternae in exercitia bonae uoluntatis, in studia iustitiae ac misericordiae conferamus. curramus, dum lucem habemus, priusquam nos tenebrae conprehendant, quia iam in saeculo illo emendationi ac redemptioni prospicere non licebit, sicut dicit sermo diuinus: quoniam non est in morte, qui memor sit tui. sicut ergo iam ibi nulla timebitur meritorum amissio, ita nulla tribuetur peccatorum remissio, nulla ibi iam exercendi boni operis licentia concedetur.

Haec ergo, fratres, sapienter ac feliciter cogitantes ad paenitentiae remedia confugere festinemus et per castitatem et humilitatem, per opera iustitiae et misericordiae aeterna nobis apud deum praemia conparemus praestante domino nostro Iesu Christo, cui honor ⟨est⟩ et imperium in saecula saeculorum. Amen.

XVI.

DE DOMINICO INITIO QUADRAGESIMAE.

Dominus et saluator noster, qualiter ad eum post multas neglegentias uenire debeamus, nos hortatur et admonet per prophetam dicens: uenite, adoremus et procidamus coram domino, qui fecit nos, et iterum: conuertimini ad me ex toto corde uestro, in ieiunio, fletu planctuque.

8] cf. Ioann. 12,35. 10] Psalm. 6,6. 25] Psalm. 94,6. 26] Ioel 2,12.

1 et misericordem] locupletem *Aug.* 2 didaret *D* 4 temporaria *Aug.*, temporalia *ex* temporaliter *D* conferret *scripsi*, conferet *D*, confertur *(misericordia) Aug.* 5 actos *D* 7 uoluntates *D* conferamus *Aug.*, confirmamus *D* 12 amisio *D* tribuetur *scripsi*, tribuitur *D*, retribuetur *Aug.* 13 remisio *D* 14 concedetur *Aug.*, conciditur *D* 15 *quae sequuntur desunt apud Aug.* 19 est *addidi, om. D* 22 incp̃ omelia sc̃i faustini de dominico initio quadragensime *D; exstat hic sermo et alibi et inter sermones Augustini dubios 141 (39, 2020 M.)* 24 ortatur *D* ommonet *D* 25 procedamus *D* 27 plantueque *D*

dies enim, fratres carissimi, sanctae quadragesimae, si diligenter adtendamus, uitam saeculi praesentis significant, sicut dies paschae aeternam beatitudinem praefigurant. et quomodo in quadragesima quasi tristitiam habemus, ut in pascha legitimo ordine gaudeamus, sic et in hoc saeculo, quamdiu uiuimus, paenitentiam agere debemus, ut ⟨in futuro peccatorum⟩ indulgentiam accipere et ad aeternum gaudium peruenire possimus. sed ita debet unusquisque pro suis criminibus suspirare, lacrimas fundere, elimosynas dare, ut deo auxiliante, quamdiu uiuit, semper crimina ipsa conetur effugere. sicut enim sine minutis peccatis nullus umquam aut fuit aut esse poterit, ita sine capitalibus criminibus donante deo et auxiliante omnibus modis esse debemus.

Et ut haec obtinere possimus, si nos alio tempore impedimenta mundi detinent obligandos, uel in diebus sanctae quadragesimae in lege domini, sicut scriptum est, die noctuque meditemur et ita cor nostrum diuinae legis dulcedine repleamus, ut in nobis nullum locum uirtutibus uacuum, quem obtinere possint uitia, relinquamus. sicut enim tempore messium uel uindemiarum, fratres carissimi, unde caro nostra sustentari possit, colligitur, ita in diebus quadragesimae quasi spiritalium uindemiarum uel messium tempore, unde anima nostra in aeternum possit uiuere, congregetur, quia, sicut neglegens quisque tempore uindemiarum uel messium nihil colligens per totum anni spatium fame torquebitur, ita, qui in hoc tempore spiritale triticum et caeleste mustum ieiunando, legendo, orando

16] Psalm. 1, 2.

1 sanctae] sc̃emus *D* quadragensime *D* dilienter *D* 4 quadragensima *D* tristiam *D* habeamus *D* 6 in futuro peccatorum *addidi, om. D*, in futuro possimus peccatorum *Aug.* 8 creminibus *D* 9 elymosinas *D* 10 cremina *D* efugere *D* 12 creminibus *D* 13 esse] possumus et *add. Aug.* 15 obligatos *Aug.* sanctę *D* quadragensime *D* 16 notuque *D* 17 dulcidine *D* repleamur *D* 18 quem] q̄ (= quod) *D* 20 uinde mearum *D* 21 collegitur *D* XLme *D* 22 uende mearum *D* nostra *ex* rostra *D*. 23 congregetur *Aug.*, congregatur *D* 24 uendemearum *D*

in horreis animae suae prouidere et congregare neglexerit, in aeternum durissimam sitim et crudelem inopiam sustinebit.

Certissime scitote, fratres carissimi, quia, qualis est caro, quae post multos dies percipit cibum, talis est anima, quae non adsidue pascitur dei uerbo. et quomodo caro per famem et inopiam tenuis et sicca uelut quoddam simulacrum efficitur, ita et anima, si uerbi dei cibo non pascitur, arida et inutilis et ad nullum opus bonum congrua inuenitur. considerate, fratres carissimi, et horreum et canabam et cellarium annis singulis praeparamus, unde anno uno cibum habeat caro nostra: putatis, quantum debemus recondere, unde in aeternum sustentetur anima nostra? et ideo, fratres carissimi, uel istis paucis diebus recedant inpedimenta mundi, quia secundum scripturam multos neglegentes miseros faciunt. recedat carnalis laetitia, recedant uenenis plena mundi istius blandimenta. carnis gaudia minuantur. ut animae lucra spiritaliter praeparentur propter illud, quod scriptum est: uae uobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis, et illud: beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. tempus, quod nobis furiosus tabulae ludus solebat auferre, lectio diuina incipiat occupare et odiosis fabulis et mordacibus iocis ac detractionibus uenenatis alloquia de scripturis sanctis succedant. horarum spatiis, in quibus uenationibus solebamus cum damno animae detineri, uisitentur infirmi, requirantur in carcere constituti, peregrini suscipiantur et discordes ad concordiam reuocentur.

Haec si faciamus, fratres, inde nobis parare possimus medicamenta, unde nobis uulnera feceramus. ante omnia in diebus ieiuniorum, quod prandere solebamus, pauperibus erogemus,

17] Luc. 6, 25. 18] Matth. 5, 5.

1 orreis *D* 2 crudilem *D* 6 uelud *D* 9 si *ante* et horreum *add. Aug.* orreũ *D* canauam *Aug.*, cera bam *D* 10 replemus *Aug.* 16 minuuntur *D* spiritalia *Aug.* p̃par̃entur *D (erat* atũ *in ras.)* 17 ue *D* quid *D* 18 lugiunt *D* 20 et *scripsi*, ut *D, om. Aug.* 21 odiosis *ex* odiosus *D*, otiosis *Aug.* mordiacibus *D* detractionibus *Aug.*, detractationibus *D* 22 colloquia *Aug.* spatis *D* 23 dampno *D* deteneri *ex* detereri *D* 27 faceramus *D* 28 solebemus *D* erogamus *D*

ne forte aliquis sibi sumptuosas caenas et exquisitis saporibus epulas studeat praeparare et corpori suo magis commutasse quam subtraxisse ciborum abundantiam uideatur. nihil prodest longum tota die duxisse ieiunium, si postea ciborum suauitate uel nimietate anima obruatur. illis enim mens repleta turpescit et inrigata corporis nostri terra spinas libidinis germinabit. sit ergo temperatus cibus, numquam nimium uenter expletus et plus semper de cibo cordis quam de cibo corporis cogitemus, qui intus in homine interiore facti sumus ad imaginem dei, in carne autem de limo terrae formati sumus. et uidete, fratres, si iustum est, ut caro de terra facta interdum bis in die capiat cibum et anima, quae imago dei est, uix post plures dies capiat uerbum dei, cum tamen expediat nobis, ut amplius imaginem dei in nobis, quam nostram carnem debeamus honorare. qui enim de sola carne cogitant, bestiis et pecoribus similes sunt et, qui ita agunt, iam in se dei imaginem contriuerunt. caro uero uelut ancilla gubernetur et anima tamquam domina legitima praeferatur. iam si aliter factum fuerit, si nos non agnoscamus ad imaginem dei factos et plus de carne quam de anima cogitemus, timeo, ne nos spiritus sanctus per prophetam arguat dicens: homo, cum in honore esset, non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.

Lectiones diuinas et in ecclesia, sicut consuestis, libenter audite et in domibus uestris relegite. si aliquis ita fuerit occupatus, ut ante refectionem scripturae diuinae non possit in-

21] Psalm. 48, 13.

2 studiat *D* p̃parare] *ex* p̃paret *D* corpore *D* commotasse *D* 3 habundantiã *D* 4 longum tota die *D*^{2} *in ras.* duxisse *Aug.*, dixisse *D* 5 illico *Aug.* repletatur pescit *D* 10 lymo *D* terre *D* 11 in die *D* capiant *D* 12 quae imago *scripsi, om. D (sed habet* imago *ante* capiat cibum*)*, in qua imago *Aug.* uix *ex* uox *D* 13 accipiat *Aug.* 15 besteis *D* peccoribus *D* 17 uero] ergo *Aug.* gupernetur *D*^{1} 18 legitimã *D (˜ erasum)* reficiatur *Aug., potius* praeficiatur *scribendum* iam] nam et *Aug.* 24 consuistis *D* 26 refectione *D*

sistere, non eum pigeat in conuiuio suo aliquid de scripturis diuinis legere, ut, quomodo caro pascitur cibo, sic reficiatur anima dei uerbo, ut totus homo, id est exterior et interior de sancto et salutari conuiuio satiatus exsurgat. nam si sola caro pascitur et anima dei uerbo non reficiatur, ancilla satiatur et domina fame torquetur. et hoc quam sit iniustum, sanctitas ⟨uestra⟩ non potest ignorare, et ideo, sicut iam dixi, lectiones diuinas illo desiderio et audire et legere debetis, ut de ipsis in domibus uestris et alibi, ubicumque fueritis, etiam loqui et alios docere possitis et uerbum dei uelut munda animalia cogitatione adsidua ruminantes utilem sucum, id est spiritalem sensum et in uobis sumere et aliis ⟨deo⟩ adiuuante propinare possitis implentes illud, quod scriptum est: et calix tuus inebrians quam praeclarus est, implentes illud, quod beatus apostolus hortatur et admonet dicens: siue manducetis siue bibatis siue aliquid faciatis, omnia ad gloriam dei facite. et si infirmitas non prohibet, cottidie ieiunate et ad uigilias alacri et feruenti deuotione consurgite propter illud, quod scriptum est: die noctuque uigilat spiritus meus ad te, deus, et iterum: ad te orabo, domine, mane et exaudies uocem meam, et iterum: media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo, domine. ad quam rem etiam dominus et saluator noster in euangelio hortatur et admonet dicens: uigilate et orate, ne intretis in temptationem, quod ipse praestare dignetur, cui est honor et imperium cum patre et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

13] Psalm. 22, 5. 15] 1 Cor. 10, 31. 19] Psalm. 62, 2. 20] Psalm. 5, 4. 21] Psalm. 118, 62. 23] Matth. 26, 41.

2 relegere *Aug.* refi ciatur *D* 3 ut] et *Aug.* et *om. D* et exterior et interior *Aug.* extirior *D* 5 reficitur . . . pascitur *Aug.* 7 nestra *Aug., om. D* ignorari *D* 10 positis *D* et uerbum *Aug.,* ut u. *D* 11 adsiduarũ minantes *D* succũ *D* 12 in *om. Aug.* deo *om. D* deo auxiliante *Aug.* 13 inplentes] ut in nobis impleatur *Aug.* tuis *D* 14 ꝑclarũ *D* 15 ortatur *D* 16 bibatis *scripsi,* bibetis *D* aliud quid *Aug.* 17 et *om. Aug.* cotdidie *D* et *post* ieiunate *om. Aug.* 18 illut *D* 19 de noctu *Aug.* a te deus *D* 23 ortatur *D*

XVII.

DE LECTIONE EUANGELII, UBI AIT: NESCIAT SINISTRA TUA, QUID FACIAT DEXTERA TUA.

Euangelica lectio, fratres carissimi, quae nobis modo recitata est, uidetur mihi, quod secundum litteram non possit intellegi, et ideo deo auxiliante requiramus. qualiter ad eius spiritalem sensum peruenire possimus. sic enim ait: adtendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, et iterum: cum facis elimosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, cum alibi dicat: sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. diligenter adtendite, fratres, et intellectum diuinae scripturae humiliter et sapienter requirite. non enim sibi ipse dominus in euangelica lectione contrarius esse potest. nam quia elimosynam et occulte fieri ipse dixit et ipse admonuit publice, ut sibi praecepta eius non uideantur esse contraria, intellectum sobrium quaerit. qui enim ideo facit elimosynam, ut ab hominibus se laudari desideret, etiam si occulte fecerit, publice facit, quia laudem ab hominibus quaerit. qui uero elimosynam pro solo amore dei facit, ut illum ad opus bonum reliqui imitentur et non ipse, sed dominus conlaudetur, etiam si publice faciat elimosynam, absconse facit, quia pro elimosyna illa non hoc, quod uidetur,

7] Matth. 6, 1 9] Matth. 6, 3. 11] Matth. 5, 16.

2 inciꝑ de lectione euuangaelii ubi ait nesciat sinistra tua quid faciat dexdera tua *D; exstat hic sermo inter Augustini sermones dubios 63 (39, 1864 M.)* 8 ne *om. D* 9 elymosinam *D* 10 dexdera *D* cum alibi dicat] ut sit elimosyna tua in absconso. quomodo hoc secundum litteram accipere possumus, cum ipse dominus iterum dicat: sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant uestra bona opera et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est? quomodo hic dicit: nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, cum alibi dicat *Aug.* 14 lectionis *D* 15 elymosinã *D* occulte *D* 16 puplice *D* 18 elymosinã *D* 19 occulte *D* fecerit *Aug.*, fuerit *D* puplice *D* 20 querit *D* elymosinam *D* 21 reliqui imitentur *Aug.*, reliquie mittentur *D* 22 puplice *D* elymosinã *D* 23 facit *Aug.*, faciat *D* elymosinam *D*

sed quod non uidetur, desiderat nec ab hominibus laudem, sed mercedem a deo optat accipere.

Hoc etiam ab ieiunio debemus accipere. cum enim ipse dominus⟩ dicat: unge caput tuum et faciem tuam lauа, ne uidearis ab hominibus ieiunans, ergo contra Christi praecepta faciamus, qui publice ieiunium indicimus et uidente toto populo pariter cum ipso ieiunamus? et in hoc sensu oportet intellegi, ut nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgentia, pro misericordia diuina ieiunet. ideo unusquisque interroget conscientiam suam et, si pro solo deo facit elimosynam, secure et publice faciat, ut eum, quicumque uiderint, imitentur. nam et illud, quod dominus dicit: nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ad hoc, quod supra diximus, pertinere cognoscitur. in dextera enim intellegitur amor dei, in sinistra uanitas uel cupiditas mundi. et si pro laude humana dederis elimosynam, totum sinistra facit, dextera nihil omnino. si uero pro remissione peccatorum et amore uitae aeternae elimosynam dederis, totum dextera facit. quid est ergo: nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, nisi ut, quod faciat amor dei, non corrumpat uel perdat ⟨uanitas uel⟩ cupiditas mundi? nam si hoc aliquis secundum litteram implere posse credit, quid faciat, si manus dextera doluerit? numquid de sinistra elimosynam dare non debet? aut, si mult captiuum redimere, quomodo arcam aperire poterit aut sacculum soluere, si sinistram manum dexterae suae non iunxerit? aut si peregrinum oporteat excipere et secundum prae-

4] Matth. 6, 17.

2 mercidem *D* 3 ab] de *Aug.* 4 dominus *Aug., om. D* capud *D* 6 facimus *Aug.* puplice *D* 7 populo *D* 8 humane *D* 9 indulgentiâ *D* (~ *erasum*) 11 elymosinâ *D* puplice *D* 12 uiderint *Aug.*, uiderent *D* emittentur *D* 13 dexdera *D utroque loco* 15 et *scripsi*, at *D*, *om. Aug.* 16 humana *ex* humane *D* elymosinâ *D* dexdera *D* 17 remisione *D* 18 elymosinâ *D* dexdera *D utroque loco* 19 ut *om. Aug.* 20 uanitas uel *Aug., om. D* 21 aliquis *Aug.*, aliquid *D* impleri *Aug.* 22 dexdera *D* 23 elymosinâ *D* 24 redemere *D* 25 sacculum *D* sinistram *D* dexdere sue *D* iuxerit *D* 26 optat *Aug.*

ceptum domini sanctorum pedes abluere, non uideo, quomodo hoc nesciente sinistra manu possit implere.

Ad hoc pertinet etiam illud, quod dixit dominus: nolite in angulis platearum orare, sed intra, inquit, in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in absconso. ecce et ipsi bene agnoscitis, quia nec hoc semper secundum litteram poterit impleri. nam et nos ipsi et totus populus non solum in cubiculis nostris oramus, sed etiam ad ecclesiam conuenimus et simul cum omni populo genua flectimus. et numquid haec facientes praeceptis Christi contrarii sumus, qui dixit, ut in cubiculis clauso ostio orare debeamus? non ita est. unde etiam iste sensus superiori sententiae conueniens est. qualiter ergo hoc intellegi debeat, diligenter adtendite. si quando oras deum ⟨et⟩ hoc ab illo petis, quod uidetur, publice et aperto ostio oras, quia hoc a deo uis accipere, quod uidetur. si uero pro indulgentia peccatorum et pro uita aeterna uolueris supplicare, etiam si publice oraueris, clauso ostio oras, quia non hoc petis, quod uidetur, sed quod non uidetur. quae enim uidentur, temporalia sunt, quae autem non uidentur, aeterna sunt. si temporalia quaeris, sicut iam supra dixi, publice et aperto ostio oras, si aeterna quaeris, secreta est oratio tua, quia non, quae uidentur, ⟨sed quae non uidentur, optas accipere. qui ergo illa, quae non uidentur⟩, in ueritate quaesierit, et illa, quae uidentur, domino remunerante percipiet, quia non mentitur ille, qui dicit: quaerite ergo primum regnum dei et iustitiam eius et haec omnia praestabuntur uobis.

Nec hoc dicimus, fratres, ut pro rebus temporalibus dominum non oremus, id est pro sanitate corporum aut pro pace

3] Matth. 6, 5. 25] Matth. 6, 33.

2 impleri *Aug.* 4 inquid *D* 5 hostio *D* 8 etiam] publice *add. Aug.* 11 hostio *D* 14 et *Aug., om. D* 15 puplice *D* hostio *D* quia] q *D* 16 indulgentiã *D* 17 puplice *D* 18 hostio *D* 19 enim *D (erat* non *in ras.)* 20 queris *D* 21 pupplice *D* hostio *D post* oras *rasura in D exstat, in qua erat* quia ñ hoc aeterna *Aug.*, terrena *D* queris *D* 22 sed quae—uidentur *Aug., om. D, sed in ras.* dño *exstat* 25 percipiet *Aug.*, peipiat *D* 28 hoc] sic *add. Aug.*

populorum aut pro abundantia fructuum. debemus et ista a deo petere, ⟨sed⟩ secundo et tertio loco, ut primas partes in omni intentione nostrae orationis amor animae et desiderium uitae ⟨aeternae⟩ obtineat. oremus pro corpore, sed sine ulla conparatione amplius pro anima supplicemus. et ideo, fratres carissimi, quotiens uobis ista euangelica lectio legitur, eo ordine, quo supra suggessimus, intellectum eius debetis accipere, ut siue in elimosynis siue in ieiuniis siue in orationibus siue in dextera siue in sinistra hoc obseruare studeamus, ut, quidquid agimus, non pro uanitate uel cupiditate saeculi, sed pro ⟨amore⟩ aeternae beatitudinis faciamus, quod ipse praestare dignetur, qui cum patre uiuit et cum spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

XVIII.

DE UOCATIONE ABRAHAE.

Modo cum diuina lectio legeretur, audiuimus dominum beato Abrahae dicentem: egredere, inquit, de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. omnia enim, fratres carissimi, quae in ueteri testamento conscripta sunt, noui testamenti typum et imaginem praetulerunt. sic et apostolus Paulus dicit: omnia enim in figura contigerunt illis. scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum deuenit. si ergo propter nos scripta sunt, quae tunc in Abraham corporaliter legimus facta, si sancte et iuste uiuamus, spiritaliter in nobis uidemus impleta. egredere,

17] Gen. 12, 1. 21] 1 Cor. 10, 11.

1 populorum | *D (erat* tuorũ *in ras.)*, temporum *Aug.* habundantia fructũ *D* 2 sed *Aug., om. D* 4 aeternae *Aug., om. D* obteneat *D* oremus] ergo *add. Aug.* 6 nobis *D* 7 eius *Aug.*, est *D* 8 elymosinis *D* 9 studiamus *D* 11 amore aeternae *Aug.*, aterne *D* 15 incipit de uocatione abrehae *D; exstat hic sermo inter Augustini sermones dubios 2 (39, 1741 M.)* 17 inquid egredire *D* 18 tuis *D (s erasum)* enim *om. Aug.* 23 deuenit *scripsi*, definit *D, (fines)* deuenerunt *Aug.* 24 habrahã *D* si—uiuamus *om. Aug.* 25 uidimus *D* egredire inquid *D*

inquit, de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. haec omnia, fratres carissimi, per sacramentum in nobis baptismi et credimus et sentimus impleri. terra nostra caro nostra est. bene de terra nostra egredimur, quando carnales consuetudines deserentes Christi uestigiis inhaeremus. quasi non tibi uidetur feliciter de terra sua, id est de se ipso egredi, qui de superbo efficitur humilis, patiens ex iracundo, castus ex luxurioso, largus ex cupido, benignus ex inuido, placidus ex cruento?

Uere, fratres carissimi, feliciter egreditur de terra sua, qui pro dei amore taliter commutatur. denique etiam in collocutione priuata ita loqui consueuimus, ut, si aliquis malus homo subito bona opera coeperit exercere, dicamus de illo: exiuit iste de se. et uere bene de se exisse dicitur, qui repudiatis uitiis uirtutibus delectatur. egredere, inquit dominus, de terra tua. terra nostra, id est caro nostra ante baptismum terra morientium fuit, post baptismum facta est terra uiuentium. ipsa est terra, de qua propheta cantauerat dicens: credo uidere bona domini in terra uiuentium. terra ergo uiuentium et non morientium, id est uirtutum non uitiorum, ut dixi, per baptismum facti sumus, si tamen post acceptum baptismum ad uitiorum non reuertamur uolutabrum, si, postea quam terra uiuentium facti sumus, opera mortis obnoxia et luxuriosa non faciamus. et ueni, inquit dominus, in terram, quam ego demonstrabo tibi. tunc enim ad terram, quam domi-

18] Psalm. 26, 13. 24] Gen. 12, 1.

3 babtismi *D* caro nā‖ c̄ *(erat* m *in ras.)* 4 nā‖ *D (erat* m *in ras.)* 5 uestigis *D* inherimus *D* 6 id est *Aug.*, idem *D* 8 luxoriosa *D* 10 deter[a] *D* 11 commotatur *D* colluentione *D* 13 caepaerit *D* 14 iste[de] se *D* exississe *D* repudiatis *Aug.*, respuatis *D* 15 uirtibus[tu] *D* dilectatur *D* egredire inquid *D* 16 terra nostra *Aug.* te terra nam *D* babtismū *D* 17 moriengentiū *D* *post* fuit *rasura in D exstat, in qua erat* id est uirtutum post *ex* per *D* babtismum *D* 18 psalmista commemorat *Aug.* 20 uirtutum *D bis* 21 post *ex* per *D* babtismum *D* post acceptum post babtismū *D* 23 morti *Aug.* luxoriosa *D* 24 inquid *D*

nus ostendit, cum gaudio uenimus, si prius de terra ⟨nostra⟩, id est de carne nostra ipso adiuuante uitia et peccata repellamus. egredere, inquit, de cognatione tua. ista cognatio uitia intelleguntur atque peccata, quae nobiscum quodam modo ex parte nascuntur et ab infantia malis moribus nutriuntur. de cognatione ergo nostra egredimur, quando per gratiam baptismi ab omnibus peccatis et uitiis euacuamur ita tamen, ut postea cum dei adiutorio, quantum possumus, laboremus, ut repulsis uitiis uirtutibus repleamur. nam si post baptismum malis omnibus euacuati desides esse uolumus et ignaui, timeo, ne repleatur in nobis illud, quod scriptum est in euangelio: cum exierit spiritus inmundus ab homine, ambulat per loca arida, quaerit requiem et non inuenit. postea reuersus si inuenerit domum uacuam, adducet secum septem alios spiritus nequitiores se et erunt hominis illius posteriora prioribus peiora.

Ita ergo de cognatione nostra, id est de peccatis ac uitiis exeamus, ut numquam ad haec mala postea uelut canis ad uomitum suum redire uelimus. egredere, inquit dominus, et de domo patris tui. et hoc, fratres carissimi, spiritaliter debemus accipere. pater noster ante gratiam Christi diabolus fuit. de ipso dominus in euangelio arguens Iudaeos dicit: uos de patre uestro diabolo estis et desideria patris uestri uultis facere. patrem ergo hominum dixit diabolum non ex ipso nascendo, sed ex ipsius nequitiam imitando, non quod ex ipso nasci potuerunt, sed quod eum uoluerunt imitari. nam

12] Matth. 12, 43. 18] Prou. 26, 11. 22] Ioann. 8, 44.

1 nostra *Aug., om. D* 2 nostra *Aug.*, nam *D* 3 egredire inquid *D* cogitatione *D* 5 patre *coni. Morel. elem. crit. 291* moribus] actibus adduntur ac *Aug.* (artibus adducuntur *in notis*) 6 nr̃a *in ras. D* babtismi *D* 9 repulsis *D* post *ex* per *D*, per *Aug.* babtismum *D* 10 euacuati *scripsi*, uocuati *D*, uacuati *Aug.* 13 querit *D*, quaerens *Aug.* 16 peiiora *D* 17 nr̃a *D* 18 examus *D* uelud *D* 19 uellimus *D* egredire inquid *D* 21 diabulus *D* 22 euuañg *D* iudeos *D* 23 diabulo *D* uŕs *D* 24 diabulũ *D* 25 sed] ex ipso nascendo sed *denuo add. D* emitendo *D* 26 emitari *D*

quod prius pater noster diabolus fuerit, ex persona dei loquentis ad ecclesiam psalmista commemorat dicens: audi, filia, et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. considerate ergo primum, quid dixerit: audi filia, inquit. qui dicit: audi filia, pater utique est. cum dixit: obliuiscere populum tuum et domum patris tui, patrem utique admonet relinquendum. inuitamur ergo a deo patre, ut beata ac felici commutatione patrem diabolum relinquamus. bene diabolum patrem relinquimus, si deo auxiliante calliditatem et nequitias illius uitare semper uel fugere studeamus.

Haec ergo omnia, ut de terra nostra, id est de conuersatione carnali possimus exire et cognationem nostram, hoc est uitia et peccata relinquere et de domo diaboli patris effugere, non nostris uiribus, sed Christi gratia donante meruimus. et ideo, quantum possimus, cum dei adiutorio laboremus, ne iterum ad consortium uel amicitiam diaboli uel uitia uel carnales concupiscentias redeamus propter illud, quod scriptum est: iam sanus factus es, noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, sed Abrahae fidem potius imitando et bona iugiter opera faciendo non solum ad ueniam, sed etiam ad consortium uel amicitias dei peruenire possimus. illud etiam metuentes, quod de hac eadem re ⟨dominus⟩ locutus est ad Moysen, cum grandi metu et tremore considerare debemus. sic enim ait: cum, inquit, tradiderit uobis dominus terram Chananaeorum, cauete, ne umquam cum habitatoribus terrae illius iungatis amicitias, quae uobis sint in ruinam. cum per gratiam baptismi a nobis omnia crimina uel peccata expulsa esse credamus, si postea cum ipsis uitiis uel

2] Psalm. 44, 11. 19] Ioann. 5, 14. 25] Deut. 7, 1; Exod. 34, 12.

1 diabulus *D* 5 inquid *D* 8 commotatione *D* diabulum *D utroque loco* 12 te *D* 14 relinquere *Aug.*, relinquamus *D* diabuli *D* 17 diabuli *D* 18 concupiscentias *ex* concupiscentiarum *D* rediamus *D* 20 habreae *D* putius *D* emitando *D* 22 metuentes *om. Aug.* 23 dominus *Aug., om. D* 24 tremore *Aug.*, amore *D* 25 inquid *D* chanan eorũ *D* 27 anitias *D* 28 cum] enim *add. Aug.* babtismi *D* cremina *D*

peccatis amicitias iungamus, dum eis ad cupiditatem uel luxuriam consentimus, sine dubio eorum amicitia nobis efficitur in ruinam.

Et ideo, quantum possimus, cum dei adiutorio pro salute animae laboremus et in agro cordis nostri, quem peccata uel crimina possidere consueuerant, uirtutes intromittere festinemus, ut impleatur in nobis illud, quod beatus Isaac in typo Christi benedicens filium suum dixit: ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, quod ipse praestare dignetur, cui est honor et imperium cum patre in spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

XVIIII.

DE ABRAHAM ET ISAAC FILIO EIUS.

Lectio illa, fratres carissimi, in qua beatus Abraham Isaac filium suum in holocaustum legitur obtulisse, ideo in ordine suo diebus quadragesimae non recitatur, quia, ⟨ut⟩ ipsi nostis, in uigiliis paschae propter sacramentum dominicae passionis reseruatur. et quia tunc non est in spatio, ut de ipsa possit aliquid dici, nunc, si iubetis, expositionem eius secundum id, quod eam patres nostri inspirante domino tractauerunt, caritatis uestrae auribus quam possimus breuiter intimemus.

Dixit ergo dominus ad Abraham: tolle filium tuum, quem diligis, Isaac et offeres eum mihi in holocaustum super unum montium, quem demonstrauero tibi. at ille surgens strauit asinam suam et tulit secum duos pueros et Isaac filium suum et peruenit ad lo-

8] Gen. 27, 27. 22] Gen. 22, 2.

1 luxoriã *D* 2 dubio *ex* dubiu *D* eorum] haec *Aug.* amicitia nobis *Aug.*, amicitias *D* 6 cremina *D* consue uerat *D* 8 fili *D* 13 incipit de habraham et isac filio eī *D; exstat hic sermo inter Augustini sermones dubios 6 (39, 1749 M.)* 14 habraham *D* 15 obtullisse *D* 16 ut *scripsi, om. D,* sicut *Aug.* 19 dicimine *D* expossitionem *D* id *om. Aug.* 20 tractauerat *D* caritas *D* 22 habraham *D* 23 dilegis *D* offeris *D* 25 tullit *D*

eum, quem ei ostenderat dominus, die tertia. Abraham enim, quando Isaac filium suum obtulit, typum ⟨habuit dei patris, Isaac uero figuram⟩ gessit domini saluatoris. quod autem ad locum immolationis die tertio peruenitur, mysterium trinitatis ostenditur. nam quod dies in sacramento tertius uel mysterio accipi debeat trinitatis, frequenter in sacris uoluminibus inuenitur, sicut in Exodo: uiam, inquit, trium dierum ibimus in deserto, et iterum, quando ad montem Sinai uentum ⟨est⟩, dictum est populo: sanctificamini et estote in diem parati tertiam, et Iosue transiturus Iordanem, ut in die tertio populus paratus sit, admonuit, et dominus die tertio resurrexit. hoc ideo diximus, quia beatus Abraham die tertio uenit ad locum, quem ei ostenderat dominus.

Duo pueri, quos cum asina Abraham remanere iussit, typum habuerunt populi Iudaeorum, qui pro eo, quod in Christo erediturі non erant, ideo ad locum, ubi immolandus erat, ascendere uel peruenire non poterant. asina illa significat synagogam, aries uero ille, qui inter spinas cornibus tenebatur, et ipse typum domini habuisse uidetur. nam et Christus quasi cornibus inter spinas haerebat, quando ad crucis cornua clauorum confixione pendebat. quod Isaac uero sibi ipse ad immolandum ligna detulit, et in hoc Christum dominum figurauit, qui ad locum passionis ipse portauit crucem suam. de quo mysterio multum ante dictum fuerat per prophetam: et erit, inquit, principatus eius super humeros eius. tunc enim Christus principatum super humeros habuit, quando crucem suam admirabili humilitate portauit. non incongrue crux Christi significat principatum. nam per ipsam et diabolus

7] Exod. 5, 3. 9] Exod. 19, 15. 24] Esai. 9, 6.

2 habuit—figuram *Aug., om. D* 4 tertio] abraham *add. D*¹, *quae uox erasa est* 5 tertius] trinitatis *add. D, sed erasum est* 7 uia inquid *D* 8 a monte *D* 9 est *Aug., om. D* extote *D* 10 iordanen *D* ut ae et inditertio *D* 11 ammonuit *D* 12 resurrexerit *D* habraham *D* s 14 asinam *D* 16 erunt *D* 17 assina *D* sinagogam *D* 20 herebat *D* 22 detulit *ex* tetullit *D* 23 qui *Aug.*, qa *D*², qd *D*¹ 24 multo *Aug.* humili 25 inquid *D* principatum *D* 27 humilitate *D* 28 diabulus *D*

uincitur et totus mundus ad Christi notitiam uel gratiam reuocatur. denique sic et Paulus dixit, cum de passione domini loqueretur: factus, inquit, oboediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod et deus illum exaltauit et donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

Hoc ideo diximus, fratres, ut agnosceret caritas uestra, quod principatus Christi, de quo scriptum est: et erit principatus super humeros eius, non sit aliud nisi crux eius. et ideo lectio illa in pascha legitur, quando Isaac uerus, cuius typum gerebat filius Abrahae, pro genere humano patibulo crucis adfigitur. legitur etiam (in lectione ipsa, quod beatus ueniens Abraham cum filio suo uiderit locum a longe et dixit ad pueros: sedete hic cum asina. ego et puer proficiscemur et, cum adorauerimus, reuertemur ad uos. quare pueris, qui figuram habuerunt Iudaeorum, dicitur: sedete hic cum asina? numquid asina illa sedere poterat, fratres? sed ideo (dicitur: sedete cum asina, quod Iudaeorum populus, qui in Christo crediturus non erat, stare non poterat, sed ut debilis et uelut peccato languidus, qui baculum crucis despexerat, in terram casurus erat. dicit ergo beatus Abraham: sedete hic cum asina, ego et puer proficiscemur et, cum adorauerimus, reuertemur ad uos. quid est, quod dicis, beate Abraham? ad immolandum filium uadis et dicis, cum filio reuerteris? si enim eum) obtuleris in holocaustum, utique tecum redire non poterit. potuit respondere beatus Abraham: uerum dico et offero filium et reuertar cum filio ad uos. tanta est fides mea, ut credam, quod ille, qui eum mihi de matre sterili dignatus

3] Philipp. 2, 8. 11] Gen. 22, 5.

2 dixit *Aug.*, dicit *D* 3 inquid *D* 5 omnem *D* 9 aliut *D* eius *Aug.*, ꝭ *D* 11 patipulo *D*[1] 12 etiam in *scripsi*, etiam *D*, in *Aug.* 14 ꝓficimur *D* 15 reuertimur *D* 17 poterat *Aug.*, p erit *D* 18 dicitur *Aug.*, *in D rasura exstat, in qua* frs *fuisse uidetur* 20 peccator *Aug.* paculum *D* dispexerat *D* 21 terra *D* cassurus *D* 22 proficiscimur *D* 23 reuertimur *D* dicis] quod *add. Aug.* 25 enim eum *scripsi*, enim *D*, eum *Aug.* *post* tecum *rasura in D exstat, in qua* aud; *fuisse uidetur* 26 habraham *D* 28 stereli *D*

est dare, possit etiam eum mortuum suscitare, et ideo uerum dico, quod, cum adorauerimus, reuertemur ad uos.

Quod autem aries occisus est et Isaac non occisus est, ideo factum est, quod Isaac figura et non ueritas erat, et in ipso ergo designatum est, quod postea in Christo completum est. uidete dominum magna cum hominibus pietate certantem. Abraham mortalem filium non moriturum obtulit deo et deus immortalem filium pro hominibus tradidit morti. potest tamen de beato Isaac et de illo ariete etiam sic intellegi, ut in beato Isaac significata sit diuinitas, in ariete humanitas Christi. et quod in passione non diuinitas, sed humanitas crucifixa credatur, ideo non Isaac, sed aries immolatur. dei enim unigenitus offertur et uirginis primogenitus immolatur.

Audite aliud sacramentum, fratres carissimi. beatus Hieronymus presbyter scripsit ab antiquis et senioribus Iudaeis se certissime agnouisse, quod ibi oblatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est. denique ab eo loco, unde beatus Abraham iussus est proficisci, tertio die ad locum, ubi Christus crucifixus est, peruenitur. etiam et hoc antiquorum relatione refertur, quod et Adam primus homo ipso loco, ubi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus et ideo caluariae locus dictus est, quia primum caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. et uere, fratres, non incongrue creditur, quod ibi erectus sit medicus, ubi iacebat aegrotus. et dignum erat, ut, ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia et sanguis ille pretiosus etiam corporaliter pluuerem antiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. haec enim, fratres carissimi, secundum quod potuimus, de diuersis scripturarum uoluminibus pro animae uestrae profectu collegimus et caritatis contemplatione suggessimus. uos

11] Hieron.(?) comm. in Marc. 15.

2 reuertimur *D* 3 isac *D omnibus locis* est] et isac *add. D* 4 factus *D* et—ergo] in ipso enim *Aug.* 11 sed humanitas *Aug., om. D* creditur *Aug.* 13 offeretur *D* 14 aliut *D* iheronimus *D* 17 denique—crucifixus est *Aug., om. D* 19 et *om. Aug.* relatione *Aug.*, reuelatione *D* 20 ad adam *D* crux fixa *Aug.*, crucifixa *D* 22 capud *D* 27 continguere *D* redimisse *D*

uero auxiliante domino, dum frequentius scripturas diuinas relegitis, si diligenter adtenditis, credo, quod etiam meliorem expositionem inuenire possitis.

Rogo uos, fratres, ut, quicumque aut filium aut uernaculum suum baptizari desiderat, iam nunc cum ecclesiae offerre non differat, quia non est iustum, ut res, quae tam magna et tam praeclara esse creditur, neglegenter aut tardius, quam expedit, requiratur. timeo enim, ne aliquae mulieres ideo tardius infantulos suos offerant, quia cum ipsis ad uigilias uenire dissimulant. certissime enim credimus, quod, ⟨qui⟩ statim incipiente quadragesima eos, qui baptizandi sunt, offerre noluerint et cum ipsis ad uigilias fideliter uenerint et filii eorum legitimo ordine acceperint sacramentum baptismi, et ipsi adquirent indulgentiam peccatorum praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium cum patre et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

XX.

DE SANCTO IOSEPH I.

Quotiens uobis, carissimi, lectiones de testamento ueteri recitantur, sicut frequenter admonui, non hoc solum debetis adtendere, quod sonat in uerbo, sed quod intellegitur et sapit in spiritu. sic et apostolus commonet nos dicens: littera occidit, spiritus autem uiuificat. haec enim omnia, quae in ueteri testamento leguntur, sicut dicit apostolus, in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos. cum enim Christianus populus fideliter ad ecclesiam uenit, quid ei prodest, quod audit, qualiter sancti patriarchae aut uxores

22] 2 Cor. 3, 6. 24] 1 Cor. 10, 11.

2 etiam] in *add. D* 3 positis *D* 5 babtizari *D* offere *D* 6 deferat *D* magnam *D* 9 desimulant *D* 10 qui *Aug., om. D* 11 quadragensima *D* babtizandi *D* offere *D* 13 acciperint *D*, accipient *Aug.* babtismi *D* 18 incip de scō ioseph epistula faustini *D; exstat hic sermo inter Augustini sermones dubios 13 (39, 1765 M.)* 21 sonat *ex* sorat *D* 22 litterra *D*

acceperunt aut filios procreauerunt, nisi haec, quare facta sunt aut quid res istae figurauerunt, spiritali sensu perspexerit. ecce audiuimus, quod beatus Iacob genuerit filium et uocauerit nomen eius Ioseph et eum plus quam reliquos filios dilexerit. hoc loco beatus Iacob figuram habuit dei patris, sanctus quoque Ioseph typum domini gessit saluatoris. diligebat Iacob filium suum et deus pater dilexit unicum suum. Iacob misit filium suum, ut de fratribus suis sollicitudinem gereret, et deus pater misit filium suum unigenitum, ut genus humanum peccatis languidum uisitaret. Ioseph, dum fratres suos quaereret, errabat in eremo et genus Christus humanum requirebat, quod errabat in mundo, quo in mundo quasi et ipse errabat, quia errantes quaerebat. Ioseph fratres suos quaerebat in Sichimis. Sichima interpretatur humerus. semper enim peccatores dorsum ponunt in faciem iusti. humeri enim retro sunt. sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi fraternae dilectioni dorsum magis quam faciem offerebant, ita et infelices Iudaei uenienti ad eos salutis auctori inuidere potius quam diligere maluerunt. de talibus dicitur in psalmo: obscurentur oculi eorum, ne uideant, et dorsum eorum semper incurua.

Inuenit Ioseph fratres suos in Dothaim. Dothaim interpretatur defectio. uere in grandi defectione erant, qui de fratricidio cogitabant. uidentes ergo Ioseph fratres sui de morte illius tractauerunt. sic uidentes uerum Ioseph Iesum Christum,

19] Psalm. 68, 24.

1 acciperunt *D* pcreauerat *D* 2 perspexerit *Aug.*, semp exerint *D* 5 sanctus quoque] *num* sanctusque *scribendum?* 7 et—suum] quia et deus pater diligit unigenitum suum, sicut ipse dixit: hic est filius meus dilectus *Aug.* dilexit *scripsi*, dilegit *D* misit *suprascr. D* 8 sum *D* 10 fratrem suum *ex* fratres suos *D* quereret *ex* querebat *D* 11 herimo *D* 12 quo in mundo *Aug.*, qđammodo *D* 14 siccimis siccima *D* 15 dorsum magis quam faciem ponunt in faciem iusti *Aug.* retro sunt *Aug*, retrorsum *D* 16 dilectionis *D* 17 offerebat *D* 18 ueniente *Aug.* auctori *scripsi*, auctorem *D*, auctore *Aug.* putius *D* 19 malluerunt *D* 22 intothaim *D* 23 uere—defectione *D bis, sed priore loco* defecti fratricidio *D (erat* hodie *in ras.)* 24 sui *Aug.*, suos *D* 25 Iesum—Ioseph *om. D*^{1}, *add. man. alt. in marg.*

ut eum crucifigerent, uno omnes consilio statuerunt. ut Ioseph expoliauerunt fratres sui ueste polymitari et talari, et Iudaei Christum per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali. Ioseph exutus tunica mittitur in cisternam, id est in lacum, et Christus expoliatus carne humana descendit in infernum. Ioseph, postea quam de cisterna leuatur, Ismaelitis, id est gentibus uenditur, et Christus, postea quam de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio conparatur. Ioseph per consilium Iudaeae triginta argenteis distrahitur, et Christus per consilium Iudae Iscariotis eodem ordine uenumdatur. quod autem in diuersis translationibus non aequali pretio scribitur Ioseph uenumdatus, sed alii dixerunt argenteos uiginti, alii triginta, hoc spiritaliter significauit, ⟨quod Christus⟩ non aequaliter ab omnibus credendus esset ⟨uel⟩ diligendus. denique etiam nunc in ecclesia alii eum plus diligunt, alii minus. ipsi plus ualet Christus, qui eum maiore caritate diligit. Ioseph descendit in Aegyptum et Christus in mundum. Ioseph penuria frumenti saluat Aegyptum et Christus a fame uerbi dei liberat mundum. nisi enim Ioseph fratres sui uendidissent, defecerat Aegyptus, uerum est, fratres, nisi Christum Iudaei crucifixerint, perierat mundus.

Videamus tamen, fratres carissimi, unde in beato Ioseph fratres sui tam crudeliter saeuierunt. unde nisi inuidiae ueneno, per quod mors intrauit in orbem terrarum? denique audi scripturam dicentem: inuidebant ei fratres sui et non poterant ei quicquam loqui pacificum. uidit enim beatus

25] Gen. 37, 4.

1 statuerunt *Aug.*, strauerĩ *D* 2 polimitari *D* thalari *D* 3 tonicali *D* 4 tonica *D* 5 discendit *D* 6 cysterna *D* leuatur *D* ysmaelytis *D* 7 uentĩtur *D* 9 distraitur *D* 10 iudas *D* scariothis *D* ordine] numero *Aug.* uenumdatur *D* 12 uenumdatus *D* argenteis *Aug.* 13 quod Christus *Aug., om. D* 14 uel *Aug., om. D* 15 dilegunt *D* 16 diligit *scripsi*, diligeret *D*, dilexerit *Aug.* 17 discendit *D* egyptum *D* pinuria *D*, a penuria *Aug.* 18 egyptum *D* 20 difficerat *D* egyptus *D* 21 crucifixerint *ex* crucifixerunt *D*, crucifixissent *Aug.* 23 seuerunt *D* 26 loci *D*

Ioseph somnium, quasi stantem se cum fratribus suis in agro et manipulos colligentem et fratrum suorum manipulos undecim adorare manipulum suum. hoc in illo Ioseph tunc impletum est, quando eum fratres sui in Aegypto adorauerunt. et non incongrue coacti sunt steriles manipuli fructuosum manipulum adorare, per quem de faunis periculo liberandi erant.

Vidit etiam aliud somnium, quod sol et luna et undecim stellae adorarent eum. cui respondit pater suus: numquid ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? hoc in illo Ioseph impleri non potuit, quia iam et mater illius de hac luce migrauerat. in nostro uero Ioseph, id est domino nostro Iesu Christo somnii illius sacramenta completa sunt. sol enim et luna et undecim stellae eum adorauerunt, quando post resurrectionem sancta Maria quasi luna et beatus Ioseph cum undecim stellis, id est beatis apostolis adorauerunt eum, qui incuruati ac prostrati sunt ante eum et impleta est prophetia, quae dixerat: laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stellae et lumen. nam quo modo fratribus illius potuit conuenire, quod eum quasi stellae adorare possent, quos inuidiae nox obscuros et tenebrosos effecerat? iam enim claritatem stellarum perdiderunt, qui in se lumen caritatis exstinxerunt. merito hoc ergo in domino saluatore nostro Iesu Christo uerius completum fuisse credimus, quem, sicut antea etiam dixi, beatum Ioseph et beatam Mariam cum undecim apostolis frequentius legimus adorasse. nam quod apostoli lumen stellarum habuerint, ipse dominus in euangelio dixit: uos estis lux mundi, et iterum de ipsis ac suis simi-

8] Gen. 37, 10. 17] Psalm. 148, 3. 27] Matth. 5, 14.

1 somnium *D* 2 manibulos *D* 4 eum *Aug.*, enim *D* 5 fructuorum *D* 7 alium *D* 9 mater tuus *D* adorauerimus *D* 10 quia—migrauerat *om. Aug.* quia iam *scripsi*, q alam *D* 12 somni *D* 15 Ioseph] uelut sol *add. Aug.* beatis *ex* beatus *D* 16 adorauerunt eum qui *om. Aug.* 17 ꝓfetia *D* 18 nam] in tantum in illo Ioseph impleta non est somnii huius interpretatio, ut mater ipsius ante multos annos legatur fuisse defuncta, quam praefata somnia ille uidisset. et reuera *add. Aug.* 20 inuidia *D* 22 extinc̃xer̃t *D* 24 quem *Aug.*, q̃d *D* dixi *suprascr. D* 25 adoras *D* 26 euuangelio *D*

libus: tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

Ioseph interpretatur augmentatio siue ampliatio. sed in illo Ioseph ampliationem non habuit nisi sola Aegyptus, in nostro uero Ioseph augmentum habere meruit uniuersus mundus. ille Ioseph erogauit triticum, noster erogare dignatus est dei uerbum. in omnem enim terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum. nos ergo, fratres carissimi, qui nullis praecedentibus meritis tanta bona per misericordiam ueri Ioseph domini nostri Iesu Christi consecuti sumus, ad quos non umbra ueteris testamenti, sed ipsa ueritas uenit, quantum possimus, cum dei gratia laboremus, ut, quod nobis contulit iudicatus, integrum in nobis inueniat iudicaturus, qui, quantum contulit tibi, tantum reposcet. et quidem ille, cum uenerit, redditurus est, quod repromisit, sed quaesiturus est, quos redemit, et quod dedit in aduentu primo, exacturus est in secundo. nemo enim Christo domino nostro mala reddat pro bonis. quis est enim, qui tam impie agit, nisi ille, qui accipit dulcedinem et reddit amaritudinem, qui accipit uitam et restituit mortem? mortem enim retribuit, qui se ipsum uiuendo male interficit. quis enim reddit mala pro bonis, nisi ille, qui, cum deberet lectioni insistere et ad ecclesiam currere, elegit potius ad tabulas ludere, spectacula uel furiosa uel cruenta uel turpia frequentare et, cui oportebat peccata sua orando, legendo, elimosynas faciendo consumere, studet potius augere et amplius cumulare? quis est, qui reddit mala pro bonis?

1] Matth. 13, 43. 7] Psalm. 18, 5.

3 amplitio *D* 4 amplitionem *D* abuit *D* egypt⁊us *D* 7 sonus eorum] s. apostolorum *Aug.* 12 possimus *ex* possumus *D* 14 contu⁊lit *D* tantã *D* reposcet *scripsi*, reposcit *D* qui tibi tanta contulit, scit quantum reposcat *Aug.* 15 redituru*s* *D* quesiturus *D*, requisiturus *Aug.* 16 quod *Aug.* 17 enim] ergo *Aug.* 18 ꝑ nobis bonis *D* nisi ille *om. Aug.* 19 dulcidinem *D* 20 resti⁊tuit *D* 21 interficit] quis est qui reddit mala pro bonis? ille qui cum deberet dare propria, rapit aliena, qui pro caritate reddit odium, inuidiam pro benignitate, pro humilitate superbiam, pro castitate luxuriam *add. Aug.* 23 putius *D* 24 quem *Aug.* oportabat *D* 25 elymosinas *D* putius *D* 26 commulare *D*

qui pro luce tenebras, pro benignitate malitiam, qui pro sobrietate ebrietatem, pro elimosynis rapacitatem, pro iustitia iniquitatem restituit.

Qui ergo haec mala adiuuante domino nostro ⟨non⟩ admisit, munera in se, quantum potest, diuina custodiat. qui uero his malis se sentit obnoxium et intellegit obuolutum, cito ad paenitentiae medicamenta recurrat et, antequam anima illa tenebrosa de corpore mortis suae discedat, elimosynis, ieiuniis et orationibus remedium sibi in die necessitatis adquirat. sic ergo agamus, fratres, ut ante tribunal Christi et, qui boni sunt, coronam, ⟨et qui⟩ neglegentes sunt, ueniam consequantur.

XXI.

DE SANCTO IOSEPH II.

De beato Iacob, fratres carissimi, et in sancto filio eius Ioseph, qui diligenter adtendit, rem nimis admirabilem dominum fecisse cognoscimus. primum non credo fuisse sine causa, quod deus, qui se totiens dignatus fuerat ostendere beato Iacob, per tot annos noluit indicare, quod Ioseph filius eius uiueret, sed permisit eum longa defectione consumi. si quisquam hoc sine certa ratione et euidenti factum esse credat, uel hoc consideret, quod nec filius eius Ioseph in tam proximo positus permissus sit mittere ad patrem suum, ut ei adnuntiaret, quod non solum uiueret, sed etiam in grandi honore positus esset. ab illo enim loco, ubi erat beatus Iacob, usque in Aegyptum uix erant trecenta milia, unde frequentissime ex Aegypto in locis illis, ubi erat Iacob, plurimi properabant. ex illo loco ad

2 ebritatem *D* elymosinis *D* iustitiam *D* 4 non *Aug., om. D* 5 custotiat *D* 7 mediñta *D* 8 discendat *D* elymosinis *D* 11 et qui *Aug., om. D* consequantur] ut illos ornet uita integra, istos ualeat excusare correcta praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen *add. Aug.* 13 item (*erat* tertia *in ras.*) de sc̃o ioseph secunda *D; exstat hic sermo inter Augustini sermones dubios 15 (39, 1770 M.)* 14 de] in *Aug.* 16 cognoscit *Aug.* 17 c̃ fuerat *D* 19 afflictione *Aug.* consummi *D* 21 possitus *D* 25 trecenta *Aug.*, CCCXXX *D* 26 locum illum *Aug.*

Aegyptum infinitae multitudines adsidue confluebant. sed fortasse aliquis dicat, quod beatus Ioseph paruulus exierit a patre suo et ideo eum recordari non potuisset. non ita est, fratres carissimi. puer enim erat, sed sedecim annorum et nulla ratione parentes suos poterat obliuisci. nam et in tantum eos oblitus non erat, ut fratres suos, ubi primum uidit, agnosceret.

Sed dicit aliquis, ⟨quia⟩ licentiam aut potentiam non habuerit mittendi ad patriam suam. etiam si hoc quasi ueri simile uideretur, postea quam de carcere eductus est et dominus factus in omni terra Aegypti, per illos septem annos fertilitatis et illos duos, qui transacti sunt tempore inopiae, antequam fratres sui ad eum descenderent, per istos nouem annos in trecentis milibus sine ulla dubitatione potuit mittere ad patrem suum. sed occulto iudicio hoc dominus fieri non permisit in tantum, ut nec tunc se manifestaret fratribus suis, quando ad emendum triticum conuenerant, quin immo durissime eis loquens et fratrem illorum in uinculis tenens ad patrem suum eos cum grandi dolore redire iussit.

Adtendite adhuc et aliud maius miraculum. uidete, quomodo Ioseph beatus, qui patrem suum nouerat pro se intolerabilem amaritudinem sustinere, quasi parum esset, quod ante pertulerat, adhuc et Beniamin fecit auferri, quo facto utique nouerat eum multiplicem passurum esse dolorem. haec enim omnia sine sancti spiritus dispensatione facta fuisse non credo. deus enim, cuius iudicia plerumque sunt occulta, numquam tamen iniusta, qui beato Iacob noluit indicare filium suum uiuere, ille etiam sanctum Ioseph ⟨non⟩ permisit, ut patri suo suam gloriam nuntiaret, quin immo adhuc Simeon in uinculis tenendo,

3 recordare *D* 4 nula *D* 6 suos] at *add. D* 7 quia *addidi, om. D*, quia pro eo, quod Aegyptio domino seruiebat *add. Aug.* 8 patrem suum *Aug.* 10 totam terram *Aug.* 11 transacti *Aug.*, transdeti *D* 12 discenderet *D* 13 tricentis *D* milibus] non potuit mittere ad patrem suum? *add. Aug.* 14 oculto *D* 15 manifestare *D* 16 qui immo *D* 19 aliut *D* 20 intollerabilem *D* 21 sustenere *D* parum *Aug.*, paruum *D* 23 multiplicẽt *D* 24 fuisset *D* 25 oculta *superscr. D* 27 etiam sanctum loseph non permisit *Aug.*, pmisit etiam scm ioseph *D* 28 semeon *D*

Beniamin auferendo ipsius patris sui angustias cumulauit. haec enim, fratres carissimi, si fideliter adtendamus, cum grandi misericordia dominum fecisse cognoscamus. ab initio enim mundi in sanctis exercuit deus, quod in beato Iacob cum grandi pietate conpleuit.

Sed hoc quare sit factum, diligenter adtendite. quamuis enim serui et amici dei capitalia crimina uitauerint et multa opera bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus, quia non mentitur ille, qui dixit: non est enim immunis a peccato nec infans, cuius est unius diei uita sua super terram. et beatus Iohannes euangelista, qui utique meritis non erat inferior sancto Iob, clamabat et dicit: si dixerimus: peccata non habemus, ipsi nos decipimus et ueritas in nobis non est, et illud, quod alibi scriptum est: iustus septies in die cadit et resurgit. quia, sicut ergo iam dictum est, sine istis minutis peccatis Iacob esse non potuit, uolens deus parua peccata in hoc sancto tribulationis igne consumere inplet in eo, quod ipse per spiritum sanctum dixit: uasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis, et illud: flagellat deus omnem filium, quem diligit, et illud: per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. ut ergo sanctum Iacob deus noster uelut aurum purgatum futuro iudicio praesentaret, prius ab illo omnes maculas peccatorum abstersit, ut in eo ignis ille arbiter, quod exureret, inuenire non posset.

Si diligenter adtendamus, fratres carissimi, quod erga beatum Iacob deum fecisse credimus, hoc etiam Ioseph circa fratres

9] Iob 15, 15. 13] 1 Ioann. 1, 8. 15] Prou. 24, 16. 19] Eccli. 27, 6. 20] Hebr. 12, 6. 21] Act. 14, 21.

1 beiamin *D* angustia *D* 3 misericordiã *D* dominum *Aug.*, d̃ni *D* 6 sed ||| *D (erat* in *in ras.)* 7 cremina *D* uitauerit *D* 9 ẽ *superscr. D* 10 inmonis *D* die *D* 11 uite *D* iohannis *D* euuanḡ *D* 12 Iacob *Aug.* clamat *Aug.* 14 alibi illud q̃ *D* 17 sc̃o *D*, saeculo *Aug.* 18 impleuit *Aug.* 20 flagillat *D* 22 tribulationis *D* 23 purgatum] in *add. Aug.* 24 praesentaret *Aug.*, p̃staret *D* 25 exureret *Aug.*, exuperet *D* 26 possit *D*

suos exercuisse cognoscimus, qui utique tam sanctus fuit, ut eos odio habere ⟨non⟩ potuisset. unde credendum est, quod ideo ⟨eos⟩ tribulationibus fatigauerit, ut eos ad confessionem criminis et ad medicamenta paenitentiae prouocaret. denique cum grandi dolore dixerunt se merito illa pati, quod peccassent in fratrem suum uidentes angustiam eius. et quod sciebat beatus Ioseph, quod fratribus suis parricidii crimen sine grandi paenitentia indulgeri non posset, semel et secundo et tertio medicabili tribulatione tamquam spiritali igne decoxit, non ut se uindicaret, sed ut illos corrigeret. denique priusquam peccatum suum confiterentur et crimen, quod admiserunt, mutua inter se castigatione consumerent, nec agnoscendum se eis dedit nec pacis osculum illis indulsit. cum uero illos pro peccato, quod in ipsum admiserant, humiliter uidit adflictos, deosculatus est singulos et fleuit et pauentium colla pio oculorum rore perfundens odium fratrum caritatis lacrimis abluebat.

Quod ergo deus in beato Iacob fecit et quod Ioseph erga fratres exercuit, hoc etiam et nos in illis, qui in nobis peccauerunt, debemus implere, ut non ipsos, sed peccata eorum studeamus odire et ita uelimus secundum culpae meritum durissima castigatione corripere, ut eos studeamus in ueritate diligere. haec si faciamus, fratres carissimi, impletur illud in nobis, quod scriptum est: inuicem onera uestra portate et sic adinplebitis legem Christi.

Ad extremum ut totum, quod dixi, breui sermone concludam, taliter indulgeamus eis, qui in nobis peccauerunt, qualiter uolumus, ut nobis indulgeat deus, quotiens in illo peccamus. haec si faciamus, securi possimus dicere: dimitte

23] Gal. 6, 2. 28] Matth. 6, 12.

2 non *Aug., om. D* 3 eos *addidi, om. D*, eos tantis *add. Aug.* 4 creminis *D* 7 parricidi *D*, fratricidii *Aug.* cremen *D* 8 poenitentiam *D* possit et *D* 10 uiri dicaret *D* correget *D* 11 cremen *D* 14 in] id *add. D* 15 singulos et] per singulos *add. Aug.* 18 in illis *Aug.*, et illis *D* 19 ut *Aug.*, et *D* 20 uellimus *D* culbe *D* 22 dilegere *D* 23 honera *D* 24 illud *D* [sic] 25 brebi *D* 26 in uos *Aug.* 27 indul geat *D* in illum *Aug.* 28 faciemamus *D* demitte *D*

nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Adhuc nobis delectabat cum caritate uestra de beato Ioseph aliquid loqui, sed propter pauperes, qui ad opera sua festinant, melius est, ut nobis in die crastina reseruemus. et ideo conuersi ad dominum misericordiam ipsius deprecemur, ut desiderium audiendi uerbum dei, quod in nobis placatus contulit, et augere semper et conseruare dignetur, qui cum patre et spiritu sancto ⟨uiuit et regnat⟩ in saecula saeculorum. Amen.

XXII.

DE SANCTO IOSEPH III.

De beato Ioseph, quod de sermone hesterni diei caritati uestrae reseruauimus, nunc secundum uestram consuetudinem intenti cum silentio et quiete suscipite. beatus Ioseph, fratres dilectissimi, ut regnum Aegypti admirabili sapientia regeret, prius ipse se rexit. cum esset decorus et speciosus facie pulchritudinem ultus sui non ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suam gratiam conseruauit hoc se pulchriorem iudicans, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur. et illum esse uerum decorem, qui non alienos oculos caperet nec mentes fragiles uulneraret. crimen enim dominae suae fuit, quae male uidit, non beati Ioseph, qui male uideri noluit. nec in eo, quod uisus est, culpa est. non erat in potestate seruili, ut non uideretur a domina, maritus deberet cauere oculos uxoris. discant tamen et uiri cauere oculos feminarum: adamatur et qui noluit amari. denique adamatus

1 demittimus *D* 3 nos *Aug.* dilectabat *D* 4 quid *D* 5 diem crastinam *Aug.* 9 uiuit et regnat *om. D* 11 item tertio de scō ioseph *D* 13 reseruauimus *scripsi,* seruauimus *D* 15 aegipti *D* 16 *uerba* cum esset—*p. 310, 14* adprehensus aufugit *exstant in sermone Augustini dubio 14, 2 (39, 1767 M.)* 17 diriuauit *D* 18 speciosion *D* 19 qui *Aug.,* oram *D* 20 fragilles *D* cremen *D* 21 qui *D* quimal *D* 22 quod] qui *Aug.* culpa est] quia *add. Aug.* 23 debuit *Aug.* 24 oculo *D* tunc *Aug.* 25 adamatur *scripsi,* adamantur *D,* cum amantur *Aug.* nolunt *Aug.*

est Ioseph, qui amantem contemneret, et bene excusauit eum scriptura dicens: inmisit oculos uxor domini eius in Ioseph, hoc est, ⟨non⟩ iste se ostentauit nec cepit incautam, sed illa retia sua misit et indagine sua capta est, laqueos suos sparsit et suis uinculis colligata est. dixit autem illi: dormi mecum. prima adulteri oculorum tela sunt, secunda uerborum. sed qui non capitur oculis, potest uerbis resistere. excusatur, quod ingressus est, praedicatur, quod elapsus est nec fecit plus uestimenta corporis quam animi castimoniam. reliquit tamquam non sua, quae adultera manibus tenebat, et aliena iudicauit, quae tactu inpudicae poterant conprehendi. magnus plane uir, qui uenditus seruile tamen nescit ingenium, adamatus non reamauit, rogatus non adquieuit, adprehensus aufugit. qui cum ab uxore domini conueniretur, teneri ueste potuit, animo capi non potuit. ac ne ipsa quidem uerba eius diu passus contagium iudicauit, si diutius moraretur, ne per manus adulterae libidinis ad eum incentiua transirent, itaque ueste exiuit. crimen enim excussit et relictis, quibus tenebatur, uestibus expoliatus quidem, sed non nudus aufugit, qui erat tectior indumento pudoris. non enim est nudus, nisi quem culpa nudauerit.

Denique in superioribus habemus, quod Adam, posteaquam dei mandatum praeuaricatione deseruit et peccati grauius aestum contraxit, nudus erat, unde et ipse ait: uocem tuam audiui in paradiso et timui, quod nudus sum, et abscondi

2] Gen. 39, 7. 5] Gen. 39, 7. 24] Gen. 3, 10.

1 contempneret *D*, contempserat *Aug.* excussauit *D* 3 non *Aug.*, *om. D* ostendauit *D* cepit *D* incautam *Aug.*, aduncatum *D* 4 indagine *Aug.*, in dagina *D* laqueos] catenas *Aug.* 5 sparsit *Aug.*, spargit *D* 6 adulterii *Aug.* 7 excussatur *D* 8 elapsus *Aug.*, delapsus *D* ne *D* 9 pluris *Aug.* castimonia *D* relinquid *D* 11 inpudice *D* potuerant *Aug.* 12 uentitur *D* ingenum *D* 13 adamatur *D* rogatur *D* 14 conueneretur *D* 15 eius *scripsi*, si *D* 16 deutius *D* 17 adultere *D* incendiua *D* transsirent *D* 18 uete *D* cremen *D* 19 uestimentibus *D* 21 nudauerit *scripsi*, nudanerat *D* 23 deseruit *scripsi*, deserit *D* aestum *scripsi*, *cf. ind.*, estum *D* 25 suum *D*

me. intendit enim se nudum, quod ornamentum diuinae protectionis amiserat, et ideo latebat, id est, quod uestem fidei ⟨non⟩ habebat, quam utique praeuaricando deposuit. magnam rem uides. ille fuit nudus, qui tunicam non amisit, iste nudus non erat, qui uestimentis exuit se, quae in manus adulterae dereliquit. Adam scriptura illum nudum adserit, hunc nudum esse non dixit. et ideo ea expoliauit se iste potius quam nudauit, qui incorrupta uirtutum uestimenta seruauit expolians se ueterem hominem cum actibus suis, ut indueret nouum hominem, qui secundum imaginem creatoris in agnitionem rerum seruatur. ille autem nudus remansit, qui se iterum uestire non potuit. singularis priuilegii uirtute exutus inde pelliciam accepit tunicam, quia peccator non poterat habere spiritalem.

Accusatus autem Ioseph ad omnia sua noluit illam dicere culpabilem esse, quia iustus accusare non nouit, et ideo inpune hoc inpudica faciebat. illam igitur uere exutam dixerim etiam pallium Ioseph humanum tenentem, quae omnia ornamenta pudoris et uel animae perdiderat castitatis. illum satis ornatum satisque uestitum dixerim, cuius uox non audiebatur et innocentia loquebatur. sic Susanna postea, dum tacet in iudicio, melius locuta est oraculo et ideo emeruit prophetae defensionem, quae propriae uocis non quaesiuit auxilium. beatiorem ergo illum dixerim, cum in carcerem mitteretur, qui sustinebat pro castitate martyrium. bonum enim est munus pudicitiae etiam, cum sine periculo custoditur, ubi uero etiam salutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur. inaudita causa tamquam reus criminis in carcerem Ioseph mittitur, sed eum dominus nec in carcere deserebat. non est turpe innocentibus, cum falsis criminibus appetuntur, cum oppressa iustitia tra-

8] cf. Col. 3, 9.

3 non *addidi, om. D* 4 tonicã *D* non *erasum in D* 6 dereliquid *D* 7 putius *D* 10 rerum *scripsi,* renu *D* 12 p̃uilegi *D* pilliciam *D* 13 accipit *D* tonicã *D* 14 accussatus *D* 15 acussare *D* 17 humanum *scripsi,* humano *D* 18 animae *scripsi,* anima *D* 20 dacet *D* 21 oraculo *scripsi,* oracula *D* 22 beationem *D* 27 creminis *D* 28 carcerem *D* derebat *D* turbe *D* 29 creminibus *D* appituntur *D*

duntur in carcerem. uisitat dominus et in carcere suos et ideo ibi plus est periculi. sed quid mirum si uisitet Christus in carcere positos, qui se ipsum in suis carcere clausum esse memorauit, sicut habetis scriptum: in carcere eram et non uenistis ad me.

Quo non penetrat diuina misericordia? inuenit Ioseph gratiam huius modi, ut, qui fuerat clausus in carcere, ipse potius claustra carceris custodiret. in ipso enim praefiguratum est, quod postea in domino saluatore nostro conpletum est. sic enim insidiante uel accusante domina Ioseph in carcerem mittitur, sicut Christus insidiante uel accusante synagoga crucifigitur et quasi in carcerem ad inferna descendere dignatus est. denique similitudinem uidete. de Ioseph scribitur, quod liber in carcere fuit et eos, qui in carcere tenebantur, in potestatem acceperat. de domino autem saluatore nostro quid scriptum est? posuerunt me, inquit, in lacu inferiori, in tenebrosis et umbra mortis. factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. uerius enim hoc in Christo conpletum est, qui non solum in potestate habuit in carcere uinctos, sed etiam de ipso inferni carcere praedam, quam diabolus ceperat, fortiter et feliciter reuocauit. ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, id est, quos diabolus ceperat ad mortem, ille recepit ad uitam.

Unde, fratres carissimi, et nos ad exemplum beati Ioseph, quantum possimus, cum dei adiutorio familiaritatem infestam atque suspectam effugere festinemus, ut castitatis nitorem seruare possimus secundum illud, quod apostolus dicit: fugite fornicationem. contra alia peccata pugnandum est, ut castitas custodiri possit, fugiendum est. imitemur ergo beatum

4] Matth. 25, 43. 16] Psalm. 87, 7. 5. 27] 1 Cor. 6, 18.

1 carcerem *D* 3 carcerem *D* 7 putius *D* 10 acussante *D* 11 sicut *scripsi*, sic et *D* acussante *D* sinagoga *D* 12 discendere *D* 15 acciperat *D* 16 scribtũ *D* inquid *D* 19 potestatem *D* 20 carcerem *D* uinctos *scripsi*, iunctos *D* praedam *scripsi*, pdam *D* 21 diabulus caeperat *D utroque loco* 23 recipit *D* 25 possimus *ex* possumus *D* famili aritatem *D* inhestam *D* 29 custodire *D* emitemur *D*

Ioseph in dilectione perfecta et castitate seruanda, ut nec inimicis nostris malum pro malo uelimus reddere, ut ornamenta pudicitiae ita mereamur in hoc saeculo custodire, ut de aeterno opprobrio liberari possimus praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

2 uellimus *D* 3 meriamur *D* 4 obproprio *D* liberare *D* 6 amen] finit liber. amen *add. D*

B. Sermones uarii.

XXIII.

AD MONACHOS I.

Ad locum hunc, carissimi, non ad quietem, non ad securitatem, sed ad pugnam, ad certamen conuenimus, ad agonem huc processimus, ad exercenda cum uitiis bella conscendimus. uitia enim nostra hostes nostri sunt, de quibus scriptura pronuntiat dicens: caue, ne umquam habeas cum eis foedus. necessaria nobis est, fratres, pernigil cura, indefessa custodia, quia conflictus iste sine fine, hostis iste sine pace est. hoste isto uinci potes, recipi in amicitiam non potes. et ideo proelium istud, quod suscepimus, satis durum satisque periculosum est, quia intra hominem geritur et nisi cum ipso homine non finitur.

Ideo ergo nos ad tranquilla haec secreta et spiritalia castra contulimus, ut cotidie contra passiones nostras infatigabili congressione certemus, ut cotidie senioribus nostris quasi famulas uoluntates nostras subiciamus, ut cordis nequitias circumcidamus uel linguae gladium recondamus, ut non solum inuicem non inferamus iniurias, sed nec ab aliis sentiamus illatas.

8] Exod. 34, 12.

3 *exstat hic sermo in tribus codicibus Parisinis: 2780 saec. XIII (A), 2167 saec. XIII (B), 13333 saec. XII (C)*; sermo fausti episcopi ad monachos primus *A (fol. 2ʳ)*, incipit sermo fausti episcopi ad monachos *B (fol. 2ʳ)*, explicit homelia X ad monachos. incipit sermo fausti ep̄i ad eosdem *C (fol. 30ʳ)* 4 ad locum—*p. 315, 8* uirtutis] *cf. Euseb. hom. 38 (Bibl. patr. max. Lugd. VI 659 G)* 6 huc *om. AB* uiciis *B* 7 uicia *ABC*, uita *v* pronunciat *B* 8 fedus *ABC*, sedem *v* 10 hostis iste *Cv* 11 potest *Cv utroque loco* 13 inter *v* 15 ergo *om. v* 16 contriti *v* 17 moribus *v* 19 retundamus *Cv* ut *A, om. BCv*

peculiariter enim ista ad professionem nostram pertinent nihil in hac uita consolationis requirere, nihil honoris, praesentium rerum solacia refugere et ad promissa aeternae remunerationis praemia animum praeparare, subiectione et abiectione gaudere et paupertatem studio quaerere et non solum facultates, sed ipsas uoluntates de cordibus eradicare. nihil enim proprium habere interdum res necessitatis exigit, nihil autem concupiscere res est uirtutis.

Illud etiam scire debemus, quod, qui inter nos uitam habere constituimus, aut cum grandi fructu aut cum grandi periculo uel diligentes uel etiam neglegentes sumus. unde felix est illa anima, quae, dum bene in congregatione uersatur, multorum gaudium est et plurimi ex ea uel aedificantur uel illuminantur. bona enim, dum multis communicantur, adduntur. ad quod etiam sapientissimi illius sententia respicit, quae dicit: fili mi, si sapiens fueris, ⟨eris⟩ tibi et proximis tuis. itaque si quis in congregatione positus humilitatem se sequentibus aut patientiam praebuerit, quantum ex se bonum proximis commodat, tantum in se lucra aliorum conuertit. si uero e contrario per inoboedientiam uel superbiam, quae res, quod peius est, facilius inueniri solet, ad mali exemplum siue iniquitatis alios attraxerit, quantos destruxerit, de tantis periculum damnationis incurrit, quantis detrimentum fuit, de tantis damna contraxit et peccatum, quod ab illo semel recessit, ad eum multipliciter redundabit. quamobrem sicut ille ualde admirandus atque laudandus est, cuius cursus bonus multorum profectus est, ita ille non immerito lugendus est, cuius uita multorum ruina est.

16] Prou. 9, 12.

1 nichil — requirere *add. B in marg.* 5 facultates] ipsas *add. A* sed] et *add. A* 8 est *om. BCv* 9 qui inter—*p. 317, 6* prioribus] *cf. Euseb. hom. 41 (BPML VI 662 D)* 10 aut—fructu *om. BCv* *alterum* aut *item erasum est in B* 16 eris *addidi, om. libri* 19 aliorum lucra *Cv* 20 uel] per *add. A* quae res *scripsi,* quaeres *(*queres*) libri,* quaeret *v* 23 de *om. v* 24 contrahet A^1 25 admirandus] est *add. Bv* 27 non immerito] merito *AB*

Ideoque, fratres carissimi, quae ad aedificationem pertinent, ea in medio positi agere studeamus, ne uita nostra aliorum uirtutibus noceat et ne aliorum feruorem tepor noster debilitet et ne aliorum patientiam nostra iracundia uiolet, ne aliorum humilitatem superbia nostra depraue t, ne aliorum pulchritudinem foeditas nostra contaminet, ne aliorum ardentes exstinguamus lampades, si nostras illuminare non possumus. et quidem illae fatuae uirgines, quamlibet stultae essent, non tam alienas exstinguere lampades quam suas illuminare cupiebant. et ideo ad istarum similitudinem, si cui nostrum deest pinguissima gratia humilitatis et si deest ignis fidei et si flamma feruoris et si oleum caritatis et si lumen discretionis, ueniat ad eos, quos magis abundare perspexerit, et gratiam in se a proximis non auferendo, sed imitando transfundat et bona possessionis alienae non solum sine damno, sed etiam cum lucro possessionis inuadat. numquam enim sentit luminis damnum plurimus ignis accensus nec minuit solis lucem considerantium multitudo. quanti ad eum perspexerint, tantis munera sua commodat et ipse tamen semper integer perseuerat.

Benedicta a deo illa anima est, cuius humilitas alterius confundit superbiam, cuius patientia proximi exstinguit iracundiam, cuius oboedientia pigritiam alterius tacite increpat, cuius feruor inertiam alieni teporis exsuscitat, qui proximi sui prae ira turbatum oculum cordis gratia consolationis atque aedificationis illuminat. melius est huic quam illi, qui fratrem paululum ab aliquo contristatum non tamen solacio suo porrecta manu non subleuat, sed titubantem sicut parietem inclinatum maleloquiorum impulsu adiuuat ad ruinam et salubriter pro disciplinae ratione correctum per sinistra consilia sic incitat, ut allidat, sic armat, ut perimat.

2 uia *Cv* 4 et ne *A*, nec *v* 5 et ne *A* 8 stultae] fatuae *Cv* 9 tamen *Cv* quam] sed *Cv* 11 fidei] *uoculam* et *ter sequentem om. Cv* 13 prospexerit *v* et *om. v* 16 possessoris *Cv* 17 plurimis *Cv* 21 illa anima est a deo *Cv* 22 proximi] alterius *Cv* 23 tacite *om. B, ante* alterius *exstat in Cv* cuius feruor — exsuscitat *add. B in marg. infer.* 28 non *om. B* sed] et *add. A* 30 et *post* allidat *add. A*

Itaque, fratres, cui mala propria non sufficiunt, ille sic agit, ut iudicium etiam alienae perditionis incurrat. certi simus, carissimi, quod, nisi caueamus, nisi nostras cotidie resecemus et circumcidamus passiones, deteriores multum nos effici, quam fueramus, dum in hoc saeculo uiueremus, ita ut fiant extrema nostra peiora prioribus. et quidem, carissimi, quamdiu, quae ad mundum pertinent, illis actibus et negotiis eramus militantes, in quibus nunc erubescimus, tunc nobis aduersarius non obstabat, immo etiam consentiebat, quia circa miserabilem ac perditam uitam nostram non inueniebat, in quo exerceret inuidiam suam. delectabant illum nostra opera, sufficiebant illi per se nostra crimina et peccata. quis enim suscipiat bellum contra militem suum et quis uelit impugnare subiectum suum? sed super omnem infelicitatem erat uita illius, cui nocere dedignabatur inimicus.

At uero nunc, postquam uoluptatibus illius renuntiauimus, uidit cultores suos ad actoris pristini rediisse famulatum, uidit in nobis quodam modo idola sua in dei templum mutari et frendens et tamquam leo rugiens omnes nocendi aditus peruigil insidiator explorat, de quo leone apostolus attestatur: uigilate, quia aduersarius uester diabolus ut leo rugiens circuit quaerens, quem deuoret. beati, quos hic leo inquirendos iudicat et sequendos utique uirtutum uestigiis et odore meritorum. non enim ab illo inquiruntur nisi boni, quia se ultro ingerunt mali. post illos uiolenter currit, hos etiam neglegenter incurrit. beati igitur, quos hic leo inuidia cogitur quaerere et malitia non permittitur inuenire. terribiliter quidem sonat in auribus nostris, dum audiuimus: tamquam leo rugiens. sed quia dictum est: escae eius electae sunt, quod quaerit, electionis est, quod rugit, desperationis est, sicut in alio loco legimus: dentibus suis frendet et tabescet. ita haec loquitur sermo diuinus, ut terrori coniuncta sit con-

5] Matth. 12,45. 21] 1 Petr. 5,8. 29] Hab. 1,16. 31] Psalm. 111,10.

1 agat *AB* 2 perditionis] non *add. A (sed erasum) B* sumus *Bv* 4 passiones r. et c. *Cv* 8 nunc] et *add. v* 9 quod *v* 11 delectabantur *Cv* sufficiebantque *v* 20 apostolus] bene *add. C²v*

solatio. cruenti quidem est, quod frendet, sed uicti, quod tabescet. et inter haec quanta sint illa, quae a deo praeparata sunt homini, liuor prodit inimici.

Haec itaque, carissimi, cogitantes et in hoc agone desudantes gloriosi ac praeclari patris nostri nos et discipulos meminerimus esse et filios. rapiamus unusquisque, quod possumus, de bonis intestati parentis. hic de hereditate assumat fidei holosericam, gestorum uarietatem pretiosam, hic mansuetudinis ac simplicitatis occupet talentum, ille decus pectoris beneuolentiae ac sapientiae monile sibi uindicet, hic margaritam compunctionis et thesaurum castitatis inuadat. licet enim ille locupletissimus dei amicus, quidquid habuit, integrum secum tulerit, et nobis tamen, si uolumus, totum reliquit. ita ergo agamus bona illius sectantes, ut, qui in aeternam gloriam suscitandus sub fine saeculorum reddetur, nunc ecclesiae per rediuiua in filiis merita iam resurgat.

XXIIII.

AD MONACHOS II.

Quod supplente et quodam modo cum caritate iubente deo et uestra fraternitate qualemcumque sermonem profero, facio hoc non ex aliqua praesumptione, sed ex uera et integra caritate. et licet tam perfecti deo propitio sitis, ut admonitione nostra minime egeatis, tamen imperante caritate, quae nescit timere, etiam quod optime implere uos nouimus, suggerere et admonere cum uera humilitate et perfecta caritate praesumimus, non tamen sine uerecundia, cum nos necdum idoneos

1 quod *om. v* tabescet *scripsi,* tabescit *libri* 2 haec *om. v* 3 homini] ut *(et B^2) add. B,* etiam *add. A* 5 ac] et *v* *uerba* praeclari patris *usque ad finem cf. cum Euseb. hom. 34 extrema parte (BPML VI 656 D)* 7 olosericam *C,* olosiricam *AB* 8 mansuetudinem *AB* 10 uendicet *ABC* margaritarum *A* 12 habuerit *A* 15 et *ante* nunc *add. A* ecclesiae per *om. B* per rediuiua] prole diuina *Cv* filiis] per *add. Cv* 18 *exstat hic sermo in tribus codicibus Parisinis, qui sermonem antecedentem continent;* item alius sermo eiusdem III *A (fol. 9^r),* item alius sermo *B (fol. 6^a),* item sermo *C (fol. 32^r)* 21 ueritate *AB* 24 nos *om. AB^1*

nouerimus esse discipulos et ad opus sanctum uideamur excitare magistros. cum simus tepidi, cogimur admonere feruentes, cum simus peccatores, arguimus iustos, cum simus imperiti, instruimus doctos, cum simus in pelago huius mundi nimiis fluctibus agitati, ad eos, qui ad portum iam feliciter peruenerunt, praedicationis uerba proferimus.

Sed tamen, fratres dilectissimi, quia solent naues superatis et deuictis fluctibus pelagi etiam in portu tutissimo laborare et, nisi grandis cautela fuerit, paene submergi, cum summa humilitate et ingenti reuerentia admonemus, ut, quia uos Christus capitalibus criminibus tamquam de periculosis liberauit fluctibus, in portu quietis et beatitudinis constituti paruas neglegentias et quasi minuta peccata, quae sic in anima confluunt, quomodo per minutissimas nauis rimulas in sentina guttae concurrunt, cum omni uigilantia Christo adiuuante exhaurire iugiter festinetis. nam quomodo nauis, postea quam pelagi fluctus euaserit, si in portu sentinata non fuerit, de minutissimis guttis impletur et mergitur, sic et monachus deuictis et superatis mundi huius criminibus quasi periculosis fluctibus, cum ad portum monasterii uenerit, si subrepentia uitia et minuta et cotidiana peccata de animae suae sentina exhaurire neglexerit, in ipso portu naufragii discrimen incurrit.

Sed dicit aliquis: quomodo potest anima sentinari? utique orando, ieiunando, uigilando, ueram caritatem et ueram humilitatem et ueram oboedientiam exhibendo. attendite, fratres, quaeso. quomodo nauis sentinatur a situla, sic anima ab operibus malis oratione dominica liberatur, si dicat et uerum dicat: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. qui enim omnibus in se peccantibus clementer indulserit, nullius peccati uestigium in illius anima remanebit. attendite, fratres, et considerate, quod dixi, qui in se peccanti indulserit, non dixi, quod, qui in deo peccauerit,

28] Matth. 6, 12.

4 doctos (doctores *v*) instruimus *Cv* 5 tam *r* 6 praedictionis *r*, p̃dic̃ois *C* 18 minutis *v* 26 queso frs̃ *C*. quaeso *om. v* 27 liberatur oratione dominica *A*

ipsi debeas indulgere, ⟨sed⟩ si quis in te peccauerit, ipsi debeas ueniam dare. quod peius est, aliquotiens, qui in nobis peccauerit, aut tarde aut difficile ueniam damus, qui in deo deliquerit, celeriter indulgemus. sed si uolumus iuste agere, illi, qui in deo peccauerit, sine seuerissima districtione non debemus penitus indulgere, ne, dum illi per indiscretam pietatem remittitur, exemplum perditionis aliis praebeatur. in suo ergo se unusquisque ostendat clementem, quia dominus ait: si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis pater uester caelestis peccata uestra.

Quando uero in deum aliquis peccatum praesumit admittere, districtionem debet monasterialem sustinere. et hoc bono et pio animo debet fieri, ut spiritali castigatione ita corrigatur in hoc saeculo, ut non pereat in futuro, quia omne peccatum, quod in hoc mundo non corrigitur, in futuro saeculo punietur. sic enim de filio, de seruo diuina scriptura commemorat: tu, inquit, uirga eum caedis et animam illius de inferno liberabis. et ideo, sicut supra suggessi, non solum capitalia crimina caueamus, sed etiam paruas neglegentias cotidie quasi uenena diaboli respuamus. sunt enim nonnulli, qui post religionis professionem, quia uidentur exisse de saeculo, nimia securitate soluuntur, et impletur in illis sententia domini, qua dicitur: utinam frigidus esses aut calidus. nunc autem, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. quid est, quod dixit: utinam calidus esses aut frigidus? hoc uult dicere: melius tibi fuerat, ut in saeculo remansisses frigidus aut in monasterio fuisses feruidus, nunc autem, quia et de saeculo recessisti et spiritalem feruorem per neglegentiam tuam apprehendere noluisti, tepidus effectus es, ex ore domini uix iterum recipiendus euomeris.

8] Matth. 6, 14. 17] Prou. 23, 14. 23] Apoc. 3, 15.

1 indulgere—debeas *om. Cv* sed *addidi, om. libri* 6 penitus *om. Cv* 8 ostendat] esse *add. A* 12 bono et] bonum *Cv* 19 neglegentias] quas *add. v* 20 respiramus *Cv* 21 qua *Cv* 22 eis *Cv*, illa *add. A* 23 calidus esses aut frigidus *A* 24 uomere *Cv* 25 esses calidus *Cv* hoc uult—feruidus *om. Cv* 27 fuisses *om. B* 28 et] tamen *add. A*

Ideoque, fratres carissimi, cum dei adiutorio sententiam diuinae scripturae diligenter attendite, qua dicitur: omni custodia serua cor tuum. sicut enim gaudendum est de monacho, qui ad monasterium uoluerit mansuetudinem, oboedientiam, patientiam mitis et humilis exhibere, ita e contrario lugendum est de illo, qui corpore tantum uidetur de hoc saeculo exisse, corde tamen in mundo aut remansisse infideliter aut rediise infeliciter cognoscitur et pro humilitate profert superbiam, pro patientia iracundiam, pro oboedientia contemptum, pro caritatis medicamento malitiae effundit uenenum. talibus conuenit illa beati Petri uera et multum timenda sententia: melius, inquit, illis fuerat non cognoscere uiam iustitiae, quam post cognitionem retrorsum conuerti, et iterum: canis reuersus ad uomitum suum et sus lota in uolutabro luti. sed nec de talibus desperandum est, fratres, quia potens est deus orantibus uobis scintillam compunctionis accendere et omnem saeculi uoluptatem uelut spinas et tribulos nequitiae salubri igne consumere, illo utique igne, de quo dominus ait: ignem ueni mittere in terram et quid uolo, nisi ut ardeat?

Orate ergo, fratres dilectissimi, non solum ut uobis deus perseuerantiam bonam dignetur tribuere, sed et ut illi, qui neglegentes sunt, tandem debeant de fouea superbiae se subleuare et de laqueis eruere. si enim uobis orantibus et cum caritate consilium dantibus, quicumque sunt tepidi et neglegentes, fuerint emendati, duplicatum uobis praemium dominus et de uestra et de illorum correptione recompensare dignabitur. nam nec illi, qui boni sunt, se debent quasi de suis meritis extollere, nec illi, qui neglegentes sunt, de dei misericordia desperare, sed et illi cum humilitate dei dona custodiant et illi cum grandi compunctione celerius ad paenitentiam uel correptionis medicamenta confugiant, quia, qui bonus est, si super-

2] Prou. 4, 23. 12] 2 Petr. 2, 21. 14] ib. 22. 19] Luc. 12, 49.

1 cum dei adiutorio *om. Cv* 4 in monasterio *Cv* uoluerit *post* patientiam *exhibet A* 6 de saeculo exisse uidetur *(omisso* hoc*) A* 22 ut *om. v* 27 repensare *BC*^{1} 30 et *om. r* bona *Cv* 31 isti *r*

bire coeperit, humiliabitur et, qui superbus est, si se humiliauerit, per dei misericordiam subleuabitur. tantum est enim, ut se non permittat amplius durissimo iugo premi nec nimia et periculosa dissimulatione in peccatis perseuerando diutius obdurari, sed tam cito confugiat ad pietatem dei, ut in se peccati uestigium non relinquat. optime calidis adhuc uulneribus malagma uel fibula apponitur, quia, si uelox fuerit ad caelestem medicum intentio resurgendi, uestigium peccati non poterit remanere cum lapso, quia sub manu omnipotentis medici dei et cito perit morbus et uelociter sanatur aegrotus.

Iterum atque iterum rogo et admoneo, fratres, ut oboedientiam et humilitatem et caritatem non solum senioribus et coaequalibus, sed etiam iunioribus exhibere iugiter studeatis, quia, quaelibet bona seruus dei habere contenderit, omnia perniciter perdit, si in illo humilitas et caritas uera non fuerit. nolite murmurare, fratres, scriptum est enim, quod murmurantes a serpentibus perierunt. nolite detrahere, fratres, quia scriptum est: qui detrahit fratri, erudicabitur. nolite iracundiam in corde seruare, quia scriptum est: ira enim uiri iustitiam dei non operatur. nolite uos inuicem odio habere propter illud, quod scriptum est: qui odit fratrem suum, homicida est.

Sed non opus est, ut diutius sanctam caritatem uestram uerbis doceamus, quod uos ad Christi gloriam operibus implere et cognoscimus et gaudemus. hoc solum specialiter petimus, ut, quia uos deus in locum quietis et tranquillitatis collocare dignatus est, pro nobis, quos saeculi istius tempestates et innumerabiles fluctus affligunt, abundantius domino supplicetis, ut, si nobis, quia non meremur, gloria non dabitur, saltem uobis orantibus peccatorum uenia tribuatur. Amen.

17] Num. 21, 6. 19] Iac. 4, 11. 20] Iac. 1, 20. 22] 1 Ioann. 3, 15.

1 humilianerit *v*, humiliat *libri* 2 enim *om. ACv* 10 dei *om. Cv* 15 contendit et *v* 17 scriptum—quia *add. B*^{2} *in marg.* 20 enim *om. A* 24 est opus *A* 25 quia *A* 30 qui *Cv*

XXV.

SERMO ANTE QUADRAGESIMAM.

Rogo et admoneo uos, fratres carissimi, ut in isto legitimo ac sacratissimo tempore exceptis dominicis diebus nullus prandere praesumat, nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit, quia aliis diebus ieiunare aut remedium aut praemium est, in quadragesima non ieiunare peccatum est. alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam, in quadragesima qui potest et non ieiunat. sentiet poenam. et ipse tamen, qui ieiunare non praeualet, secretius sibi soli aut, si est alius infirmus, cum ipso sibi in domu sua praeparet, quod accipiat, et illos, qui ⟨sani sunt et⟩ ieiunare praeualent, ad manducandum non inuitet, quia, si hoc fecerit, non solum deus sed etiam homines intellegere possunt illum non pro infirmitate ⟨non⟩ posse, sed pro gula ieiunare non uelle. sufficiat illi, quod ipse ieiunare non praeualet, et magis cum gemitu et suspirio et animi dolore manducet pro eo, quod aliis ieiunantibus et ipse non potest. quod opus est unicuique infirmo, secretius aut sibi soli aut alii infirmo similiter faciat praeparare, quia non ei oportet, ut aliquem sanum roget ad prandium, ne sibi augeat etiam de alterius gula peccatum.

Pro eo tamen, quod non potest ieiunare, amplius pauperibus erogare debet, ut peccata, quae non potest ieiunando curare, possit elimosynas dando redimere. bonum est ieiunare, fratres, sed melius est elimosynam dare. si aliquis utrumque potest, duplex bonum est. si uero non potest, melius est elimosynam

2 *hic sermo exstat in codice Parisino lat. 3783 saec. XI ineuntis (P) fol. 109r; editus est inter Augustini sermones dubios 142 (39, 2022 M.);* incipiunt sermones s̄ci fausti ep̄i legendi ante quadragesima *P* 3 ammoneo *P* 4 sacratissimo] quadragesimae *add. Aug.* 5 pre mat *P* 11 domum suam *P* 12 sani sunt et *Aug., om. P* manducandum] prandium *Aug.* 14 non *Aug., om. P* 17 et ipse] ille abstinere *Aug.* 18 quid *Aug.* secretius—oportet ut *om. Aug.* 19 alio *P* (i *man. alt.)* 20 rogare *Aug.* ne] ut *Aug.* 24 ‖elemosinis *P* (a *man. alt.)* 25 helemosinam *P* 26 duplex bonum est *scripsi coll. p. 324, 5,* duo bonum est *P,* duo sunt bona *Aug.* helemosinam *P*

dare. si possibilitas non fuerit ieiunandi, elimosyna sufficit sibi sine ieiunio, ieiunium uero sine elimosyna omnino non sufficit. ergo si aliquis non potest ieiunare, elimosyna absque ieiunio bonum est. si uero praeualet ieiunium cum elimosyna, duplex bonum est, ⟨ieiunium uero sine elimosyna nullum bonum est⟩, nisi forte ita sit aliquis pauper, ut non habeat omnino, quod tribuat. illis ergo, qui non habuerint, unde retribuere, sufficit uoluntas bona secundum illud, quod scriptum est: gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis.

Sed quis erit, qui se possit excusare, cum etiam pro calice aquae frigidae mercedem se dominus redditurum esse promiserit? et quare frigidae dixit? ne forte se posset aliquis pauper de lignorum penuria excusare aut certe dixerit se uasculum, ubi aquam calefaceret, non habere. denique et per beatum prophetam, fratres carissimi, dominus ita hortatur et admonet elimosynam fieri, ut paene nullus pauper sit, qui se ualeat excusare. sic enim ait: hoc est ieiunium, quod elegi, dicit dominus: frange esurienti panem tuum. non dixit, ut integrum daret, cum forte pauper ille alium non haberet, sed frange, inquit, hoc est dicere: etiamsi tibi tanta paupertas est, ut non habeas nisi unum panem, ex ipso tamen frange et pauperi tribue. et egenum, inquit, ac sine tecto induc in domum tuam. si aliquis ita pauper est, ut non habeat, unde tribuat pauperi cibum, uel in uno angulo domus suae peregrino praeparet lectulum.

Quid nos ad haec dicturi sumus, fratres, uel quam excusationem habere poterimus, qui amplas et spatiosas domos habentes uix aliquando dignamur excipere peregrinum ignorantes, immo non credentes, quod in omnibus peregrinis Chri-

9] Luc. 2, 14. 18] Esai. 58, 5. 23] Esai. 58, 7.

1 helemosina *P* 2 hęlemosina *P* 3 helemosina *P* absque] sine *Aug.* 4 helemosina *P* 5 ieiunium—bonum est *Aug., om. P* 7 illi *Aug.* habuerit *Aug.* retribuere] tribuat *Aug.* 13 dixit *Aug.*, dixerit *P* 14 certe dixerit] dicere *Aug.* 16 ortatur *P* 17 ammonet *P* helemosinam *P* prope *Aug.* 21 inquid *P* 23 inquid *P*

stus excipitur, sicut ipse dixit: hospes fui et suscepistis me, et: quamdiu fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis? laboriosum et fastidiosum nobis est in pauperibus recipere Christum in patria nostra, timeo, ne ille nobis uicem reddat, ne non recipiat nos in beatitudine sua. contemnimus illum in mundo, timeo, ne nos ille iterum contemnat in caelo secundum illud, quod ipse dixit: esuriui enim et non dedistis mihi manducare et hospes fui et non suscepistis me, et: quamdiu non fecistis uni ex minimis istis, nec mihi fecistis. et quod postea sequitur, fratres, auertat hoc deus a nobis, hoc enim postea addidit dicens: discedite, inquit, a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.

Haec ergo, fratres carissimi, non transitorie nec solis corporeis auribus audiamus, sed fideliter audientes etiam, ut alii teneant et impleant, uerbo pariter et exemplo doceamus. quid ergo post haec dixit dominus per prophetam? si uideris, inquit, nudum, operi eum. ego in hac sententia neminem iudico, unusquisque attendat conscientiam suam. me tamen arguo et reprehendo, quia forte aliquoties euenit, ut per neglegentiam uestimenticula mea, quae debuerint accipere pauperes, deuorarentur a tineis. et timeo, ne mihi ipsi panni ad testimonium proferantur in die iudicii secundum illud, quod Iacobus apostolus terribiliter increpat dicens: agite nunc, inquit, diuites, plorate ululantes in miseriis, quae aduenient uobis. diuitiae uestrae putrefactae sunt et uestimenta uestra a tineis comesta sunt. aurum et argentum uestrum aeruginauit et aerugo eorum in te-

1] Matth. 25, 35. 2] Matth. 25, 40. 7] Matth. 25, 42. 9] Matth. 25, 45. 11] Matth. 25, 46. 17] Esai. 58, 7. 24] Iac. 5, 1—5.

2 michi *P* 5 ne] et *Aug.* beatitudinem suam *Aug.* contempnimus *P* 6 mundo *ex* mundum *P* contempnat *P* 7 enim *om. Aug.* 8 et *ante* hospes *erasum in P* 10 michi *P* 11 post haec *Aug.* 12 inquid *P, om. Aug.* 14 corporis *P (e man. alt.)*, corporis *Aug.* 18 inquid *P* 22 ad] in *Aug.* 25 inquid *P* 27 commesta *P* 28 eruginauit *et* erugo *P*

stimonium uobis erit et manducabit carnes uestras sicut ignis. thesaurizastis super terram et in deliciis enutristis corda uestra in die occisionis. haec omnia, sicut dixi, fratres carissimi, quae per apostolum comminatus est Christus, licet nos nimium terreant, non tamen de dei misericordia desperandum est. adhuc enim et ego et mei similes neglegentes cum dei adiutorio possumus nos emendare, si uolumus, ⟨si⟩ et elimosynas, quas huc usque parcius fecimus, largius erogemus et pro peccatis praeteritis cum dolore et gemitu et cum spe reparationis dei misericordiam deprecemur.

Ergo, sicut supra suggessimus, fratres carissimi, ieiunia nostra elimosynarum pinguedo commendet, quia tale est ieiunium sine elimosyna, qualis sine oleo lucerna. nam sicut lucerna, quae sine oleo accenditur, fumigare potest, lumen habere non potest, ita ieiunium sine elimosyna carnem quidem cruciat, sed caritatis lumine animam non illustrat. interim dum licet, quod ad praesens agitur, fratres, sic ieiunemus, ut prandia nostra pauperibus erogentur, ut, quod pransuri eramus, non in nostris sacculis, sed in uisceribus pauperum reponamus, quia manus pauperis gazophylacium Christi est. quicquid accipit, ne in terra pereat, in caelo reponitur, quia, quamuis cibus, quem pauper accipit, consumatur, merces tamen boni operis in caelo reconditur. nam si prandia nostra exquisitis saporibus et multiplicatis ferculis expendere studeamus ad caenam, sic corpori nostro deliciae non subtrahuntur, sed etiam duplicantur ac, sicut eo modo corpori nostro nil minuitur, sic animae nil augetur.

Haec, fratres, timens magis quam de uobis aliquid sinistrum credens admoneo. scio tamen plures ex uobis deo propitio et

3 ocisionis *P* 6 enim et *om. Aug.* 8 si *Aug., om. P* helemosinas *P* 10 et *ante* cum *om. Aug.* 11 suggessi *Aug.* 12 helemosinarum *P* 13 helemosyna *P* 14 lucem *Aug.* 15 helemosina *P* 16 lumen *P (corr. man. alt.)* dum licet *P*² *in rasura,* uel *Aug.* 17 apresens *P* (d *man. alt.)* 20 gazofilacium *P* quicquid] qui quod *Aug.* 21 reponit *Aug.* 24 *num* extendere *scribendum?* si *Aug.* 25 non *suprascr. P*² ac sicut eo *scripsi,* hac si quo *P,* sicut *Aug.* 26 nostro *om. Aug.* minuetur *P (*i *man. alt.)* 28 ammoneo *P* tamen] enim *Aug.* propicio *P*

peregrinos assidue excipere et pauperibus frequenter elimosynam dare. et ideo, quod suggero, ad hoc proficiat, ut, qui faciebat, amplius faciat. qui uero non faciebat aut forte tardius faciebat, tam sanctam sibi et deo placitam operationem in consuetudinem mittat. et licet credam, quod deo inspirante semper superuenientibus festiuitatibus castitatem ante plures dies ⟨etiam cum propriis uxoribus⟩ custodiat caritas uestra, tamen licet ex superfluo etiam, quod uos facere credo, caritatis contemplatione commoneo, ut per totam quadragesimam usque ad finem paschae castitatem deo auxiliante seruantes in illa sacrosancta sollemnitate paschali caritatis luce uestiti, elimosynis splendidi, orationibus, uigiliis et ieiuniis uelut quibusdam caelestibus et spiritalibus margaritis ornati non solum cum amicis, sed etiam cum inimicis pacifici libera et secura conscientia ad altare domini accedentes corpus et sanguinem eius non ad iudicium, sed ad remedium possitis accipere.

Sed cum de elimosynis loquar, non conturbetur angusta paupertas. omnia enim compleuit, qui, quod potuit, fecit, quia uoluntas perfecta faciendi reputabitur pro opere facti. sed hoc ille implere poterit, qui omnem pauperem quasi se ipsum considerare uoluerit. sic pauperi tribuat, quomodo, si ipse in tali necessitate esset, sibi fieri cuperet. haec qui fecerit, et noui et ueteris testamenti praecepta complebit implens illud euangelicum: omnia, quaecumque uultis, ut faciant uobis homines, ita et uos facite illis similiter. haec est enim lex et prophetae, ad quam uerae et perfectae caritatis legem ipse nos dominus sub sua protectione perducat, qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

24] Matth. 7, 12.

1 helemosinam *P* 4 tamen *P* ꝺca *P* placita operatione *P* 7 etiam—uxoribus *Aug., om. P* 9 quadragesimam] et *add. Aug.* 11 sollempnitate *P* helemosinis *P* 12 uelud *P* 15 acce|dentes *P* 17 helemosinis *P* loquimur *Aug.* 21 uoluerit] ut *add. Aug.* 24 euangelium *P* 25 ita *om. Aug.* 26 a *P* (d *man. alt.*) 27 ipse *P* (e *man. alt.*), pius *Aug.* uos *Aug.*

XXVI.

SERMO DE QUADRAGESIMA.

Permotos esse uos credo, fratres dilectissimi, cur ad superiorem dominicam percurrimus et, cum hodie sit eius exordium, cur festiuitatem eius ante unam hebdomadam celebrare coeperimus. reprehendi non potest obseruatio ista praepropera. deuotionis enim iudicium est prius legem exsequi quam legis statuta cognoscere et ante oboedire praeceptis, quam oboedientiae praecepta compellant. illud enim amoris est, hoc timoris, hoc imperatiue exigitur, illud religiose defertur, hic debitum soluitur, ibi donum muneris exhibetur. unde et nos religiosum munus exhibuimus deo, dum amplius ieiunauimus. reprehendi enim non potest festinata festiuitas. semper enim in gaudiis sollemnitati uota praeueniunt et futuram laetitiam deuotio exoptata anticipat. non solum igitur non reprehensibiliter, sed et caute factum est. semper enim in rebus ambiguis oportet addere aliquid amplius ad cautelam, quia, quod est amplius, recidi potest, quod minus, non potest prolongari, sicut in hac obseruatione factum est. nam, quod propter quadragesimam plus ieiunauimus, non minuimus quadragesimam, integra enim nobis manet. quodsi minus ieiunassemus, a numero redintegrare eam non poteramus ad numerum.

Sed fortasse illud in causa est, cur ieiunium, quod ieiunauimus, non proficiat nobis ad quadragesimam. proficiet plane nobis, quia, etsi non proficit ad quadragesimam, proficit ad salutem, si non proficit ad numerum, proficit ad meritum. cui enim umquam non profuit orare, legere, ieiunare? cui non profuit castitas, sobrietas, mansuetudo? nisi quod illos

2 *exstat hic sermo in eodem libro manuscripto (P) quo antecedens fol. 110*; priorem sermonis partem usque ad p. 329, 13* non nouit *Aeneas Parisiensis (121, 742 M.) exhibet in libro aduersus Graecos c. 176, posteriorem Dacherius edidit in Spicilegio (Par. 1723) I 215;* item sermo unde supra *P* 3 quur *P utroque loco* 5 ebdomadam *P* 6 ceperimus *P* praepropera *scripsi,* p̃ opera *P* 10 defertur *scripsi,* differtur *P* 11 exibetur *P* 12 exibuimus *P* 14 sollemnitati *scripsi,* sollempnitate *P* leticiam *P* 19 nam *scripsi,* ne *P* 21 reintegrare *P* 22 eam *scripsi,* eum *P* 23 quur *P*

magis reprehendo, qui, cum parati fuerint ieiunare, postea quam audierint sollemnitates, ambiguum neglexerunt ieiunare. demonstrabant utique non se uolentes religiose uiuere, sed coactos. ueriti sunt, credo, ne quinque dierum ieiuniis prolongatis caro eos corpusque defecerit et exiles ac tenues quadragesimae abstinentiam tolerare non possent.

Audiant igitur refecti pariter ac robusti, tenues atque pallentes, quia hodie est quadragesima. audiant illi, inquam, ut ieiunare incipiant isti, abstinere non desinant et communiter in aream Christi intrare festinent. immo festinent amplius, quia tardius abstinere coeperunt, ut castigatiores et puriores introeant, quia arca domini in periculis ieiunum sustentare praeualet, temulentum sustinere non nouit. admonemus ergo uos, sicut iam ante diximus, nostri temporis homines, ut his mundi turbinibus ad domum dei certatim unusquisque confugiat, sicut et sui temporis homines Noe iustus admonuit. admonuit enim illos et futurum diluuium praedicare non destitit et, licet uox praedicationis non sit audita, tamen, etsi tacebat lingua, opere loquebatur, etsi silebat loqui uoce, ascia personabat. cum enim aedificabat tam grande opus, arcae illius causam, cur fieret, ipso opere testabatur. testabatur enim ipso apparatu noua tabernacula nouis periculis profutura. sapiens enim quisque intellegere poterat naufragii nescio quid imminere, cum domus talis fieret, quae non inhaereret in terra, sed nataret in gurgite, cum hospitium huiusmodi pararetur, quod nec pauimentum solo defigeret nec fluctibus unda demergeret. quis, inquam, sapiens non intellegeret adesse diluuium, cum uideret tale domicilium fieri, quod susceptos intra se non tam clauderet quam portaret, quod non tam pluuiarum imbres repelleret quam naufragii procellas arceret? quos, in-

1 reprehendo *scripsi,* reprehendendo puto *P (uoluit* reprehendendos puto*)* cum parati *scripsi,* comparati *P* 2 sollempnitates *P* 4 coactos *scripsi,* quod acto *P (d erasum,* s; *man. alt.)* 10 aream *P* ymmo *P* 11 ceperunt *P* gastigatiores *P* 12 archa *P* ieiunum *scripsi,* ieiunium *P* 13 ammonemus *P* 16 ammonuit *P utroque loco* 20 archę *P* 21 quur *P* 24 iminere *P* 25 natara et *P* hospitium *scripsi,* hospitio *P* 30 arciret *P*

quam, ex hospitio non auerteret periculum homines, in quo hospitio non habitandum esset, sed potius exulandum? in qualibet parte mundi futurum esse cum ipsis habitaculis peregrinum ipse ergo sanctus Noe opere populis praedicabat et dicebat illud euangelicum domini dictum: si mihi non creditis, operibus credite.

XXVII.

SERMO IN DEPOSITIONE S. AUGUSTINI.

Depositionem sanctae recordationis domni et patris nostri Augustini episcopi hodie, fratres carissimi, celebramus. huius enim dum apostolica merita mecum tacitus admiror, summi illius sacerdotis Aaron mihi habitus atque uestitus, quo diuersae gratiae ac uirtutes praefigurantur, occurrit. apud testamenti ueteris instituta iuxta legis antiquae reuerenda mysteria ingressurus sancta sanctorum pontifex magnus diuersis exornabatur insignibus. inter speciosas uarietates, quae quidem uidentibus miracula praeferebant, intellegentibus sacramenta, per oras tunicae usque ad uestigia defluentes et per ima uestigia ordo tintinnabulorum sollerti arte conserti uenerandum circumsonabat incessum, ut ipse habitus demonstraret in sanctis tacere pontifici non licere. quod autem ingrediente sacerdote in sancta sanctorum non in alio loco, sed in extremis uestimentorum tintinnabula resonabant, hoc sine dubio designauit, ut, quotiens sacerdos ingressus templum fuerit dei, de extremo

5] Ioann. 10, 38.

1 auerteret *scripsi,* auertet *P* homines *scripsi,* hominis *P* 2 essed *P* 5 *post* domini *in P rasura 3—4 litterarum exstat* 8 *exstat hic sermo in codice Parisino lat. 3785 saec. XI incuntis fol. 236ᵘ (P); editum exstare Faustini de depositione sancti Augustini sermonem, quem 'nulgauit illustrissimus et doctissimus catalogi codicum Alcobacensium in Lusitania editor Eborensis archiepiscopus', Mai adnotat (spicil. Rom. V 97);* in deposione sc̃i augustini sermo beati fausti ep̃i *P* 10 caelebramus *P* 12 michi abitus *P* 14 misteria *P* 15 exornabatur *scripsi,* exhortabatur *P* 17 intelligentibus *P* 18 horas *P num* defluentis *scribendum?* hima *P* 21 pontifice *P*

mundi huius et de fine saeculi clamare non desinat iustorum praemia et peccatorum supplicia semper annuntians, ut, dum illi prouocantur ad bonum et illi deterrentur a malo, simul ad praemia aeterna perueniant. unde et ego nunc praesumptuosus esse non metuo de tanto ac tali patrono nostro peculiari sancto Augustino fiducialiter praedicare. non, inquam, praesumptionem esse metuo, si, cum ipse spiritaliter indutus ac praeditus fuerit tantarum dote uirtutum, uelut unum me extremae uestis suae profitear esse tintinnabulum, ut inhaerens quasi circa uestigia doctrinae illius ex meritis eius sonum uocis accipiam et quasi motibus eius ita uirtutibus incitatus reddam quantulumcumque tinnitum et suorum commemoratione meritorum corda uestra pulsem.

Iuxta haec autem, ut commemorauimus, ornamenta, quae in sancto Augustino diuina indulgentia meritorum luce concessit, aliam adhuc similitudinem legimus in ueteri testamento. a fronte enim pontificis praetenta auri lamina praefulgebat, quae scilicet per metalli nitorem ostentaret conscientiae puritatem. nihilominus coaptabatur ei humerale gemmatum et a pectore monile pretiosum, ut, qualiter interior excolendus esset, exterioris quoque dignitas admoneret. in ipso quoque monili Aaron sacerdos nomina filiorum Israel opere gemmario intexta gestabat. hanc itaque ⟨ut⟩ sacra illius indumenta magnificentiam in sanctae recordationis domni Augustini laudabilibus institutis et diuersarum gratiarum spiritalibus margaritis splendere gaudemus, sed in illo multo amplius multoque uerius splenduisse probantur. quae cum in illius Aaron imaginata fuerint indumentis, haec in illius uel gratia euidenter sunt expressa uel meritis. in illo auri lamina eminentiam frontis ornabat, in hoc aurea uerecundia et sinceritas pretiosa frontem mentis inradiat. antiqua illa peregrini lapidis ornamenta et operosi decoris insignia illi uidebantur apposita, huic probantur gratiae largitate concessa, in illo adumbrata erant manu arti-

8 tantorum *P* 15 *num* luci *scribendum?* 18 conscientiae *scripsi*, constantiae *P* 19 nichilominus *P* 20 munile p̃ciosum *P* exquolendus *P* 21 munilae *P* 22 israhel *P* 23 ut *addidi, om. P* 28 fuerint *scripsi*, fuerant *P* 30 p̃ciosa *P*

ficis, in sancto Augustino perfecta sunt munere conditoris. ille semel in anno ea mox exuenda sumebat, hic ipsa incorporata naturae induere scit, nescit exuere numquam uel cum corpore deponenda, sed ad auctorem cum spiritu reportanda. in illo erat figura praeteriens, in hoc ueritas perseuerans.

Superest, ut per omnia sancti Augustini caelestibus institutis et singularibus proficiatis exemplis. totum enim in illo uobis abunde praesto est, uel quod pertinet ad aedificationem uel quod spectat ad gloriam uel quod uocat ad uitam uel quod extollit ad gloriam. in ipso enim si requiratis bonae uoluntatis affectum, clamant misericordiae opera, si patientiam desideratis, existunt mansuetudinis ornamenta, si purae conscientiae sint interroganda secreta, respondent castitatis insignia, fraglant benignitatis balsama, pietatis aromata, refulgent scientiae sapientiaeque monilia. inter haec multum ueremur, ne merita sancti Augustini, dum affectus praedicationis insinuat, tenuitas sermonis abscondat. etenim antequam saecularem habitum caelestium sectator exueret et sacrae militiae signa susciperet, aliquamdiu in secreto domini timore et metu occultum militem gessit, diu in hoc mundo positus ⟨in⟩ extremo mundi fuit ac sic publica conuersatione suscepta non tam coepit esse, quod non erat, quam prodidit, quod latebat. igitur cum eius iuuenilis aetas uincentibus lasciuiae fallaciis transuolantium rerum species pingere et indicere conaretur, sensus eius praetereuntium ac perdentium uoluptatum fugitiua dulcedo eumque diuersis nexibus uiolentiis adiciendo mundus astringeret cumque illum genere, facultate, moribus, acumine et memoriae capacitate pollentem et per diuitias ⟨dona⟩ multiformis gratiae in medium proferentem quodammodo amplexu retinere amoenitas uitae huius ambiret, haec ille uniuersa quot oblectamenta

3 induere scit *scripsi,* indurescit *P* 9 expectat *P* 14 fraglant *scripsi,* flagrant *P* 15 munilia *P* multum—*lin. 22* latebat] *cf. Euseb. hom. 34 (BPML VI 654 D)* ueremur ne *Euseb.,* neneremur *P* 16 agustini *P* 19 et metu occultum *scripsi,* meto cultum *P* 20 in extremo *scripsi,* extrema *P* extra mundum *Eus.* 22 quam *Eus.,* quod *P* 24 speties *P* 25 fugatiua *P* 28 dona *addidi, om. P* 30 haec—*p. 333, 18* diuitias] *cf. Euseb. hom. 73 (VI 685 G)*

tot uincula circa se sentiens negare incertis fidem statuit nec consentire se posse definiuit. ut in lubricis quidem malis ideo iocunda creduntur, quia cito uelut ostenso sui flore pertranseunt, haec ideo illi magis suspecta erant, quia sectatorem suum specie capiunt, uoluptate perdunt, celeritate destituunt.

Considerans itaque uniuersa saeculi praesentis inania et ante oculos suos colligens eisque uelut de sapientiae arce despectis et sub aeternorum comparatione in nihilum repudiatis secum apud fidem suam uoluntatis consolationibus et conlocutionibus infusum iam deo pectus armauit: nihil mihi ultra commune manifeste tecum, fallacis mundi figura praeteriens. hoc uno genere adquiram uictoriam derelinquendo te nec incurso rursum damnum et per usum tui palmam de te potius capiam praefulsam. quam nihil es et quantum aliquoties uanitas terrenorum! multum praecipis, dum teneris, sed plus tribuis, dum repudiaris. sectatores tuos adpetita captiuas, contemptores tuos despecta glorificas magnas per odium ac fugam tui conlatura diuitias. quid plura? inter uitae huius naufragia conclusum et in mediis saeculi fluctibus positum et uelut cum Iona in illius deuoratricis atque inmanis bestiae faucibus constitutum ad dominum de profundo clamantem sanctum Augustinum inuitus licet mundus euomit et profectibus omnium ecclesiarum, quarum utilitatibus praeparabatur, emisit. et quia haec est natura iustitiae atque uirtutis, ut, quanto studio diutius abscondi optat, tanto clarius innotescat et occultatio ipsa proditio sit, passim per populos conscia tantorum bonorum fama uolitabat et odore amoenissimae suauitatis longe lateque fulgebat. eminebat etiam in humili loco in admiratione omnium uelut ciuitas super uerticem montis exposita nec iam lucerna poterat latere sub modio nec recipiebatur nec continebatur intra latibulum suum exundans sidere lumen magnitudo. sic

5 uoluptate *scripsi,* uoluntate *P* 7 archę *P* dispectus *P* 11 manifeste tecum *scripsi,* manifestae cum *P* 12 cinere *P* incurso *scripsi,* incursu *P* 13 dampnum *P* 14 nichil *P* *post* terrenorum *uerbum excidisse uidetur* 17 dispecta *P* 20 ionam *P* 23 quia haec — *lin. 31* magnitudo] *cf. Euseb. hom. 34 (VI 655 D)* 24 iusticiae *P* 31 sic — *p. 334, 3* totum] *cf. Euseb. hom. 34 (VI 654 H)*

lampas magna non sibi accenditur, sed lumen suum eminus et in circumiecta iaculatur speciosum fundens lumen flammeo doctrinae fulgore et uniuersis adfuit integrum et singulis totum praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

XXVIII.

SERMO DE REUELATIONE CORPORIS BEATI STEPHANI LEGENDUS IN INUENTIONE.

Praesenti lectione percepimus uisionem omnibus ecclesiis celebratam, audiuimus non somnia lubrico sensuum errore delusa, sed oracula rerum effectibus approbata. merito reuelationi credimus in sermone, qui fructum tenemus in munere. ubi sunt, qui dicunt pios martyribus honores non esse deferendos? ecce iste, qui iam dudum beato paradisi splendore perfruitur, nunc mundo ad hoc ostenditur, ut colatur. unde dispensator utilitatum nostrarum deus euidenter eum praecipit honorari, quem praestitit inueniri.

Ait ergo sermo reuelationis, quod sacrum illud corpus non auis, non fera uiolauerit. ubi sunt, qui inhonores uolunt uideri sacros martyrum cineres? ecce bruta beluarum uolucrumque natura, quae non habet intellectum, sedulum tamen amico reddit obsequium, illicitum declinat attactum angelicae fortasse custodiae uenerata secretum. non tetigit eum auis, non fera uiolauit. cum grandi crudelitatis inuidia male iam condemnat hominem reuerentia bestiarum, qui, quanto magis obdurati cordis impietas ××××××× ad nos immanitas ferarum et nostra ad feras transit humanitas. hic ergo primus nascentis ecclesiae et minister et martyr usque fastigium culmenque meritorum gloriae ardore subiectus euasit et leuita altaris Christi

2 spetiosum *P* 3 fulgorem *P* 8 *exstat hic sermo in codice Parisino lat. 3822 saec. X fol. 88ʳ (P); nondum editus esse uidetur, cf. librum, cui inscripsimus 'Studien über die Schriften des Faustus' p. 91 sq.;* sermo fausti ep̄i de reuelatione corporis beati stephani legendus in inuentione *P* 15 paradysi *P* 25 condempnat *P* 26 hominem *scripsi,* hominum *P* 27 *lacunae signum posui*

effectus est subito sacerdos sanguinis sui. et post illam domini singularem insignemque uictoriam dux certaminis inexperti et noui auctor triumphi signifer exercitus candidati deuotas de se deo martyrii primitias immolauit. praeco ueritatis et pedissequus redemptoris ab impia Iudaeorum gente, quae recenti parricidio calens immanis piaculi scelus anhelabat, duro saxorum imbre confectus est multiplici uulnere speciosior et tincta ueste candidior. ad hunc eum finem diuersae a primis annis gratiae et legis ac prophetarum praeparauerant disciplinae.

Beatus, cuius uita feliciter administrata felicius expensa est, beatus, cuius uita in saeculi exemplo proposita, in dei testimonio consummata, in patrocinio totius orbis assumpta est, beatus, in quo mortem illustris uita calcauit, immo in quo mors uitae commercium fuit. alii per multam transgressionis antiquae communi casu, generali exitu uel febribus diuersis mortalitatis impositae generibus consumuntur. beatus homo hic, qui inmaculatum spiritum pro Christi honore profundens occasionem fecit gloriae de necessitate naturae meruitque debitum conditionis in lucrum conferre uirtutis, ut, quod sibi a saeculis in homine lex originis et criminis uindicabat, totum in isto sibi deuotio laudis inuaderet. ac sic post triumphum domini in hoc primitus saeua mors etiam a seruo se uinci posse cognouit, ut secuturis martyribus parere de se uitam licet in uita consuesceret. eum ergo spiritales agones reseratis iustitiae portis caelo teste sudaret, sancto repletus spiritu atque ebria a deo mente ita est prolocutus: ecce uideo caelos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. spiritu ergo plenus et a dextris filium hominis uidens sub spectaculo trinitatis edebat munera passionis. ita ergo de eo ac de Iudaeis testatur sermo diuinus: uiderunt, inquit, faciem eius tamquam faciem angeli. nimirum totum se etiam in ex-

27] Act. 7, 55. 31] Act. 6, 15.

4 martirii primicias *P* 11 amministrata *P* 15 commertium *P* transgressionis *scripsi*, transquestionis *P* 21 uendicabat *P* 26 iusticiae *P* 27 proloquutus *P*

terioris pulchritudinem mentis candor effuderat. tali eum
nultu ** praesentia angeli, qui uiderat faciem dei. uiderunt ergo
Iudaei faciem eius tamquam faciem angeli. magna damnationis
est portio, si impiis scelus suum ignorare non liceat. uiderunt
faciem eius tamquam uultum angeli, ut fructum odii sui, sed
ad monendum capere non possent. dum etiam in praesenti
gloriam eius, quem persequuntur, inspiciunt, ut paene iam
partem per oculos exciperent, dum eum, quem per furorem
suum gratulantur exstingui, per ministerium suum intellegunt
consecrari, uiderunt faciem eius. qui talis apparuit in proelio,
putamus, qualis apparebit in regno? aut ille meritorum arbiter
deus, qui tali morientem specie decorauit, quali, putas, induet
resurgentem? positis autem genibus orauit dicens: domine, ne statuas illis hoc peccatum. libens pro necis
suae auctoribus moriens exorabat, quia eum pretiosae mortis
gloria non latebat. domine, ne statuas illis hoc peccatum.
putasne, quod iste intercedere umquam pro supplicantibus
desinet, qui pro persecutoribus supplicauit? qui saxis hoc
reddidit, quid retribuet notis? qui lapidatus interuenit, quid
faciet innocatus?

Hunc ergo non nobilitas, non facultas, sed fides dei filium
atque angelum fecit, credentem utique in patrem et filium et
spiritum sanctum. in hac dei confessione nec manu nec solis
labiis sed sanguine subscripsit et morte iurauit.

Sed dicis: nulla scripturarum auctoritas loquitur, ut honor
martyribus deferatur. et ubi est, quod propheta per spiritum
sanctum protestatur: mihi autem ualde honorandi sunt
amici tui, deus? maiorem eis honorem exhibere non potuit,
quam eos amicos dei pronuntiaret, quam in eorum uultu
deum se crederet honorare. mihi autem ualde honorandi sunt
amici tui, deus, hoc est, tua, domine, beneficia in tuorum meritis amplector, tua munera in eorum uirtutibus admiror et in

13] Act. 7, 59. 27] Psalm. 138, 17.

2 *locus corruptus* 3 dampnationis *P* 6 possent *scripsi*, possint *P* 12 quali *scripsi*, qualis *P* 18 persequutoribus *P* 30 deum *scripsi*, $\widetilde{\text{dn}}$i *P* 32 ammiror *P*

tuis circa dona tua iure te ueneror. itaque cum se deus noster in algente uestiri, in esuriente refici, in paupere testetur honorari ita dicens: qui fecit uni ex minimis istis, mihi fecit, consequens est, ut de electis suis ita dicere ac sentire credendus sit: reuerentiam, quam sanctis meis quisque studet deferre, mihi reddit. dignum est, ut honoretur in nomine meo, qui me honorauit in sanguine suo. humanis ergo infirmitatibus hos medicatores prouidentia diuina constituit, ut mutuo iocundoque commercio et intercessor cultore et cultor intercessore suo **. quae cum ita sint, carissimi, sacros ac uenerandos martyrum cineres tota, qua possumus, uirtute ueneremur, ut ueniam delictorum nostrorum, quam nostris meritis obtinere non ualemus, eorum suffragiis impetremus praestante hoc domino nostro Iesu Christo, qui uiuit in saecula saeculorum. Amen.

XXVIIII.

SERMO DE PENTECOSTE.

Hodie, fratres carissimi, omnia, quae nobis lecta sunt, cum festiuitate conueniunt. psalmus enim: redde mihi, inquit, laetitiam salutaris tui, spiritu principali confirma me, euangelium autem: uenit, inquit, spiritus ueritatis, scriptura uero apostolorum actuum: repleti sunt, inquit, omnes spiritu sancto. completa sunt ergo omnia atque perfecta. psalmus aduentum sancti spiritus petiit, euangelium uenturum esse promisit, scriptura apostolicorum actuum iam uenisse memorauit. nihil itaque de rerum diuinarum ordine in lectione deest, quia in propheta deprecatio est, in euangelio promissio, in actibus plenitudo. de ipso enim spiritu sancto etiam beatus

3] Matth. 25, 40. 18] Psalm. 50, 14. 20] Ioann. 16, 13. 21] Act. 2, 4. 4, 31.

3 michi *P* 8 medicatores *scripsi*, medicatoris *P* 9 commertio *P* *deest uerbum* 16 *hic sermo et duo sequentes exstant in codice Reginensi (R) 498 saec. XIII—XIIII fol. 71ᵇ sine auctoris nomine, sed antecedit* tractatus s. Fausti de ascensione domini *(incip.:* scire debemus *[= Euseb. hom. 26]); editi sunt ab Aug. Maio, spicileg. Rom. V 85 sqq.;* sermo de pentecoste *R* 19 laeticiam *R* 27 eciam *R*

Paulus apostolus contestatur dicens: alii datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae, alii fides in eodem spiritu. haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis, prout uult.

Sed dicit fortasse hoc loco aliquis: si eis tantum diuidit dona sua spiritus, quibus uult, ergo extra culpam est, qui non accipit donum, quia diuisio gratiarum non ex accipientis pendet uoto, sed ex arbitrio diuidentis. uerum est, dilectissimi, sed ita tamen uerum est, ut hoc de uirtutibus tantum, non de uita intellegamus. uirtutes enim non omnes possumus obtinere, etiamsi uelimus, uitam tamen omnes possumus capere, si quaeramus secundum illud: omnis enim, qui petit, accipit et, qui quaerit, inuenit. diuisio ergo sublimium et excellentium gratiarum ad arbitrium et ad dispensationem sancti spiritus pertinet, conuersatio uitae bonae ad fidem hominis ac laborem. omnis enim, qui petit, accipit et, qui quaerit, inuenit. petat tantum aliquis toto corde et quaerat: qui tibi iussit quaerere, sine dubio praestat, ut ualeas inuenire. numquid enim mentitur sermo diuinus? pulsate, inquit, et aperietur uobis. ut quid pulsare nos praecepit, nisi quia uult aperire pulsantibus? in homines ipsos haec iniquitas non cadit, ut se uelit rogari, qui nolit annuere. omnis enim, qui praestandi non habet uotum, petentis refugit postulatum. nemo est, qui se rogari uelit, nisi qui ante apud se deliberat, ut praestet. ergo deus, qui omnibus uult tribuere, ab omnibus uult rogari dicens: petite et dabitur uobis, quaerite et inuenietis.

Sed dicere forsitan potest aliquis: si omnis, qui petit, accipit, ergo etiam, si uirtutes petamus, accipiemus. cur enim non etiam uirtutes petamus, si omnia possumus accipere, quae petierimus? non ita est, dilectissimi. superbum est enim et

1] 1 Cor. 12, 8. 12] Matth. 7, 8. Luc. 11, 10. 19] Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. 26] Matth. 7, 7. Luc. 11, 9.

12 queramus *R* 13 querit *R* 14 arbitrium *R* (ium *in ras.*) 16 querit *R* 17 aliquis *R in ras.* 22 uelint *Mai* quod nolint *Mai* 29 quur *R (in marg.* cur)

supra hominis conditionem uirtutum gratiam postulare. humilis quippe esse debet humana interpellatio, non praesumptuosa, salutem tantum postulans, non uanitatem. cum enim nullus homo extra peccatum esse possit, quae impudentia est eum uirtutes petere, qui adhuc de uenia ad plenum securus esse non possit? sufficit ergo homini misericordiam domini promereri. maximam se a deo obtinuisse uirtutum gratiam debet credere, qui potuerit ad indulgentiam peruenire. qui enim aliquid praesumptuose petierit, hoc ipso minus meretur accipere, si altiora praesumpserit postulare. huc accedit, quod homo uirtutum gratiam petens, si non offenderit deum precum praesumptione, periclitari tamen poterit uanitate. non enim omnibus expedit exercendarum uirtutum gratiam possidere. sunt enim potiores in humilitate positi, quam iactantia sanctitatis inflati. sunt, quibus periculosa est ipsa sublimitas gratiarum. qui in excelso positus firmiter stare non nouit, hoc ipso grauius cadit, quod ad altiora conscenderit. et ideo beatus apostolus: diuisiones, inquit, gratiarum sunt, et: haec omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis, prout uult. bene ait: prout uult, quia nihil est homini melius, quam quod ille uult. uoluntas enim spiritus sancti bene nouit dispensare munera sua. nihil est utilius, quam hoc tantum hominem de uirtutibus habere, quod spiritus sanctus iudicarit homini se debere conferre.

Sane si quis uirtutum gratiam desiderat obtinere, habet uirtutes, quas possit innocenter appetere. quaerat castitatem, apprehendat sobrietatem, teneat disciplinam, diligat caritatem. istas enim uirtutes cum dei gratia omnes habere possumus et debemus. non enim in solis expellendis daemonibus aut curandis infirmitatibus et sanitatibus dandis uirtutes esse credendae sunt. omne opus bonum uirtus est. si cotidie bene agitis, si sancte et iuste uiuitis, cotidie uirtutum opera sancta completis. non potest aliquis ab alio daemonem expellere, a

18] 1 Cor. 12, 4. 1 Cor. 12, 11.

2 praesumptyosa *R* 4 quae *R (e in ras.)* impudentia *R (p in ras.)* 10 hoc *R* 14 in *Mai,* sunt *R* 23 spiritus sanctus *R in ras.* 33 daemonem *R (dae in ras.)*

se ipso saltim uitia daemoniacae impugnationis expellat. non potest quis curare alieni corporis morbum, curet morbum animae suae. non quaeritur ab homine, ut sanitatum gratiam tribuat, quae ei data a diuinitate non fuerit. nihil maius poterit efficere, quam si ipse ad sanitatem propriam meruerit peruenire.

Post laborem uigiliarum non oportet, ut uos diutius prolixior sermo fatiget. et ideo, quicumque est spiritalis et pleniorem sermonem de diuinitate sancti spiritus audire desiderat, die crastina maturius ad ecclesiam sitienter ac fideliter ueniat. qui enim uenire dissimulauerit, non se esse spiritalem apertissime demonstrabit. sed credimus de dei misericordia, quod plus apud uos gratia spiritus sancti, quam occupatio mundi istius praeualebit praestante domino nostro Iesu Christo, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

XXX.

SERMO DE SANCTA TRINITATE.

Cum de deo sermo est, fratres carissimi, sicut ualde noxia est contradictionis intentio, ita utilis est interrogationis sollicitudo. ibi enim de obstinatione sensus obstruitur, hic intellectus de inquisitione nutritur, illic deprauari resistens infidelitas delectatur, hic erudiri oboediens humilitas promeretur. uos uero, fratres carissimi, praeparate exceptorium sancti pectoris uestri influenti aquae diuinae et, quod de mysterio sanctae trinitatis uel diuinitate sancti spiritus insinuare cupimus, cum silentio et quiete suscipite. sanctarum enim scripturarum testimoniis uolumus approbare, quomodo spiritus sanctus in cunctis uirtutibus patri et filio coaequalis esse euidenter possit agnosci.

Legimus in ueteri testamento, quia in principio fecit deus caelum et terram et spiritus dei ferebatur super aquas. in deo intellege patrem, in principio accipe filium, superfusum

28] Gen. 1, 1.

17 *uerba* cum de deo—*lin. 21* promeretur *exstant in Pseudo-Augustini libro testimoniorum edito in Pitrae Analectis sacris et classicis spicilegio Solesmensi paratis p. 147 (Paris. 1888)* 20 inquisitione] obstinatione *Mai* 27 coequalis *R*

aquis agnosce spiritum sanctum. super aquas itaque dominantis eminentia ferebatur iam tum, credo, baptismi munera praefigurans. in faciendo quoque homine se non unius, sed trium personarum opus esse demonstrat trina repetitio deitatis. ita enim legimus: et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. aduerte sententiam in propositione simplicem, in responsione multiplicem. et dixit deus: faciamus hominem. quid est aliud, nisi quia substantia unitatis loquitur et potentia trinitatis operatur? perspice, quomodo trina uice nomen dei in creatione hominis nuncupatur. sic enim habemus in Genesi: et dixit deus: faciamus hominem, et iterum: creauit deus hominem, et tertio: benedixit ei deus. dixit deus, fecit deus, benedixit deus. dixit pater, fecit filius, benedixit spiritus sanctus. propter tres personas ter iteratur una diuinitas. quo loco euidenter mysterium etiam unitatis intellege. ecce imago dei et similitudo unicuique homini a tribus datur et tamen una esse dinoscitur. dixit deus: faciamus. diligenter adtende, dum unus dicit et non unus facit dumque iterum singulari plurale permiscet nec dicit: ad imagines et similitudines nostras, uel certe: ad imaginem et similitudinem meam, unitatem singularitate, trinitatem pluralitate commendat. itaque in eo, quod dicit: faciamus ad nostram, personarum numerus explicatur, in eo uero, quod singulariter ait: ad imaginem et similitudinem, in unam substantiam deitas indiuisa colligitur.

Cum Abrahae in ostio tabernaculi apparuisset deus et ex uno tres eius se oculis mirabiliter obtulissent, in tribus unum conscius maiestatis adorauit. in psalmis quoque absolute personis suis unitas designatur: ne proicias me, inquit, a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. ecce

5] Gen. 1, 26. 12] Gen. 1, 27. Gen. 1, 28. 26] Gen. 18, 1. 29] Psalm. 50, 13.

1 super—*p. 342, 11* maiestatis] *cf. Faust. de spir. sanct. p. 108, 18—110, 4* super—domina(ntis) *R in ras.* 3 homine se *om. R* 9 prospice *R* 13 dixit pater—sanctus *om. Faustus de spir. sanct.* 16 intellige *R* 18 attende *R* 19 dumque—permiscet *om. R* 26 hostio *R* ex uno *om. R* 27 se eius *R* optulissent *R* 29 unitas] trinitas *R*

propheta patri supplicans non minus spiritus sancti quam patris et filii expauescit offensam. ne proicias, inquit, me a facie tua. filius, sicut imago patris, ita et facies patris accipitur et ideo legimus: Philippe, qui uidet me, uidet et patrem, item: quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam? aduerte, infide, perfectae confessionis mysterium trinitatis. propheta ad patrem loquitur, faciem patris filium profitetur nec non diffusum per omnia spiritum sanctum protestatur. de filio autem etiam ad Moysen loquitur dominus: facies mea praecedet te. quod nomen, id est facies et ad unitatis substantiam et ad coaeternitatem pertinet maiestatis. Esaias quoque spiritum sanctum unum in gloria trinitatis adnumerat, quando dicit: uidi dominum sedentem super solium excelsum et Seraphim stabant et clamabant alter ad alterum: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth. et in consequenti dicit: et audiui uocem domini dicentis: uade et dices populo huic: auditu audietis et non intellegetis et uidentes uidebitis et non uidebitis.

Credamus saltim Paulo praeconi celeberrimo ueritatis, quod sanctus spiritus fuerit ille dominus exercituum, quem uidit Esaias et qui locutus est per Esaiam. sed quia triua repetitione persultat: sanctus, sanctus, sanctus, uideamus, ne hic honor ad totam respiciat trinitatem. Esaias cum dicit: uidi dominum Sabaoth, patrem Iudaeis agnoscitur praedicare. Iohannes euangelista aperte filium probatur adserere ita dicens: propterea non poterant credere in Iesum, quia dixit Esaias: excaecauit oculos eorum et obduranit cor eorum. haec dixit Esaias, quando uidit gloriam filii dei et locutus est de

4] Ioann. 14, 9. 5] Psalm. 138, 7. 10] Exod. 33, 14. 13] Esai. 6, 1. 16] Esai. 6, 8. 26] Ioann. 12, 39.

2 me inquiens *R* 4 me uidet *R* 8 nec non *om. R* 12 Esaias—*lin. 19* uidebitis] *cf. Faust. de spir. s. p. 112, 6—13* annumerat *R* 14 seraphin *R* 16 et *ante* audiui *om. R* 17 dic *R* 20 credamus—*p. 343, 30* adprobatur] *cf. Faust. de spir. s. p. 112, 19—114, 7* saltem *R (e man. alt.)* preconi *R* 21 spiritus sanctus *R* fuit *R* exercituum dominus *R* 22 responsione *R* 23 sanctus *R quater* 25 iudeis *R* 26 asserere *R* 28 et—eorum *om. R*

eo. quod autem idem Esaias dicit: et audiui uocem domini dicentis: uade et dic populo huic: auditu audietis et non intellegetis et uidentes uidebitis et non uidebitis, hunc dominum apostolus Paulus, ut diximus, spiritum sanctum esse confirmat. uides ergo, quod sanctus, sanctus, sanctus, haec nox totam concelebrat trinitatem, et sicut in his tribus uerbis nulla dissimilitudo, nulla est differentia, ita in trinitatis uirtute nulla potest esse distantia.

Sed dicis: ex hoc minor esse sanctus spiritus euidenter agnoscitur, quod dei digitus nuncupatur. non ita est. sed quando audis de spiritu sancto dici: si ego in digito dei eicio daemones, non gloriae diminutionem, sed substantiae demonstrari noueris unitatem, nec honoris discrepantiam, sed operis esse concordiam. quid ergo? quia spiritus sanctus digitus interdum ⟨dei⟩ dicitur, ideo minor filio et patre creditur? refuge huius persuasionis errorem, uide, ne aliquoties in hac designatione digiti et patrem conprehendat et filium. meminerimus non de uno digito dictum esse, cum legimus: quoniam uidebo caelos tuos opera digitorum tuorum. sed dicis in digitis de filio hoc tantum et spiritu sancto sub quadam dualitate signari. ne hoc de duabus personis adserere coneris, alio loco trium tantum Esaias digitorum numero loquitur trinitatem dicens: quis appendit tribus digitis molem terrae? quid euidentius de trinitatis unitate, quid clarius? nonne hic in tribus digitis potentiae unius aequalitatem sub quadam mysterii lance librauit? ergo, ut dictum est, cum iam instructus sis de societate operis, non dubites de parilitate uirtutis. dicendo ergo: quis appendit tribus digitis molem terrae, hic specialiter loqui noluit de cooperatione potentiae et de unitate substantiae, quae una eademque esse in tribus digitis adprobatur.

11] Luc. 11, 20. 19] Psalm. 8, 5. 23] Esai. 40, 12.

2 auditu—intellegetis et *om. Faust. de spir. s.* 5 quia *R* 9 spiritus sanctus *R* 10 quia *R* 11 dici *om. R* in] spiritu dei uel *add. R* 15 dei *om. R* 16 aliquotiens *R* 17 et *om. R* conprehendas *R* 20 sed] cum *add. R* et] de *add. R* 21 nec *R*, asserere *R* 22 trium tantum] totam *R* 29 simpliciter *R* 30 de *om. R*

Quamuis cor uestrum ad audiendum uerbum dei spiritus sanctus semper accendat, ita ut uix possint uestra sancta desideria satiari, tamen prouidendum est, ut ita uerbi dei praedicatio temperetur, ut uobis iugiter desiderari et semper possit augeri. ideo iam ista, quae dicta sunt, caritati uestrae sufficiant. et quia aliquid de sermone isto uobis credidimus reseruandum, si secundum uestram consuetudinem die crastina maturius conueneritis, absque aliqua lassitudine matutinis explicitis, quod ex industria reseruatum est, audietis praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor in saecula saeculorum. Amen.

XXXI.

SERMO DE SPIRITU SANCTO.

Quod de diuinitate sancti spiritus hesterna die caritati uestrae seruauimus, nunc, si iubetis, cum silentio et quiete oportune uel congrue audire potestis.

Cum spiritus sancti personam propriam demonstremus et patrem confiteamur ingenitum, filium uero cognoscamus unigenitum, quaeris a me, utrum spiritus sanctus ingenitus an genitus an quid aliud confitendus sit. scripturae sanctae de potentia et deitate spiritus sancti loquuntur, utrum uero genitus dici debeat an ingenitus, non loquuntur. uide, quas sibi tenebras infidelitas facit. non uis scire, quod deus noluit ignorari, et uis scire, quod non iussit inquiri. non dixit genitum, ne filium crederes, non dixit ingenitum, ne patrem putares, sed ad essentiae distinctionem procedere cum ex patre testatus est, sicut legimus: paracletus, qui ex patre procedit. quae cum sint, uel sic agnosce spiritum sanctum propriam habere personam. praeter duos esse tertium probat diuersitas nominis, procedentem ex deo non esse ordine uel

27] Ioann. 15, 26.

13 omelia de spiritu sancto *R* 17 cum—*p. 345, 15* noluit] *cf. Faust. de spir. s. p. 115, 8—116, 8* 19 quaeris] aliquis *add. R* 21 locuntur *R utroque loco* 24 quod] deus *add. R* 27 paraclytus *omisso* qui *R* 28 cum] ita *add. R* 29 preter *R*

gradu tertium monstrat unitas maiestatis. qui enim de interioribus dei progreditur, non dei creatura, sed dei probatur esse substantia. non scruteris, qualiter deus sit, quem deum esse manifestum est. hic ratio latet, ueritas non latet. cur interroges, quomodo sit socius et aequalis regis, quem regii esse constat et honoris et generis. ex superfluo de nomine agitur inquisitio, ubi non est de sublimitate dubitatio. ergo quia spiritus sanctus ex utroque procedit, ideo dicit: qui autem spiritum domini non habet, hic non est eius, et alio loco: insufflauit et dixit: accipite spiritum sanctum.

Utrum ingenitus an genitus sit, requiris. nihil ex hoc eloquia sacra cecinerunt, nefas est inrumpere diuina silentia. quod deus scripturis suis indicandum esse non credidit, interrogare te uel scire superflua curiositate noluit. numquid in hoc est gloria uel substantia spiritus sancti, si aut ingenitus probetur aut genitus? nam nec filio quicquam derogat, quod ingenitus esse non legitur, nec patri, quod genitus non habetur. in huiuscemodi sermonibus proprietas est appellationis, non diuersitas potestatis uel maiestatis. genitus et ingenitus personae est differentia, non naturae.

De spiritu uero sancto dominus et saluator noster iturus ad caelum sic locutus est ad apostolos suos: cum, inquit, uenerit paracletus, quem ego mittam uobis, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, et iterum: ille, inquit, docebit uos omnia. quid est hoc, dilectissimi, quod missurum se ad docendos discipulos saluator dixit spiritum sanctum? numquid non docuerat apostolos suos aut semiplena putanda est Christi fuisse doctrina? non, absque dubio. sed quia fides uestra in patre est et in

8] Rom. 8, 9. 10] Ioann. 20, 22. 23] Ioann. 15, 26. 26] Ioann. 14, 26.

3 deum *om. R* 5 sit *om. R* et] ł (= uel) *R* 6 et superflue *R* 8 ex] de *R* dicitur *R* 9 domini] Christi *R* 12 genitus an ingenitus *R* 13 irrumpere *R* 14 deus] in *add. R* 15 te *ante* noluit *habet R* numquid — *lin. 21* naturae] *cf. Faust. de spir. s. p. 116, 19—25* 17 nec] et *R* quicquam] ñ *suprascr. R* 20 uel maiestatis *om. R* persona est differentiae *R* 24 paraclytus *R* 30 in *ante* filio *om. R*

filio et in spiritu sancto, hoc uoluit mittendo spiritum sanctum saluator ostendere, quod ecclesias suas et uoluntas dei patris aedificaret et passio filii redimeret et doctrina sancti spiritus confirmaret. quomodo hoc agnosci euidentius potest? quomodo, nisi quia ad redemptionem nostram deus pater filium suum misit, filius nos sua passione saluauit, fidem autem nobis spiritus sanctus inspirauit? ac sic salus ecclesiarum totius diuinae trinitatis operatio est. pietas enim patris humanum genus perire noluit, filius nos de interitu liberauit, spiritus sanctus ad caelestia nos regna perducit.

Ita tamen in spiritum sanctum credite, ut nec patrem eum putetis esse nec filium, sed spiritum patris et filii. tota autem ista trinitas unus deus est. nulla ibi dissimilitudo, nulla diuisio est. si enim spiritus, qui in homine est, maior ipsius hominis portio est, spiritus dei quomodo minor esse credendus est? itaque spiritus sanctus nec pater est nec filius, sed spiritus patris ac filii.

Quod autem spiritus sanctus patris spiritus sit, dominus et saluator noster dixit: spiritus, inquit, qui a patre procedit. quod uero idem spiritus sanctus etiam filii spiritus sit, apostolus docens dicit: si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. unde et dominus in euangelio post resurrectionem suam ad discipulos suos ait: euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. in nomine, inquit, non in nominibus. pater itaque deus, filius deus, spiritus sanctus deus non tres dii, sed unus deus est. persona tres species diuidit, diuinitas iungit. maius autem aut minus ignorat trinitas, deitas nescit, quia et, qui deus est, non potest non esse perfectus. ideo et, qui non credit in nomine spiritus sancti, nihil ei prodest patrem et filium confiteri.

Ergo spiritus sanctus una fide credendus est, pari tremore uenerandus. cum dixeris: pater, filius et spiritus sanctus, personas explicuisti, cum dixeris: deus, substantiam demonstrasti.

19] Ioann. 15, 26. 21] Rom. 8, 9. 23] Matth. 28, 19.

7 hac *R* ecclesiam *R* diuinae *R (nae in ras.)* 10 *an* perduxit?

dicimus patrem et filium et spiritum sanctum, ne te aestimes unam credere debere personam. item dicimus unum deum, ne putes tres esse naturas. in his itaque tribus personis numerus esse potest, ordo esse non potest. nam etsi distinctionem recipit trinitas, gradum tamen nescit aequalitas. in trinitate enim non est aut minus aliquid aut maius, quia, si in deo aliquid minus dicitur, imperfecta diuinitas accusatur, ita tamen, quod, qui in deitate minorem patre aut filio dicit spiritum sanctum, non illi tantum iniuriam facit, quem minorem iudicat, sed illi etiam, quem maiorem putat, quia, cum totius trinitatis una aequalitas sit atque maiestas, quicquid contumeliae in personam unius dicitur, a tota aequaliter trinitate sentitur.

Nos uero, carissimi, qui templum sancti spiritus esse meruimus, adiuuante ipso spiritu sancto paremus domum, in quam illum uenire, in qua delectet habitare. inuitet mundi cordis nitor, sollicitet illum par rubentibus rosis castus pudor, sollicitet candentibus liliis et odore similis et colore incontaminata uirginitas, suscipiat illum benigna caritas, humanitas larga, sublimis humilitas, hilaris misericordia, pura simplicitas. nihil ibi de prisci hominis sordibus, nihil de lapsuris infirmitatibus aeternus habitator, aeternitatis largitor inueniat. recedat turpissimae uoluptatis luxuria, pallens conscientia, tristis metus, nutans ebrietas et libido omni horrore deformior, ut, cum in uobis ista defuerint, locum uirtutibus praeuius puritatis nitor aperiens spiritum sanctum in domicilium paratae sibi habitationis includat. hoc autem ideo suggessimus, carissimi, ut, quantum possumus, totis uiribus cum dei adiutorio laboremus, ne in nobis aut auaritia displiceat aut infidelitas langueat aut libido sordescat, sed emendati penitus ac puri habitaculum dei effici mereamur et spiritus sanctus, qui descendisse hodie in apostolos legitur, semper in nobis habitare dignetur, cui est honor et gloria cum patre et filio in saecula saeculorum. Amen.

1 et *ante* filium *om. R* estimes *R* 8 deitate *R (ei in ras.)* 16 pars *R* 22 uoluptatis *scripsi,* uoluntatis *R* 23 ebrietas R^1 24 preuius *R* 25 parate *R* 26 autem] enim *Mai*

Cetera Fausti scripta a nobis nondum recensita postea publici iuris faciemus; sunt autem fere haec:

I. *Corpus illud sermonum a Gaigneio Parisiis 1547 primum sub Eusebii Emiseni episcopi nomine editum et ab Andrea Schotto auctum (Bibl. Patr. Colon. uol. V et Bibl. Patr. Max. Lugd. uol. VI).*

II. *Tractatus Fausti a P. Pithoeo editus (Ueterum aliquot Galliae theologorum scripta [Parisiis 1586] p. 124 sqq.: Fausti Regii Galliae episcopi de ratione fidei ad obiecta quaedam responsio).*

III. *Tractatus 'Faustini' de symbolo, quem Caspari (Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols [Christianiae 1879] p. 250 sqq.) primum edidit.*

Alia quaedam scripta a uiris doctis his ipsis temporibus Fausto attributa non esse episcopi Reiensis demonstrasse nobis uidemur, cf. Prolegomena.

RURICII

EPISTULARUM LIBRI DUO.

ACCEDUNT

EPISTULAE AD RURICIUM SCRIPTAE.

S = codex Sangallensis 190 saec. VIIII.

v = lectio uulgata.

Kr. = Kruschii recensio epistularum Ruricii in Monument. German. hist. auct. antiquiss. uol. VIII (Berol. 1887).

RURICII EPISTULARUM
LIBER PRIMUS.

I.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO FAUSTO EPISCOPO RURICIUS.

Olim te, domine mi uenerande ac beatissime sacerdos, fama celeberrima praedicante cognoui, olim desiderio pii amoris infuso illis te, quibus scribere dignaris, oculis cordis intueor, sed nihilominus etiam corporeis uidere festino, si quo modo possim intercedentibus nobis peccatorum meorum uincula disrumpere acceptisque columbae illius pinnis a uenantum laqueis euolare et uobiscum positus in dominica lege requiescere, ut sitim, quam opuscula uestra legendo concepi, ipse praesens, unde illa manarunt, uberius hauriens restinguerem, ut caritatis igniculum, quem in tepidis animae dormientis fauillis ⟨scintillis⟩ feruentibus suscitastis, prolatis de condensa scripturarum pabulis uiuax flamma roboraret, quae eloquio sancti oris accensa more sibi solito in pectore peccatoris uim naturae potentis exsereret calefaciendo frigida, inluminando tenebrosa et spinas criminum consumendo. adhaesit, doctor eximie, anima mea post te. me autem adiuuent orationes tuae, ut possim terrenis actibus

11] Psalm. 54, 7; 90, 3. 20] Psalm. 62, 9.

1 incipit domni ruricii epistularum liber primus *S* 8 illi *S* 11 columbe *S* 12 positis *S* 13 ipse *Luetjohann*, ipso *S* presens *S* ipso praesente *r* 14 restinguerem *S* 15 quam *S* scintillis *addidi coll. Rur. epist. II 26 praeeunte Kruschio* 16 papulis *S* 18 nature *S* 20 consumendo *S* adesit *S* 21 orationis *S*

spretis caelestibus inhiare, quia corpus, quod corrumpitur, adgrauat animam, ut inclinare aurem suam ad oracula diuina non possit, ut domum patris obliuiscens oboediensque uocantis imperio de terra sua et cognatione discedat atque illam, quae ei demonstratur, potius concupiscat.

Non enim adhuc ualet pusillitas nostra metum obnoxiae conditionis expellere et caritati perfectae purgata corda reserare, ut relinquentes praesentia petamus aeterna ciectoque ancillae ⟨herede⟩ hereditatem paternam liberi possimus adipisci. quam ob rem spero, domine mi, ut pro me indesinenter oretis et, quoties dignati fueritis ariditatem terrae meae eloquentiae uestrae imbre perfundere, non mihi, sicut nunc fecistis adhuc meae infirmitatis ignari, delicatos et dulces cibos, sed austeriores et aegritudini meae congruos suggeratis, quia non expediunt stulto deliciae, postmodum proditoribus meis censorium praebeatis adsensum, qui more humani ingenii affectu nimio praepediti et a ueritate iudicii declinantes incurrunt pro amore mendaciuni. sane nec uereatur sanctitas uestra, ne uulneribus meis gratior sit fouentis dextera quam secantis, quia ea nec a me posse curari et tamen grauiter conputruisse domino donante iam sentio. et ideo eligo, ut me iustus misericordiae increpatione corripiat, quam caput meum oleum peccatoris inpinguet. supplici itaque prece deposco, ut de illo thesauro penetralium uestrorum, unde noua et uetera proferre consuestis, peritissimi utpote medici, qui languentium innumeras et uarias

1] Sap. 9, 15. 2] Psalm. 44, 11. 4] Gen. 12, 1. 8] Gen. 21, 10. 21] Psalm. 140, 5. 23] Matth. 13, 52.

1 celestibus *S* 2 autem *S (*r *man. alt.)* suã *S (*˜ *man. alt.)* 3 obliuiscens *Kr.*, obliuio *S* oboediens quae *v* 4 uocatis *S (*n *man. alt.)* cognitione *S* 8 presentia *S* eiectaque ancilla *v* 9 herede *addidi, om. S, lacunam significat Kr.*, filio *addit Luetjohann* qua morem *S* 12 fecistis] et *add. v* 13 dilicatos *S* cybos *S* 14 egritudini *S* 15 praedicatoribus *Kr.* 16 prebeatis *S* 17 et a *scripsi, rasuram trium litterarum exhibet S, in qua* a *exarauit* S^2 iuditii *S* 18 nec] ec S^1 19 secantes S^1 20 a *om. v* dante *v* 21 iustum *S (*s *man. alt.)* 24 consuistis *S*

aegritudines cotidie gratia dei adiuuante sanatis, languori quoque meo, quae conuenire cognoscitis, medicamenta mittatis.

II.

DOMNO SUO PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO FAUSTO EPISCOPO RURICIUS.

Ita me hactenus inpia neglegentia et neglegens impietas possederunt, ut, quid, domine mi, in me potissimum accusem, nesciam et, quid in me primum excusem, non inueniam. si enim argumentationem aliquam ad excusandas excusationes in peccatis exhibere temptauero, adiciam peccato sine iudicii recordatione peccatum, ut duplici atque maiori delicto ipse me premam, ut, qui tarditatis reus sum, esse incipiam falsitatis et ab humana usque iniuria crimen extendam, paternam nunc tantum expectans de segnitiae noxa sententiam, diuinae uero pro mendacii ultione subiciar, praesertim cum uera confessio indulgentiam et falsa excusatio mereatur offensam. malo itaque tam simplici confessione quam supplici ueniam petere, quam peccata geminare.

Habes ergo, pater optime, pastor egregie, me culpae meae spontaneum confessorem. habes et in discipuli errore, quod corrigas, et in ouiculae languore, quod sanes. potestatisque et iudicii tui est, utrum uelis ulceris mei putredinem ferri rigore rescindere an medicamentorum lenitate curare. ego tamen, utram elegeritis, curationem amplectar intrepidus nec paternae

9] Psalm. 140, 4.

1 egritudines *S* 2 cognuscitis S^1 mittatis] finit *add. S* 7 possiderunt *S* acusem *S* 10 exhiber& S^1 temptauero *(te in ras. S^2) S* aditiam *S* iuditii *S* 12 primam S^1 13 iniuriam *S, quod defendit* diuinam *addi iubens Kr.* paternam] ad aeternam *v, fortasse* aeternum, paternam *scribendum* 14 signitiae *S* 15 mendatii *S* presertim *S* 16 at *Mommsenus* excusatione *S* mallo *S* 19 obtime *S* egregi *S* me *scripsi,* meae *S,* me iam *Luetjohann,* meam *v* culpe *S* 20 spontaneam confessionem *v* 21 laguore *S* 22 iuditii *S* uellis *S* putridinem *S* 23 medimentorum *S (*ca *man. alt.)* 24 ueram *S* eligeritis *S* paterne *S*

ictum dexterae declinabo, dummodo portionem promissae hereditatis adipiscar, neque adtendam, quae mihi poena sit in flagello, sed quem habeam *** in testamento. melius enim mihi est flere super patre, quam ut abdicer contemptus a patre, quia parentum pietas distringit, ut corrigat, non perseuerat, ut puniat, nec tantum eis maeroris infert adrogantia superbientis, quantum gaudii confert humilitas confitentis.

Sic ille euangelii indulgentissimus pater filium praeceptae substantiae decoctorem laeto suscepit amplexu promptior gaudere de reditu quam inputare de lapsu. denique non ei exprobrantur facinora, non luxuria, non egestas, sola conuersi reuersio omnia damna conpensat, quia maior fuit procul dubio patri facultas reditus quam rerum facultas. ita, quem abscessio reum fecerat, regressio fecit insontem et misericordia sufficit heredi. quin etiam paternae clementiae uenia sola non sufficit, quod ulnis fouet, quod gratia permulcet, nisi et munera larga multiplicet. dat anulum, ne rursus a patre perfidia abducente discedat. calceamenta dat pedibus, quo facilius ardui itineris aspera et dura contemnat. dat et ipsam primam, quam perdiderat, stolam, ut, quem a morte receperat, pristina inmortalitate donaret. datur etiam ipse iuniori uitulus reuerso, qui seniori agnus datus fuerat de Aegypto profecturo, quia ipse educit ex Aegypto pater.

Tanti parentis imitatus fidem trade peccatoribus adiutorium, praesta conantibus remissionem, intercessionem largire confitentique filio non solum ipse ueniam tribue, sed ipse ueniam

1 dextere *S* porcionem *S* promisse *S* 2 adip is | carnesq; S^1 quẽ *S*, quam *v* 3 *ante* habeam *excidisse* locum *suspicatur Luetjohann, ego* patrem *potius post* habeam *suppleuerim* 4 contemta *S* 5 quaṇ *S (corr. man. alt.)* 6 ne *S* ei *S (erat* s *in ras.)* meroris *S* 7 superbientes S^1 gaudium fert S^1 8 preceptae *S* 9 prumtior *S* 10 ei] et *S, om. v* 11 luxoria *S* conuersa *S, corr. v* 13 ita quem *correxi,* itaquẽ *S,* itaque *Kr. v* 14 reum *S (u man. alt.)* et (t *man. alt. in ras.) S,* ea *v* 15 quin etiam uenia sola: paternae clementiae non sufficit *coni. Mommsenus* heredi *ex* hered S^1 17 largã *S* pfida abduces S^1, pfidia duce S^2 *in textu,* pfida abducente S^2 *in margine addito:* al 18 calciamenta *S* 24 imitatus *scripsi,* imi tantus *S (*al imita S^2 *in margine),* imitare tu *Mommsenus,* imitare tantus *r* 25 presta *S* intercessione *S*

deprecare, ut, quem in peregrina patria appellas liberum, in propria possis uidere liberatum. et qui per se amisit dominicam liberalitatem, per te mereatur consequi libertatem nec a uestro separetur solatio, qui sequestratur praemio.

III.

DEUINCTISSIMO FILIO SEMPERQUE MAGNIFICO HESPERIO RURICIUS.

Scribendi mihi ad unanimitatem tuam aditum, quem obstruxerat inperitia, patefecit affectus et illa dominatrix omnium pietas, per quam flectuntur rigida, saxea molliuntur, sedantur tumida, leniuntur aspera, tumescunt lenia, mitescunt saeua, saeuiunt mitia, accenduntur placida, acuuntur bruta, dominantur barbara, immania placantur, etiam in me opus suum peragens os elingue reserauit producens me ex tutissimo silentii recessu ad publicum formidandumque iudicium et in uita iam ueteri noua subire conpellit, scilicet ut, qui hactenus illam sententiam secutus antiquam, qua dicitur saepenumero praestare tacere quam dicere, inscientiam meam maluerim uerecundiae taciturnitate tegere, quam inpudenter incondito sermone proferre, nunc tam consuetudinis meae inmemor quam rusticitatis oblitus quasi ex Arione in Orpheum repente mutatus uelim disertissimis auribus tuis ore garrulo non tam officiosus quam iniuriosus exsistere, dum et ignota pertempto et insueta praesumo.

Sed dabitis, ut reor, ueniam uenienti ex necessitudine necessariae necessitatis, quia, quid dilectio in mortalium mentibus naturali potestate sibi uindicet, conscium mutuae passionis pectus agnoscit. ergo ne excusationi diutius immorantes ita

2 aṁisit *S* 4 sequestrat' *S (' man. alt.)* a *ante* praemio *add. Kr.* 10 tumiscunt *S* mitiscunt *S* 13 elinguae *S* 14 inditium *S* in uita iam ueteri *scripsi,* inuita iã uestri *S,* inuitata uestri *Mommsenus,* inuitatio uestri *v* 16 sepenumero *S* prestare *S* 17 malluerim *S* 18 legere *v* 19 nunc] non *v* tam *v,* iam *S* 20 orfeum *S* 21 uellim *S* dissertissimis *S* 22 pertiṁto *S (corr. man. alt.)* 23 praesũmo *S* 25 necessitatis *v,* necessitati *S* quod *v* 27 excusacioni *S* diucius *S* immo morantes *S*

paginam dilatemus, ut non solum tibi non exhibeat sermo incomptior ***, uerum etiam copia inordinata fastidium, iam in uocem pietatis erumpimus et desideriorum uerba ructuamus commendantes tibi pignus nostrum, depositum tuum, cuius nos susceptione cepisti. tibi enim spem posteritatis meae, tibi solatium uitae praesentis et leuamen, si diuinitas annuerit, futurae, tibi uni omnia mea uota commisi. te elicitorem et formatorem lapillorum nobilium, te rimatorem auri, te repertorem aquae latentis elegi, qui sciris abstrusas lapidibus gemmas propriae reddere generositati, quae utique in tanta rerum confusione amitterent nobilitatem, si indicem non haberent. aurum quoque harenis uilibus mixtum nisi artificis sollertia eluatur aquis, ignibus eliquetur, nec splendorem poterit retinere nec meritum. saeptas etiam aquarum manantium uenas et obductum terra fluenti alueum nisi diligentius eruderauerit appetitoris industria, laticis unda non fluet. ita et tenerorum adhuc acies sensuum ignorantiae nubilo quasi crassitate scabrosae rubiginis obsessa, nisi adsidua doctoris lima purgetur, nequit sponte clarescere. tuum ergo nunc, tuum est in his omnibus et opinioni tuae et nostro pariter respondere iudicio, ne aut tu praesumpsisse inlicite aut nos inconsiderate elegisse uideamur.

IIII.

DEUINCTISSIMO FILIO SEMPERQUE MAGNIFICO HESPERIO RURICIUS.

Recepi apices unianimitatis tuae tam gratia quam eloquentia, tam amore pariter quam lepore, tam sale quam melle respersas, in quibus nec dulcedini deesset aliquid nec sapori. qui cum omni dictionis et rationis arte praemineant, solo tamen a se

1 incomcior *S* 2 gaudium *excidisse uidetur,* uoluptatem *suppleri iubet Kr.* 7 uni *v,* una *S* 8 nobilium et *(pro* te*) v* 9 latentis *v,* lantis *S (*e *man. alt.),* laticis *Mommsenus* eligi *S* scires *Kr.* 11 amitterent nobilitatem *S (litteras* a *et* n *supra ras. exarauit man. alt.)* indicem *Mommsenus,* iudicem *S* 12 nisi *S (alterum* i *add. man. sec.)* sollertiae lutur *S (*a *et* e *supra ras. exarauit man. alt.)* 15 uium S^1 17 nobilo *S* 19 nequid *S* clariscere *S* 21 praesũsisse *S* inlicitae *S* eligisse *S* 24 deuictissimo *S* magnifio *S* 27 inquilius *S* dulcidini *S*

uidentur discrepare iudicio. dum enim paginulae meae non laudi aptae, sed uituperationi ineptia rusticitatis aptatae maiora meritis tribuere festinas et sequeris uel declamationis cursum uel diligentis affectum, a norma recti iudicii declinasti. ad quam rem ego perfectionem ⟨tuam⟩ non ignorantiae uitio, sed spontaneo arbitror descendisse consilio triplici ex causa, ut in tenui materia et acumen ingenii et oris facundiam et affluentiam sermonis ostenderes. sicuti in ieiuno atque otioso caespite magis strenuitas cultoris apparet, cum aut rebellionem glaebarum tenacium repetita saepius inpressione uomeris domat aut ariditatem nimiam stercoris aspersione fecundat, ut fructuum copiam, quam soli natura negat, industria producat, ita et tu egestatem epistulae meae eloquentiae tuae ubertate ditasti, ut possit esse, si eam subpresseris, te loquente laudabilis, si uero protuleris, incutiat et mihi de falsa laude et tibi de iudicii errore uerecundiam. et idcirco, quia inperitiam meam tui pudoris opus esse uoluisti, caue, ne praeconio tuo nobis non respondentibus tua periclitetur electio. itaque si quid mihi credis, si quid utrique consulis, indignum memoria, obliuione dignissimum uolumen absconde, si uis et me ad arbitrium tuum oratoris famam et te probati iudicis obtinere personam.

V.

DEUINCTISSIMO FILIO SEMPERQUE MAGNIFICO HESPERIO RURICIUS.

Spoponderas, fili carissime, ut mihi aliquos de ramusculo, quem ex amaritudine in domesticum saporem uertendum transferendumque susceperas, flosculos destinares, quorum odore cognoscerem, quam spem spei gerere deberem, utrumnam ipsi flores germina aut rursus ipsa germina fructus sui qualitate

1 discrepare uidentur *v* 2 aptate *S* 4 iuditii *S* 5 tuam *addidi monente Kruschio, om. S* 6 discendisse *S* ex *v*, est *S* 8 ostenderis *S* ocioso *S* 9 cespite *S* 11 fecudat *S (u man. alt.)* fructum *S* 12 producat *om. S*[1], *in marg. adiecit* S^2 tuae gestatem S^1, tua egestatem S^2 14 si *ante* uero *add. v, om. S* 15 incuciat *S* 16 podoris *S* 17 preconio *S* 18 pereclitetur *S* 23 deuictissimo *S* 24 ramuscolo *S* 25 transfendumque *S* 26 flusculos *S* destinaris *S*

promitterent idemque iterum fructus utrum possent te excoquente mitescere et dulci eloquentiae cibo audientium corda satiare. quod quia, nescio quam ob causam, facere distulisti, oportunum uos admonendi tempus inueni, quo in harmonia mundi uniuersa animantia bruta pariter et elinguia, incedentia, uolantia atque reptilia suis quaeque modis, suis sibilis, suis quaeque uocibus etsi sono dissono aut ore diuerso, pari tamen affectu quasi uno concentu in laudem proprii auctoris erumpunt et potentiam, quam promere nequeunt, sentire se produnt.

Hoc namque tempore cuncti orbis species rediuiua reparatur et, quicquid in eo situ squalidum, frigore turbidum, glacie concretum, nuditate deforme, ariditate praemortuum hactenus fuit, ad instar resurrectionis emergit, ut discat humana fragilitas de uisibilibus inuisibilia et de praesentibus futura cognoscere et spem uenturae melioris aetatis deposita desperatione percipiat. nunc etiam tellus sterili rigore conclausas quasi uirili semine ita uerno tempore concepto occultis maritata meatibus uenas laxat ad partum. et hinc, quod deliciis suaue, quod esui dulce, quod usui utile, quod uictui necessarium, quod uisui iocundum, quod olfactui gratum, quod tactui blandum, omne producit. siquidem haec est illa temperies, quae mundi nascentis materiam quasi adhuc in incunabulis teneram gremio quodam clementissimae altricis conplexa nutriuit, ne substantiam nullo labore duratam aut aestiuus feruor exureret aut hiemalis algor extingueret aut uentorum flabra portarent. habet itaque susceptus tuus conuenientissimum tempus, quo animi socordia tandem aliquando detestata hebetudinem cordis exacuat et, si inter homines declamare non potest, saltim inter pecudes clamare aut inter uolucres garrire festinet.

1 possint *SKr.* 2 mitiscere *S* cybo *S*, uerbo *v* 3 saciare *S* d&ulisti *S* 4 armonia *S* 5 incendentia *S* 6 quęquae *S* 8 propri *S* 10 rediuina *S* 11 turpidum *S* clacie *S* 14 prestantibus *S*, *corr. v* 15 desposita *S* disperatione *S* 16 stereli *S* ligore *S* conclusas *v* 17 ita] hoc *v* 18 diliciis *S* 20 olfatui *S* omne *S* (o *in ras. man. alt.*) 22 in *ante* gremio *add. v* 23 complexu *v* 24 exureret *v*, exuretur et *S* 26 conuentissimum *S* 27 detestata S^2 *in margine*, depstata S^1 *in contextu*, deposita *v* habitudinem *S*

VI.

DOMINO SANCTO ET PIISSIMO PATRI NEPOTIANO PRESBYTERO RURICIUS.

Codices, quos sanctitas uestra transmisit, accepi eloquentia claros, scientia perfectos, doctrina probos, fidei puritate perspicuos, qui sacrorum testimoniorum ubertate locupletes, auctoritate praestantes, luce fulgentes facile et fidelium mentes inluminent et infidelium errores detegant atque conuincant. quorum ego gustu admodum tenui pellectus potius quam refectus ad satietatem propter sollicitudines saeculi peruenire non potui. sicut enim stomachus, cum febrium ardore decoquitur, dulces sibi antea cibos nec oblatos recipit nec requirit ablatos, ita et animus mundanis anxietatibus curisque confectus spiritales dapes nec desiderat absentes nec carpit appositas nec sentit infusas.

Quae cum ita se in me habeant, uos tamen et pii parentis probastis affectum et solliciti magistri ministerium et seduli medici implestis officium, ut tali taedio laboranti medicamenta congrua mitteretis. quibus etsi propter neglegentiam meam ego non ualeo consequi sospitatem, uos tamen percipietis a iusto repensatore mercedem, qui etiam pro ingratis grates beniuolas referre consueuit. horum ergo praefatorum codicum unum, sicut iussistis, retinui, alium remisi, quem sancti Hilarii Pictauae urbis antestitis esse noueritis. quod quia praeceperatis, indicare curaui. hunc uero retentum, ⟨dum⟩ permittitis, transferre disposui, ut, quod memoriae commendare non possumus, saltim uel paginis mandare curemus.

2 nepociano *S* 4 elonquentia *S* 5 perfectus—probus—perspicuus S^1 10 sacietatem *S* 11 sthomacus *S* 12 ante *v* oblatus *S* ore *post* oblatos *add. v* recepit requiret *S* 13 ista *S* 16 habent *S* parentes *S* 18 offitium *S* 19 etsi *Kr.*, et *S* 21 beniuoles *S* 22 consueuit *S* ego *v* prefatorum *S* 23 hilari *S* 24 pictaue *S* antestites *S* preciperatis *S* 25 dum *addidi, om. S,* si *addidit Kr.,* ut *maudt Mommsenus* 26 possimus *v*

VII.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO PATRONO BASSULO EPISCOPO RURICIUS.

Quam me diligere sancta pietas et pia sanctitas uestra dignetur, multimodo probatis affectu, dum legenda transmittitis et neglecta corrigitis, dilectionem diligendo prouocatis et, quod praedicatis uerbis, docetis exemplis. sed quoniam semen uestrum in terra sterili et dumosa non proficit, utpote quod sentibus supercrescentibus suffocatur, ne sicut infructuosam illam ficulneam me iubeat dominus uineae, quem tanto tempore nequiquam expectat, abscidi, uos seueriorem sententiam orando differte, donec doctrinae uestrae pinguedine tamquam stercore amaritudo infructuosa dulcescat. sed quoniam plus sunt apud me delicta quam uerba nec possum facta expiare sermonibus, obsequium saltim epistulare dependo et librum, quem praestiteratis, me remisisse significo aliumque identidem uestrum, si iam necessarius non est, spero per portitorem harum remitti iubeatis simulque, si propitio deo ad solemnitatem sanctorum Gurdonem uenturi sitis, me recurrentibus scire faciatis.

VIII.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO SIDONIO EPISCOPO RURICIUS.

Praedicantibus uobis saepius audisse me recolo nullatenus ab iniquitatibus nos posse purgari, nisi fuerimus crimina nostra conscientia conpungente confessi. quis enim, non dicam con-

9] cf. Matth. 21, 19.

2 peculiariter *v* 4 dilegere *S* pia *v*, pietas *S* 5 affectum *S* 6 corregitis *S* 8 stereli *S* domosa *S* que|entibus *S (s add. in ras. S²)* 10 quam *v* 11 abscindi *v* deferte *S* 12 doctrine *S (d in ras.)* pinguine *S* stercore *Kr.*, stere *S*, terrae *v* 13 dulciscat *S* 15 prestiteratis *S* 16 alium q *S*, alium qui *v* uestrum si iam] uestris usibus nunc *v* 18 iubeatis] ualeatis *Kr.* simulq *S*, simul quod *v* 19 gurdonem *scripsi*, gurdone *SKr.* abituri *v* me *om. v* 25 quis *v*, quiquis *S*

sequi, sed uel quaerere queat indulgentiam, nisi deplorationi confessionem erroris adiungat, quia error indulgentiam, non indulgentia requirit errorem? quod ego ualde uerum esse cognoscens facinus meum nuper admissum pietati uestrae indicare non distuli, ne, quod modo prodente me spectat ad ueniam, tacente postmodum pertineret ad culpam. sed iam ipsum dolum proferimus in medium. furti me uobis reum statuo et depositum uestrum me ignorantibus uobis inlicite praesumpsisse pronuntio. quod ut tamen committerem, occasionem perpetrandi facinoris uos dedistis aut temptantes cupidum aut indoctum erudire cupientes. codicem namque, quem de fratre meo Leontio me recipere iusseratis, transtulisse me fateor. quod si probatis, agnoscite, si inputatis, ignoscite, quia confessioni querella sociatur. nam primum, ut eum legerem, uoluntas inpulit, deinde ille, ut transferretur, extorsit. nam cum de dapibus ipsius adhuc pauca libassem, taliter me gustu inlecebrosi saporis inlexit, ut primi quodammodo parentis imitator domino repente contempto ad satietatem studuerim peruenire magisque consilium suadentis quam imperium dominantis audierim. nam ut omnia pectoris mei arcana manifestem, uidebar mihi libri ipsius uerba adhortantis audire: quid cessas, ingrate, quid dubitas? nosti erga te communis domini uoluntatem, quam diuersis occasionibus te elimare contendat, quam tibi etiam inuito spiritales cibos soleat bonus pastor ingerere. mihi crede, plus tibi, si distuleris, quam transtuleris, inputabit, quia studiosis fauere, non inuidere consueuit. his et talibus silentis adloquiis in uincula eius me uoluntarius pariter et coactus sponte conieci, ad exemplandum eum festinus accessi,

1 querere *S* indulgentiam *S* 3 rerum *S*, serum *v* 5 prodente me *v*, prudentẽ *S* 9 praesumsisse *S* 10 uos *S* (s *eras.*) dedicistis *S* au^{t} *S* (t *man. alt.*) tem^{p}tantes *S* (p *man. alt.*) 11 inductum *S* 12 leoncio *S* 13 ignoscite s. i. agnoscite *S Kr., corr. v* 14 quaerilla *S* 15 inpolit *S* 17 imitatur *S*^{1} 18 contem^{p}to *S* (p *man. alt.*) sacietatem *S* 19 suadentes *S*^{1} 21 ipsius *ex* istius *corr. S*^{1} 22 ingratae *S* du^{b}itas *S* (b *man. alt.*) 23 occansionibus *S* 24 cybos *S* 27 silentio *v* uincula *v*, uinculis *S* 28 sponte *deleuit Mommsenus*

quem nunc utrum, sicut est, transcriptum an paratum reddere debeam, in uestro pendet arbitrio. ego tamen libens multam, quam intuleritis, excipiam, quia remedium meum uestrum credo esse decretum et sententiam uestram medellam duco esse, non poenam.

VIIII.

DOMINO PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO SIDONIO RURICIUS.

Ita me recens praedicatio et antiqua dilectio uestrae pietatis inlexit, ut audeam auribus uestris ineptiis meis facere saepius iniuriam, dum uestram, quantum sterili ingeniolo conceditur, adtingere cupio disciplinam. quam etsi adsequi grande est atque difficile, sequi tamen pulchrum est atque sublime, quoniam summarum rerum non adeptio tantum, sed etiam imitatio ipsa laudanda est, quia numquam fere aliquis eius rei portione ad integrum caret, ad quam scandere ac peruenire contenderit. desidero itaque, domine mi, desidero, inquam, tuis cibis refici, tuo fonte potari, tuis repleri dapibus, tuis epulis saginari, quas si quis distribuentibus uobis non summo ore libauerit, sed totis animae uisceribus adpetens conuiua sorbuerit atque intimo pectoris postmodum easdem ruminaturus absconderit, incipiet adsiduis ructationibus in laudem domini omnipotentis erumpere refertus corde, ore ieiunus, dum satur esurit et saturatur esuriens, magis in regeneratione saturandus. nec deesse poterit cibus, cuius pastus in uerbo est. ut ergo harum deliciarum particeps esse merear, uestris patrociniis obtinete mihique supra mensuram uirium conitenti auxiliatores accedite simulque, ut ab ouili uobis credito non inueniar alienus, orate errantemque ouem a pascuis saeculi ad caulas dominicas reportate, quia

1 nunc *Luetjohann,* ñ *S,* nescio *v* sicut est paratum an simul transcriptum reddere *coni. Mommsenus* transcribtum *S* disparatum *Kr.,* et furto paratum *Gustafsson* 2 pendit *S* 4 medillam *S* 8 predicatio *S* delictio *S* 10 stereli *S* 12 pulcrũ *S* 14 iucunda *v* flere *S* porcionem *S* 16 mihi *S* 21 ructacionibus *S* 22 refertur *S* 24 ciuus *S in ras.* partus *S* ut *r,* & *S* ego *v* diliciarum *S* 26 accedite *S* ut *Luetjohann,* et *S*

confido, quod intercessionibus uestris fieri possit agnus, qui uester meruerit esse discipulus.

X.

DOMINO PECTORI SUO LUPO RURICIUS.

Accepi litteras magnanimitatis tuae, quibus excusare dignaris, quod, ut me rarius eloquentiae tuae rore respergas, baiuli faciat inopia, simulque etiam indicas te mirari, cur, cum mihi eorum frequentia suppetat, uerborum quoque copia compta non desit, uobis scribere saepius detrectem. quod uos per ironiam, ut est leporis uestri facundia, iactasse non ambigo, cum et uos abundetis tabellariis et me sciatis laborare egestate sermonis ac sterilitate exilis ingenii uelut aestiuis mensibus arentis uenae cursum sudare, non fluere. addidistis etiam, sicut Achilli Patroclum aut Herculi Theseum uel Theseo Pirithoum, ita uos mihi debere sociari. in his fabulis factisque maiorum non praerogatiuam personarum, sed conparationem debemus dilectionis accipere, ut amicorum recolentes nomina sequamur exempla et eorum in nos uocabula transferentes merita conferamus atque ex ipsorum gestis magnifica quaeque et honesta carpentes uitae nostrae utiliter coaptemus et seruiamus nobis in caritate candida, non adulatione fucata studeamusque, quod in amicitiis illorum poetarum falsitas finxit, in nobis animorum ueritas peragat, ut, dum imitari uidemur antiqua, relinquamus imitanda et seniorum facta laudantes laudemur a posteris. haec ergo, domine mi, flamma pectoris mei, persuasioni tuae quam conscientiae meae amplius credens gerulo festinante breuiter cursimque dictaui, quae peritia tua et probitas tua, si amici uerecundiae consuluerit, aut celare debebit aut emendare curabit.

4 pectoris sui *Kr., fort. recte, cf. p. 365, 6. 366, 10. 367, 5* 8 comta *S* 9 hiruinã *S* 12 sterelitate *S* aestiuus *S* 14 hirculi *S* 16 prerogatiuam *S* 17 antiquorum *Luetjohann,* amicorum illorum *Gustafsson* 18 et eorum i. n uocabula *add. S in marg.* tranferentes *S* 19 queque *S* 21 fugata *S* 22 amicitus *S* 28 consuluerit *scripsi,* consulit *S,* consulit *v*

XI.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI FREDAE RURICIUS.

Quoniam amoenitati nemoris uestri etiam deserti nostri ineptias uoluistis adiungi, transmisi, sicut iniunxistis, abietum plantas non specie, sed proceritate placituras, non fructibus, sed sui peregrinatione mirabiles, non usu aptas, sed amoenitate iocundas, quippe quae, cum coaluerint, crassitudine umbrarum Ceuennarum frigus oceani sint aestatibus praebiturae, et hoc inter illas praeclarissimas diuersi generis arbores tam decore quam utilitate praestantes, opulentas onere, distinctas flore, odore fraglantes. illic enim industria uestra contulit, quod soli natura non protulit. nam ut ruborem rosarum, liliorum candorem, lauri perpetuum uirorem et alia huiuscemodi similia uisibus praetermittam, quia saepe per abundantiam pretiosa uilescunt et facit copia cotidiana fastidium, illic etiam graminum, germinum, frutectorum peregrinae conlatae sunt suauitates uisui usuique uernantes.

Sed quid illic primum laudandum sit aut mirandum, ubi etiam temporis intemperies temperatur? siquidem inibi torridae feruor aestatis tam umbrarum quam undarum rigore depellitur, hiemis uero in tantum non sentitur asperitas, ut intra eadem positis tepor aeris et cantus auium ueris reddat effigiem. sed quid ego inmemor inperitiae meae paupero sermone, mi domine, ruris uestri diuitias, delicias describere aut enarrare contendo, ad cuius laudem etiam ingenia maiora succumberent? date itaque inpudentiae meae ueniam, quam extorsistis, qui ut auribus uestris uerbosus existerem, dignatio uestra me conpellit, confidens, quod epistula longior uobis, domnis meis, si displiceret affatu, placeret affectu, cum intelle-

2 sc̃pquae *S* fredar *v* 4 iniunxistis *r*, adiunxistis *S* 5 speciae *S* 8 oceani sint *Mommsenus*, oceanis in *S* estatibus *S* prebiturae *S* 9 preclarissimas *S* 10 prestantes *S* 11 fraglantes *scripsi*, flagrantes *S*, fragrantes *v* illis *v* 13 similia S^2, familia *?* S^1, uilia *Mommsenus*, futilia *Gustafsson* 14 uilibus *v* praeciosa *S* 15 uiliscunt *S* 17 usuisuiquę *S* 20 aetatis *S* 22 aedem *Luetjohann* potius *v* tempora eris S^1 24 discribere *S* 25 ennarrare *S* 26 dat ei *S* 28 epistola *S* 29 placerit *S* intellegeritis *S*, intellexeritis *v*

geretis eam non pro eloquentiae lepore, sed pro uestro amore copiosam, simulque, quia sciebam sublimitatem uestram in amicis uestris plus reprehendere taciturnitatis uerecundiam, quam loquacem familiaritatis audaciam.

XII.

DOMNO PECTORIS SUI CELSO RURICIUS.

Trepido in praeconium uestrum os elingue reserare, cui scio iure etiam ingenia maiora succumbere. quid enim primum de affectionis aut dignationis uestrae laude commemorem, qui omnes mihi ruris, moris et, quod his omnibus maius est, caritatis delicias contulistis, aut certe, si quid horum defuit, deputandum tempori, non uobis est inputandum. nam totum apud uos, quod carum pectus, quod habuit clarum mundus, inueni, nulla me penitus iocunditate fraudastis. quin etiam desiderabile mihi hospitioli mei desertum uestra uicinitate fecistis. et idcirco me magis finitimum uobis esse congaudeo, quia non ex toto malus est, qui bonis iungitur.

Sed ne exhibeat uobis [esse] ineptia sui longior sermo fastidium, salue largissimum dico et uitrarium, sicut iussistis, me destinasse significo, cuius opus nitore, non fragilitate oportet imitetur, ut dilectio, quae nobis a parentibus relicta, a magistro tradita, uitae communione firmata est. secundis elimetur, aduersis nulla penitus turbinum procella frangatur. nam sicut auri atque argenti pretiosa sinceritas, si aeris aut plumbi uel cuiuslibet alterius materiae uilioris fuerat admixtione corrupta, nisi ignium examinatione purgetur, nec splendorem naturalem poterit habere nec sonum, nam nec uisui claritatem nec tinnitum reddit auditui magisque raucum resonat, si feriatur, et stridulum *********

3 plu *S* 7 preconium *S* elinguae *S* 10 moris] oris *coniciendum uidetur v*, nemoris *Kr.* 11 dilicias *S* 14 pẽitus *S* 16 congaudio *S* 18 uobis [esse] *scripsi*, uob esse *S*, u. ipsa *v*, uobis seu *Kr.* sui] seu *Kr.* 20 distinasse *S* 21 *num* imitemur *scribendum?* a *ante* magistro *om. v* 22 *ante* secundis *in S rasura 2—3 litterarum exstat* 23 paenitus *S* 24 preciosa *S* 25 fuerit *v* 26 purgatur *v* 29 *lacunam indicauit Mommsenus*

Hanc ergo sententiam, non meam, sed domini, frater optime, contuentes pariter et sequentes ita uitam nostram medio cursu gubernatore ipso domino temperemus, ut, quamquam serenitas adrideat, prosperior flatus inuitet, mare placidum blandiatur, scientes tamen illam aequoris subiecti planitiem ad instar montium repente consurgere nequaquam in altum nauem nostram patiamur inpelli, ubi eam aut tempestas soluat aut unda demergat.

XIII.

DOMNO PECTORIS SUI CELSO RURICIUS.

Recepi apices germanitatis tuae, qui mihi non parum scrupuli retulerunt. uereor enim, ne secus de litterulis meis, quam a me missae sunt, senseritis et idcirco quasi temerariae praesumptionis me notare uideamini, dum, ut pro uobis orem ac saepius commoneam, postulatis. egone, frater optime, castigare uos audeam, qui me nequeo castigare? egone uos, qui me adhuc in saeculi turbinibus tamquam in maris aestibus cumba instabili fluctuantem quasi iam de sublimiori specula uel eminentiori colle respicitis? egone uos, qui ad portum ueniae per paenitentiae indulgentiam domino gubernatore ****? non ego penitus, frater dilecte, sic scripsi, ut mihi aliquid blandiens uos inprobo dente morderem nec ut uos laederem, sed mihi epistulae familiaritate uincirem. nam si bene consideretis, uotorum sunt illa uerba, non actuum, et optantis potius quam monentis, quia non, quid ageremus, sed, qualiter uellem, ut uiueremus, exposui. ceterum si actus uitae meae praeteritae praesentisque discutias, pudebit te intimo et secretissimo fratre teste ferre, quae non puduit deo teste promittere, pro quibus

3 quamquam *scripsi*, quã *S*, cum *v*, quamuis *Kr.* 4 adrideat *v*, adreddat *S* 5 planiciẽ *S* 6 nequaquam *Kr.*, nequam *S*, neque *v* 7 saluat *S* 8 dimergat *S* 12 litteris *v* 13 a me ammissę *S*, *corr. v* senseritis *Luetjohann*, inseritis *S*, censueritis *r* timerariae *S* presũptionis *S* 14 me notare *Kr.*, menostrae *S*, memores *v* 17 saeculi adhuc in *v* 18 fructuantẽ *S* 19 respecitis *S* 20 gubernatore *S* *lacunam uerbis* iam appulistis *expleri iubet Kr.* 21 paenitus *S* delicta *S* 23 uincerem *S* 25 uellim *S* 27 presentisque *S* 28 committere *coni. v*

facinoribus meis spero uos potius domino supplicetis, ut, quos in hoc saeculo amicitiarum et propinquitatis uoluit esse consortes, in futuro bonorum iubeat esse participes.

XIIII.

DOMNO PECTORIS SUI CELSO RURICIUS.

Equum, qualem iusseras, destinaui mansuetudine placidum, membris ualidum, firmum robore, forma praestantem, factura compositum, animis temperatum nec praeproperum scilicet uelocitate nec pigrum ⟨tarditate⟩, cui frenus et stimulus sit sedentis arbitrium, cui ad euehendum onus et uelle suppetat pariter et posse, ita ut nec cedat superposito nec deponat impositum. his itaque, sicut oportuit, intimatis, salutatione praelata, pollicitatione dispensa promissa deposcimus, ut ad sollemnitatem sanctorum ad nos deo propitio una cum sorore uestra uenire dignemini honorem patronis, fratribus affectum, gratiam populis praestituri.

XV.

DOMINO SUO PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO AEONIO EPISCOPO RURICIUS.

Agnito transitu sanctae ac uenerabilis apud me recordationis domini mei decessoris uestri Leontii animo et mente confusus diu multumque tristatus sum, quod et inpedientibus peccatis meis tanto antestiti occurrere non merueram et tali essem parente priuatus. cuius etsi exterioris hominis non fruebar aspectu, interioris tamen gratia delectabar et mentis acie iugiter adhaerebam, per quem et in quo mihi praesens quodammodo et cernebatur obtutu et audiebatur affatu et palpabatur adtactu

6 distinaui *S* mansuetudine—impositum *Ruricius infra II 35 repetit* 7 fartura *coni. v* 9 tarditate *om. S, cf. Rur. II 35* sedentes *S* 11 pariter *om. v* 12 onortuit *S* 13 pollicitacione *S* deposcemus *S* 15 uestra *scripsi*, nostra *S*, *om. v* dignimini *S* 16 populi *S* 18 eonio *S* 20 sancto *v* et *v* uenerabiles *S* recordacionis *S* 21 leonti *S* 24 exteroris *S* 26 adherebam *S* 27 affatu *Luetjohann*, affectu *S*

et tenebatur amplexu, siquidem cari nullo se melius loco quam in corde caritatis ipsius sede conspiciunt. unde et amplius desiderabam oculis uidere carnalibus, quem ita spiritalibus intuebar. sed dolori meo consolationem ea, quae prius tribuerant solacium, ipsius merita dederunt, quia confido, quod, quem paterna pietas dilexit, et sedula intercessione custodiat.

Sed haec sanctitati uestrae quasi uobiscum colloquens atque a uobis maeroris ipsius leuamen requirens dictante dilectione retuleram. nunc uero, ut dicere institueram, accersione ipsius domini mei et apostolatus uestri ordinatione conperta ad officium uestrum mittere cogitabam. sed muneribus uestris humilitatis meae praeuenistis obsequium, quae mihi maiorem scribendi fiduciam contulerunt, quia praesumo, quod, quem liberalitate feceritis dignum, ab animis uestris non habeatis alienum. et ideo, sicut datis intellegi, quoniam tanti habere dignamini, sospitationem beatitudini uestrae per litteras uberem dico simulque peculiari prece deposco eo mecum agere tanti habeatis affectu, ut domnum Leontium praemisisse et commutasse potius quam perdidisse cognoscam.

XVI.

DOMINI UENERABILI, ADMIRABILI ET SANCTIS OMNIBUS AEQUIPERANDO FRATRI SIDONIO UIDENTI RURICIUS.

Olim te, frater carissime, fama celeberrima praedicante cognoui et in sede caritatis illis, quibus ipse melius terrena despicis et caelestia diuinaque consideras, oculis mentis aspexi, unde ipsius nomen adscripsi, cuius munere donatum esse te uidi. et ideo, dum te in speculo cordis diligenter et pulchritudinem interioris hominis tui uehementer admiror, ad desi-

22] cf. 1 Reg. 9, 9.

1 se melius *v*, semilius *S* 5 quod *v*, quotquot *S* 6 pietate *v* 9 retuleram *scripsi*, retulerim *S* accersione *v*, arcersione *S* 10 offitium *S* 13 fiducia *S* presummo *S* 14 feceritis *v*, facieritis *S* 15 dictis *v* intellexi *v* 16 beatitudinis *S* 17 tanto *v* 23 carissimae *S* predicante *S* 24 despicis *v* 27 *post* diligenter *Mommsenus* intueor *inserit*

derandum animi mei uiscera concitasti, quae in tantum affectum tuum meracissima dilectione commota sunt, ut, quem spiritalibus oculis contemplor, etiam carnalibus cernere concupiscam. quam ob rem salue in Christo domino plurimum dicens specialius quaeso, ut una cum domno meo episcopo, quem ad nos uenturum pro sua dignatione confido, uobis ad humilitatem nostram uisitandam faciatis iniuriam, ut possimus in unum positi fructum de nostra inuicem capere praesentia, dum sciscitantis intentio fit respondentis eruditio et mutuus quodam modo profectus discentis efficitur et docentis. pax, pax, pax.

XVII.

DOMNO ANIMAE SUAE ET TOTIS IN CHRISTO DOMINO DILECTIONIS UISCERIBUS EXCOLENDO POMERIO ABBATI RURICIUS EPISCOPUS.

Scriptum est, sicut ipsi melius nostis: mihi uindicta, ego retribuam, dicit dominus. iam uos mihi, si quid inputatis, ignoscite, quia sciatis dominum uindicasse. tam auiis esse nos itineribus noueritis in tam abditas solitudines inductos, ut eas retexere animus horreat, mens refugiat, sermo non queat. incurrimus namque semitam obstructam ramis, spatio constrictam, spinis hirtam, stirpibus clausam, obsitam sentibus, situ asperam, saxorum aggeribus inpeditam, radicum conexione constratam, caeno uoraginosam, ut in tam uariis tamque multiplicibus malis non esset simplex forma periculi, dum caballorum pedes radicum uirtus detinet et soli putredo non sustinet, montibus uero ita in sublime porrectam et uallibus in profunda demersam, ut nos per undosum mare excitantibus eum uentorum saeuientium flabris erepto ab oculis nostris nebulis ac nubibus die iter agere crederemus, quia, etiamsi mundo radius solis inluxit, ad nos prae densitate nemoris splendor ipsius et calor peruenire non ualuit, dum nos ita per iter infelicium filicum

14] Rom. 12, 19.

5 queso *S* 8 carpere *r* presentiã *S* 14 uindictam *S* 17 nos esse *r* 20 sensibus *S* 22 uora gnosam *S (i man. alt.)* 25 profundo *Kr.* 26 dimersam *S* eum *om. r* 30 filicuṁ *Kr.*, felicũ *S*, felicium *r*

proceritas premit et sic inundatio roris aspergit, ut contracti frigore uel coacti apricitatem ignis plurimi diebus cynocaumatis quaereremus.

Sed cum ad locum, ad quem tendebat intentio, peruenissemus, uallati aquis atque madefacti siti occepimus deperire, quia, cum esset, ut diximus, rigor in aere, erat tamen tepor in fonte, odor in flumine, ardor in campo, aestus in castro. et, ut breui sermone uniuersa concludam, per talem uiam nos iter egisse cognoscite, per quam nec ad paradisum, non dicam ad exilium quisquam ire desideret. quapropter quia haec omnia dominus noster et me incurrere et uos iussit euadere, peccata mea a uestris meritis etiam uisibili itinere discernens, ut uos, qui arta et laboriosa spiritaliter pergitis uia, istius non incederetis angustias, et nos, qui lata et spatiosa retrorsum semper respicientes incedimus, huius incurreremus iniurias, orate dominum, cui omnia possibilia confitemur, ut, etsi per diuersum iter, ad unam nos tamen urbem faciat conuenire, in quam nos misericordia potest inferre, uos merita.

XVIII.

DULCISSIMO ET UNANIMO FILIO OMMATIO RURICIUS EPISCOPUS.

Ut per Uenerium dulcedini tuae non scriberem, non neglegentiae nec inputationis alicuius, sed occupationis fuisse cognosce. unde has per Amelium dedi, quibus salue plurimum dico et, ut propositi tui semper reminiscaris, admoneo. nec animum tuum iam deo dicatum aut a coepto itinere blandior uisus auocet aut modulatior corrumpat auditus aut dulcior gustus

17] Psalm. 121, 3.

1 sic *r*, si *S* 2 frigoreue *Mommsenus* plurimis *r* 3 quaereremus *Mommsenus*, querimus *S* 4 quem *add. r, om. S* 7 in campo *corr. ex* in comite ? S^1 9 cognuscite *S* paradysum *S* 10 ire quisquam *r* 12 ut *scripsi*, et *S* 13 istas *r* incederetis *S*, inceditis *Kr.*, incedere debetis *Mommsenus* 14 nos *ex* non S^1 15 incurreremus *scripsi*, incurrimus *S* 17 una *S* 20 omacio *S* 21 dulcidini *S* 22 inputacionis *S* 23 as *S* (h *man. alt.*) 24 remiscaris *S* ammoneo *S*, commoneo *r* 25 cepto *S* 26 modolacior *S*

inficiat aut mollior sollicitet tactus aut suauior odoratus inliciat et per fenestras corporis mors intromittatur ad animam, sed neque stiuam tenens contra domini sententiam retro respicias, ut directum lineae sulcus amittat, quin potius ita in eum, cui te ipso inspirante uouisti, omnibus sensibus inhies et corde defixus adhaereas, ut, cum te uel una praefatorum uitiorum inlex forma pulsauerit, fide firma et diuina meditatione munitum pectus adire non possit. et, quamlibet in turbis positus esse uidearis, intrans in cubiculum cordis tui clauso ostio tuo dominum orare non desinas, ut, qui uidet in occulto, dicat tibi, sicut sancto Moysi uociferanti ad se non uoce, sed corde dicebat: quid clamas ad me? et spero, ut in talibus orationibus etiam mei meminisse digneris et citius te ad nos, etiamsi noster non reducit affectus, desiderium dulcissimae et saluberrimae quietis adducat.

9] Matth. 6, 6. 12] Exod. 14, 15.

1 inlicet *S, corr. v* 2 et] ut *Kr.* 6 adhereas *S* 13 mimenisse *S* dignaris *S* 14 noster] n̄r *S*, inter *v* non] nos *v* 15 adducat] *add. S:* ex̄pl domni ruricii epistolarū lib̄ primus inc̄ip liber II

RURICII EPISTULARUM
LIBER SECUNDUS.

I.

DOMNIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEUINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

Antiqui sapientes amicos duos unam animam habere dixerunt, quod ualde uerum esse ego praedico proboque. nam postquam a uestra germanitate discessi, diuisum esse me sentio partemque meam uobiscum resedisse cognosco nec absentibus uobis integer esse mihi uideor. et cum me in me non inueniam, apud uos me ad uos reuersus inquiro atque ibidem, quantum mei uobis reliquisse, tantum uestri mecum abstulisse conspicio. et ita, priusquam fiat annuente domino pignorum nostrorum uotiua coniunctio, animorum inter nos facta iam diuisio, quae diuisio amplectenda magis est diligentibus, quam uitanda, per quam fit in cordibus eorum caritatis integrae sincera transfusio. cuius ego uinculis conligatum a uobis esse me gaudeo et talibus catenis uinctus exulto obstringique me earum nexibus magis cupio, quam resolui, quibus et uos constrictos esse confido. redeuntibus itaque uobis salue largissimum dico et ex omnibus gratias agens derelinquo, quae ad praeconium uestrum pertinent. idcirco me siluisse significo, quia in pro-

4 sublimis *omisso* et *S*, sublimissimis *r* 5 namacio *S* 6 antiqui—conspicio et] *cf. Ruric. II 10* 7 ego *om. r* 9 residisse *S* absensibus *S*[1] *corr.* 10 integrum *infra II 10* mihi *r*, me *S Kr.* 11 euersus *S* 12 mei uobis *scripsi*, me iubes *S*, me uobis *Kr. ex epist. II 10* abstullisse *S* 13 conspitio *S* 15 diuisio *r in notis*, diuino *S* 18 eorum *S Kr.* 19 constrictus *S* 20 uobis *scripsi*, uestris *S* 22 ūm *S*, nostrum *r*

priis laudibus, sicut dicitur, est odiosa iactatio. uestra enim laus mea facta est et ideo, ut dixi, de magnanimitate uestra tacere melius duxi, quia, quicquid de uobis dixero, mihi uideor contulisse.

II.

DOMINIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEUINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

Inter reliquas grates, quae a me uobis iure referendae sunt, praesentia ac uisitatione patroni communis domni Postumini ingentes gratias ago, quod hospitiolum nostrum fecistis ipsius orationibus inlustrari, quia, dum uobis exhibet fidem, nobis tribuit benedictionem. et licet fuerit uigilantissimus inspector, importunissimus exactor, districtissimus exsecutor, leuia tamen haec omnia gratia uestra et sanctitatis suae ponderatione pensauimus, quia, sicut scriptum est, caritas omnia sustinet, caritas numquam excidit, praesertim cum hoc, quod uisus ⟨est⟩ exigere, nobis eum credimus dei beneficio contulisse. itaque eo propitia diuinitate remeante non, quia necessariae essent, sed, quia ipse uoluit, dedi, quibus indiuiduae germanitati uestrae salue largissimum desiderans dico et iter meum uestrumque conspectum mente praeuenio atque omnia, sicut iussistis et dignum ac debitum fuit, inspecta, tradita, firmata significo. nec uereor, quod debeat animos uestros uel aliquantisper offendere, quod unum uocabulum de libello dotis uidetur esse subtractum, cum hoc, quod deest numero, non solum compensatum, sed etiam auctum agnoscatis in merito.

15] 1 Cor. 13, 7.

1 iactantia *v* 6 sublimis *S*, sublimissimis *v* deuictissimis *S* 7 namacio *S* 8 gratis *S corr.* 9 presentia *S* *ante* praesentia *Luetjohann* pro *supplenit, Kr. lacunam indicauit* uisitatione *Luetjohann*, usi one *S* *(tati eras.?)* patrono S^1 10 hospiciolum *S* nostrum *Luetjohann*, uestrum *S* 14 sanctitatis *v*, scitas *S* 16 presertim *S* 17 est *addidi, om. S* 18 propitia diuinitate *Luetjohann coll. II 63*, propria diuinitate S^1 *(ciuitate S^2)*, propria ciuitate *v* 19 ipse *om. v* indiuidue *S* 20 et *om. v* 23 aliquatisper *S* 24 uident *v* 26 agnoscatis *scripsi*, agnoscitis *S* marito *Kr.*

III.

DOMNIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEUINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

Quam grauiter sim de luctu uestro nuntii atrocitate perculsus, facilius uos pro mutuo potestis amore conicere, quam ego possim litteris intimare, quia animus nimio maerore confectus, quod horret recolere, renuit expedire. doleo, fratres deuinctissimi, tam acerbo casui uestro ⟨et⟩ ex toto corde conpatior. nam etsi ad praesens a uobis disparatus sum corpore, tamen semper mente coniungor et, dum a uobis animo non recedo, planctibus uestris interesse me credo, quia secundum diuinam sententiam, quod patitur unum membrum, omnia membra conpatiuntur in corpore. nos enim non solum fide concorporamur in Christo, sed etiam filiorum coniunctione conectimur. unde etiam, si aurarum tanta intemperies permisisset, ad solandos uos pro epistulis ipse uenissem.

Sed quid facimus, fratres optimi, quod diuinae resistere iussioni, sicut uirtute non possumus, ita nec uoluntate debemus et omni aduigilantia praecauere, ne, dum dulcia nobis pignora nimio dolore deflemus, blasphemi aut quodam modo iniuriosi inueniamur in domino et grauius animam nostram auctor ipsius mortis inuenta occasione confodiat, quam carorum amissione percussit? ideo in omni amaritudine uel dolore ad illum nobis refugiendum est et ad illum omnes casus nostri toto corde referendi, qui sanat uulneratos, qui releuat maestos, qui consolatur adflictos, et illa sancti Iob sententia omnino dicenda est: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino

11] 1 Cor. 12, 26. 27] Iob 1, 21.

2 diuinctissimis *S* 3 namacio *S* cerunię *S* 4 nunti *S* 7 rennuit *S* 8 diuinctissimi *S* acerno *S* et ex *scripsi,* ex *S,* et *v* 9 presens *S* disparatus *S* (se *man. alt.*) *cf. II 36,* separatus *v* 13 conpaciuntur *S* 14 concorporam *S* 15 curarum *v* 17 sed quid—*p. 375,9* assumptum *cf. II 39* obtimi *S* diuine *S* 19 precauere *S* 21 uideamur *v* 22 mortis *cf. II 39,* meritis *S* 24 tot *S* refendi *S, corr. v* 26 sententia sancti Iob *v*

placuit, ita et factum est, sit nomen domini benedictum. haec ergo, domini pectoris mei, scribere uobis idcirco praesumpsi, ut dolorem communem, quem sciebam, quod uerbis meis mitigare non poteram, uel diuinis eloquiis utcumque moderarer. et uere non minimum potestis capere de Christi uoluntate solatium, quod, quatenus ipsum inmaturus manebat interitus, talem eum est dignatus assumere, qualium regnum dixit esse caelorum, ut et patronum haberetis ex filio et minus doleretis amissum, quem a domino uidebatis assumptum.

IIII.

DOMINIS SUBLIMIBUS ET IN CHRISTO DOMINO DEUINCTISSIMIS FRATRIBUS NAMATIO ET CERAUNIAE RURICIUS.

Saepius, carissimi fratres, per communis luctus acerbissimum casum uobis scribere aut ad uos uenire disposui, sed semper me et ab itineris procinctu infirmitas corporis et ab epistulari officio nimius dolor cordis retraxit. nam si quando ad scribendum animum sum conatus intendere, statim sensus horruit, mens refugit et ita mihi pro sermonibus semper fletus occurrit, ut prius paginam lacrimarum imbre perfunderem, quam stilo pingerem, sicut dixit ille paternam indicans de filii amissione pietatem:

> Bis conatus erat casus effingere in auro,
> Bis patriae cecidere manus,

uel quod potius a me dicitur, quoniam negabat consolari anima mea. haud iniuria. perdidi enim filiam, quam et me suscepisse et uos genuisse gratulabar, perdidi uitae solatium, posteritatis spem, decus familiae, cordis gaudium, lumen oculorum. nec simplici sum orbitate perculsus. nam cum filia

8] Matth. 19, 14. 23] Uerg. Aen. 6, 32 sq. 25] Psalm. 76, 4.

3 presumpsi *S* quo *S* 5 moderarer et uere] moderare uere S^1, moderarem & uere S^2, moderarer uere *Kr.* 6 ouatenus *S* 7 tale meum *S* assummere *S* 12 diuinctissimis *S* 13 namacio *S* 14 ꝑ *S*, propter *v* aceruissimum *S* 17 offitio *S* 18 conatús sum *v* 21 fili *S* 26 aut *S* 29 filiã *S*

et fratres amisi, quorum me solabar affectu, quorum me coniunctione iactabam. disrumptum est, fratres carissimi, uinculum germanitatis nostrae, ablatum nobis est pignus mutuae caritatis. hei mihi, fratres optimi, dum depositum uestrum, cuius me traditione ceperatis, amitto, una uos perdidi et ideo in unius necessitudinis gradu complurium mihi necessitudinum solatia sublata suspiro.

Solam tamen patriam, quae mihi per ipsam adquisita fuerat, non amittam, qui hanc mihi potissimum terram, quam illa corpore suo occupauit, patriam iudicabo. sed quo inmemor officii, memor gratiae dolore impellente progredior et tempore aliquatenus uulnus obductum rediuiua recordatione tamquam noua sectione rescindo et, qui consolari uos potius per diuina promissa cupiebam, consolationem ipse non capio? causas tamen uobis recidiui huius doloris exponam. utcumque enim animus maerore confectus recipere consolationem apostolica exhortatione iam coeperat, qua ait: nolo uos ignorare, fratres, de dormientibus, ne contristemini, sicut ceteri, qui spem non habent, sed, ubi infelix noster communis aduenit et eum sine ea, qua prius splendebat, gemma conspexi, per quam mihi et acceptior esse solebat et gratior, et quasi ornamento proprio spoliatus mihi et indecorus apparuit. nouit ille, fratres carissimi, qui cordium occulta rimatur, quod ita mihi dolor repente geminatus est et ita mihi per singulos dies de tanta indole illius et istius desolatione affectus duplicatur et luctus, ut nec hunc aspicere ⟨nec⟩ illius meminisse sine lacrimis queam et propheticum illud saepius dicam: quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum? sed ille populi sui peccata deflebat, ego uero propria, quae et me et uos pondere suo et numerositate presserunt, ego ut illius mortem et meam uitam, illam defunctam et me superstitem plangam.

17] 1 Thess. 4, 12. 27] Ier. 9, 1.

1 solebar *S* 2 disrumtũ *S* 4 obtimi *S* 5 pdedi *S* 10 offitii *S* 14 capio *c*, cupio *S Kr.* 15 uobis *c*, uos *S* 17 quae *c* fratres ignorare *v* 18 nec *S* contristimini *S* 21 acceptiores se solebant *S, corr. c* 25 duplicatus est *c* 26 nec *add. c, om. S* 27 illũ *S*, illum *Kr.* 29 que *S* 31 ut *ante* illam *inserit Mommsenus*

Longe aliud tibi, uenerabilis soror, quasi de nostris meritis praesumebas, cum tantum tibi nimia caritate decepta de nostris orationibus me refellente promitteres, ut et domum tuam nostra intercessione saluandam et filiam per me, ut ita dicam, fore crederes immortalem. sed cito apparuerunt merita mea, quae et me inremediabili uulnere sauciarent et te secus, quam oportuerat, de peccatore credentem tanti pignoris orbitate percuterent. uel nunc certe, in Christo domino uenerabilis soror, et te falsa credidisse et me uera dixisse cognosces. sed nimium diu immemores praeceptorum caelestium humano dolori praebemus adsensum. ad diuina nobis praecepta redeundum est, ne ita plangamus corpore mortuam, ut ipsi corde moriamur. discedentes ergo paululum de praesentibus rursum futura cogitemus, ut, quos infirmant praesentia, futura corroborent. nos debemus, fratres carissimi, illam ferre condicionem humanae fragilitatis, quam et prophetae et apostoli et sancti iustique omnes uel, quod maius est, omnium dominus noster suscipere dignatus est. deplorare, sed magis deo gratias agere et gaudere nos conuenit, quod filiam, qualem uoluimus, quamdiu is, qui dederat, permisit, habuimus et, qualem uoluimus, non perdidimus, sed ad Christum ipso iubente praemisimus. habere enim filios generalis est beneficii, bonos uero habere specialis est praemii, sicut uiuere commune est omnium, bene uero uiuere et bene discedere de hac uita paucorum est, non tamen naturae conditione, sed culpae, nec diuina praescriptione, sed propria uoluntate.

Et ideo non turbetur cor nostrum nec filiam pro amissione, sed pro desiderio defleamus, ne aut promissis dominicis incredduli aut praeceptis obnisi esse uideamur. fleant liberos suos, qui spem resurrectionis habere non possunt, quam eis perfidia

2 presumebas *S* 3 promitteris *S* et *om. v* tuum *S* 5 crederis *S* 11 prebemus *S* precepta *S* 13 discendentis ergo *S* presentibus *S* 14 corroborarent *S, corr. v* 19 nos *Luetjohann,* non *S* qualem] quidem *add. v* uoluemus *S* quam diuis *S* 20 pmisit *S,* promisit *r* quadem uoluimus] quidem mutauimus *v* 22 beneficu *S* bonus *S* 23 premii *S* uere *S* 24 discendere *S* 25 prescriptione *S* 28 nec ut *v* dominicis promissis *r* 29 praeceptis obnisi *Mommsenus,* preceptis obtimi *S,* praecepti obliti *r*

sua ademit, non diuina sententia. fleant mortui mortuos suos, quos in perpetuum aestimant interisse, illi nullam maeroris sui habeant requiem, qui non credunt esse requiem mortuorum. nobis uero, quibus et spes et portio Christus est, spes in terra morientum, portio in regione uiuorum, quibus mors ista non naturae, sed uitae praesentis est finis, quia eam in melius credimus esse reparandam iuxta apostoli sententiam: cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, cum propheta dicendum est: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino uisum est, ita factum, sit nomen domini benedictum, quia tenenda est in temptatione paenitentia, ne cogat aut ore aut corde delinquere.

Fletus itaque nostros fides prompta detergat, quia credimus caros nostros uitam non tam perdere quam mutare, relinquere saeculum aerumnis et luctibus plenum et ad regionem beatitudinis festinare, exire de peregrinatione laboriosa et ad quietis patriam peruenire, unde et propheta dicit: educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.

Credite mihi, fratres carissimi, quia illa iam de sua quiete secura de nostra est salute sollicita. quae si nobiscum posset miscere conloquia, hoc diceret: nolite, pii parentes, nolite me flere nec ingrati tam benigno domino planctibus nimiae dilectionis existere. esto, habuerit tempore meae arcessitionis hoc pietas, iam debet dolorem uestrum fides cum tempore temperare, quia, etsi uobis mortua sum, deo uiuo. aut numquid uos magis potestis amare quam dominus, qui me fecit, quomodo uoluit, redemit, quia uoluit, et, quando uoluit, pro sua pietate suscepit? aut quod magis doloris uestri potestis habere solatium, quam quod dominus noster unicum filium suum pro

1] Luc. 9, 60. 7] 1 Cor. 15, 54 (53). 9] Iob 1, 21. 17] Psalm. 141, 8.

1 adimit *v* 2 quos *Luetjohann coll. II 46,* quod *S* interrisse *S* nulla *S* 5 morientium *ex* morientum *S* porcio *S* 6 presentis *S* eam *ex* enim ? *S* 12 aut ore *v,* auctore *S* 13 nostro *S,* uestros *v* prumta *S* 14 pdedere *S* 15 aerumnis] cernimus *v* 20 possit *S* 21 dicere *S* 23 habueret *S* arcisitionis *S* 26 quomodo uoluit redemit *Mommsenus,* quo modo noui tremit redimit *S,* qui me donauit uita, emit, redemit *v*

nobis est tradere dignatus ad mortem? et cum filius dei secundum carnem mori uoluerit, homo tam acerbe debet conditionem humanae sortis excipere? quam ob rem, piissimi parentes, uestra potius peccata deflete et de satisfactione uestrorum criminum cogitate, ut, si me in Christo diligitis, quia me uere diligere non potestis, nisi in domino diligatis, in sinum patriarchae uenire mereamini, ubi dominus pro innocentiae me meae puritate et pro sua pietate constituit, quia misericordia eius melior est super uita, ut ibidem non falsis, sed ueris, non temporalibus, sed aeternis gaudiis pariter exultare possimus.

Talibus oportet, ut nos, optimi fratres, et his similibus praeceptis ac sponsibus dominicis consolemur, quia, sicut apud dominum futura iam facta sunt, ita fidelis catholicus promissa caelestia, quae tempore suo implenda confidit, debet iam quodam modo habere praesentia, spe praecipere, possidere fide, operibus obtinere. haec enim sunt, quae nobis exhibent in maeroribus solatium, in contrariis fiduciam, in prosperis moderationem, ne aut extollamur secundis aut cedamus aduersis aut tristibus consumamur.

Haec ergo, fratres carissimi, transmittenda uobis ad communem quandam consolationem haud sine magno animi dolore dictaui. nec me paulo latius protrahere sermonem affluentia uerborum conpulit, sed aestus animorum, ut desiderium, quod recordatio accenderat, commemoratio diutina crebra leniret. et in hoc etiam parem gratiam erga communem filiam conprobemus et, sicut nos eius uita deuinxerat, ita eius memoria in eadem dilectione custodiat.

8] Psalm. 62, 4.

2 acerue *S* 3 humane *S* 4 uestra| *S* deflere S^1 6 sinu| *S (s erasum)* 7 me *add. Mommsenus, om. S* 10 temporalibus *S (rali in ras.)* 11 uos *v* 12 sponsionibus *v* consolemus *S, fort. recte* 13 promissae *S* 14 etiam *v* 15 precipere *S* 16 noƀ rexhibent *S* 18 aut aut cedamus *S* 21 haud *Luetjohann,* ut *S,* non *v* 22 ne *S* 23 ut *c,* et *S* 24 commemoratio diutina cebra *S,* acerba commemoratio diutina *Mommsenus* et *delet Mommsenus* 25 ergo *S* 26 *num* ut *pro* et *scribendum?* deuixerat *S* 27 dilectionem *S*

V.

DOMINO SUBLIMI ET IN CHRISTO DOMINO DEUINCTISSIMO FRATRI NAMATIO RURICIUS.

Qui occasionem scribendi pro necessitudinis iure perquirimus, oblatam praetermittere non debemus, ut reddat nobis quandam praesentiae portionem sermo mediator, qui emittitur et non amittitur, tribuitur et habetur, uidetur discedere nec recedit, a me dirigitur, a te suscipitur, a me scribitur, a te legitur nec tamen diuiditur, cum quasi diuisus integer utriusque corde teneatur, quia uerbi more diuini traditur et non egreditur, confertur indigenti et non aufertur auctori accipientis lucrum sine dispendio largientis, ditans inopem nec attenuans possessorem.

VI.

DOMNO SUO ET PECULIARI IN CHRISTO DOMINO PATRONO CHRONOPIO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

In ordinando grege dominico uel regendo inter speculatores atque praepositos non praesumptio debet esse, sed ratio, et de custodia sollicitudo, non de peruasione contentio, ne mercennariorum subeant notam, dum pastorum non tenent disciplinam, et inueniantur, sicut apostolus dicit, non Christi gloriam affectare, sed propriam, dum malunt ab hominibus percipere laudem, quam a domino expectare mercedem praesentis appetitores lucri et praemii contemptores aeterni. unde, sicut idem apostolus docet, si pacifica ad opus sanctum congregatione concordes, si sine simulatione diligentes, si cum sollicitudine ministrantes, si unius capitis membra sumus, corporis unani-

20] Ioann. 7, 18; 1 Thess. 2, 6. 24] Rom. 12, 9. 8, 4.

2 dño *S* diuinctissimo *S* 3 namacio *S* 4 *tota epistula prior epist. II 36 pars est* 5 pretermittere *S* 6 porcionem *S* mediator] *cf. ep. II 36,* meditatur *S,* meditatus *e* 7 admittitur *S* tribuetur *S* discendere *S* 12 dictans *S* nec attenuans *e,* negat tenuans *S* 14 cronopio *S* 17 prepositos *S* 18 ne| ñ *S* 19 notam dum *e,* notandũ dum *S* 20 inueniatur *S* 21 mallunt *S* 22 praesentias apetitores *S*

miter debemus esse rectores, quia caulae gregis dominici possunt esse numerositate multae, non fidei uarietate diuersae, ut, sicut ipse dominus praenuntiare dignatus est, non nobis per inuidiam dissidentibus et per dissensionem gregem dominicum diuidentibus multiplex per nos schisma procedat, sed magis per unitatem doctrinae simplicis oues dominicas congregantibus fiat in nobis unus grex et unus pastor, qui, sicut est rex regum et dominus dominantium, sacerdos sacerdotum et pontifex pontificum, ita intellegatur et pastor esse pastorum. quam ob rem studio caritatis, non cupiditatis has ad sanctitatem uestram ⟨per⟩ presbyterum meum pro dioecesi Gemiliacensi, unde iam pridem uobis scripseram, destinaui, ne, si taeuissem, neglegentiae deputaretur, non concordiae, rationi inrationabili uiderer cessisse, non paci, ut, si agnoscitis uera esse, quae dico, aut iusta, quae repeto, nec me iniuriam diutius nec uos inquietudinem sustinere patiamini.

VII.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI ELAPHIO RURICIUS EPISCOPUS.

Ita propitio deo operum tuorum fama percrebuit, ut omnes in laboribus constituti commendari se germanitati uestrae omni precum ambitione deposcant, quia fatigationem suam apud uos effectum habere non dubitant. unde etiam portitor harum, nomine Ulfila, quem mihi Pharetrius presbyter suis litteris commendauit, ad uos commendaticias postulauit, quas ei et pro iussione diuina et pro iussione mutua libenter indulsi.

7] Ioann. 10, 16.

1 caule *S* 3 prenuntiare *S* 6 simplicis *Luetjohann*, simplices *S* 7 unius *S* 10 has] cum his *r in notis* 11 per *add. Luetjohann, om. S* diocisi *S* 12 distinaui *S* 13 concordiae rationi inrationabili uiderer cessisse, non paci *scripsi, idem scribendum, sed ante* rationi *inserendum esse* cum *censet Luetjohann cum Kruschio*, concordiae rationi inracionabilis uider cessisse non pauci *S*, c. r. irrationabili. Suadent cessisse non pauci *Mommsenus* 15 iuriã *S* diutius *ante* sustinere *demo add. r* 18 sublimis *S* fratre elafio *S* 24 Pharetrius *Kr.*, fraretrius *S* 25 commendacitias *S* 26 pro uisione mutua *malit Kr.*

quibus indiuiduae caritati uestrae salue plurimum dico et praefatum pro affectione germana, non pro pontificali auctoritate commendare praesumpsi, quia in peccatore amittit dignitas dignitatem, cui honor indebitus oneri est potius quam honori. quod licet uobis placere pro nostra deuinctione confidam, tamen, si quid nobis ueri uel uicarii amoris inpenditis, spero condoleatis potius quam gaudeatis, quia indignum me et penitus non merentem non adtollit res tanta, sed deprimit.

VIII.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO AC MIHI PRAE CETERIS IN CHRISTO DOMINO CULTU AFFECTUQUE PECULIARIUS EXCOLENDO PATRONO ET PAPAE AEONIO RURICIUS EPISCOPUS.

Quotienscumque [quicumque] sanctos aut apostolicos uiros, quos misericordiae opera, operum merita, meritorum uita commendat atque omnium uirtutum fama disseminat, aerumnarum mole depressi coguntur expetere, dum litterarum solacium quaerunt labori suo, beneficium conferunt desiderio nostro et, cum sit illorum labor noster dolor, fit tamen per officii conlationem eorum necessitas quodam modo caritas nostra, quia, dum ipsorum adquiescimus petitioni, nostrae satisfacimus uoluntati, et ita fit, ut egestas petentis sit largientis utilitas. fratri itaque et conpresbytero nostro, Possessori nomine, quod peius est, potius quam facultate, quia, quod habuit, pro fratris redemptione profudit, factus est possessor paradisi, dum proprietatis saeculi desinit esse possessor, ad apostolatum uestrum commendaticias postulanti libenter indulsi. cuius necessitatem si dignatur plenius sanctitas uestra cognoscere, epistulam, quam ad humilitatem meam frater noster Eumerius episcopus per ipsum direxit, tanti habeat recensere et illic agnoscet, qua-

1 prefatũ *S* 3 presumpsi *S* 5 diuinctione *S* 6 uicari *S* spero] ut *add. Kr.* 7 paenitus *S* 12 Aeonio *Basnagius,* aenio *S* 13 quotienscumque *v,* quotiensque *S Kr.* quicumque *uncis inclusi* 17 benefitium *S* 18 offitii *S* 19 qua *v* 20 peticioni *S* 21 sit *v,* est *S* cũprsb̃ro *S* quod peius] quo pius *r* 23 fratres *S* 24 profudit *r,* profuit *S* paradysi *S* ꝑpietates *S* 29 illico *r* agnoscet *v,* agnoscit *S*

liter ipsi debeat et pro consuetudine consulere et pro caritate mutua condolere. qui ut fratrem ab hostibus redderet liberum, se creditorum maluit esse captiuum et, ut ille crudelissima morte non priuaretur uita, ipse extorris est factus e patria.

. 5

VIIII.

. . . . . .

Sancti apostoli Pauli sententiam contuentes, qua Romanis scribens ait: nolo uos ignorare, fratres, quia saepe proposui uenire ad uos, sed prohibitus sum usque adhuc, 10 et nos dicere pudore instigante conpellimur: crebrius uoluimus ad sincerissimam pietatem uestram scripta dirigere, sed prohibiti sumus usque nunc prohibente nimirum illo, qui bonae uoluntati consueuit semper obsistere inuidens scilicet profectui nostro et affectui uestro, affectui nostro et profectui uestro. profectui 15 nostro et affectui uestro, quia doctrina uestra eruditio nostra est et epistola nostra conlatio desiderii uestri est, et rursus profectui uestro et affectui nostro, quia eruditio nostra merces uestra est et temporaria conlatio desiderii uestri nostri est sermonis affectus. ita enim paucis diebus, quos mihi uere et paucos 20 et breuissimos uester fecit affectus, dum contemplatione uestra non solum satiari noster nequit, uerum etiam uidendo magis exardescit intuitus, cum uos et desideraremus praesentes et adhuc coram positos quaereremus, sensus nostros fonte purissimo benigni pectoris inrigastis, ut, quamlibet nulla deinceps 25 sancti oris munera pretiosa perciperem, praesentiam tamen uestram intra mentis meae arcana possideam et effigiem uestram

8] Rom. 1, 13.

3 malluit *S* crudelis sim *S* 4 patria] *lacunam indicauit Kr.; post* patria *reliqua uersus pars in S uacat, qua lacuna etiam sequentis epistulae praescriptionem haustam esse constat* 8 contuentes S^1 11 nos] ñ *S* uolumus *S* 12 diriger& *S* 13 bone *S* 17 consolatio *r* 18 mercis *S* 19 temporaria *scripsi,* tempora *S,* opera et *Mommsenus,* semper *coni. r* consolatio *coni. r* nostri *Kr.,* uestri *S* 22 nequid *S* 23 nos *r* 24 adhuc *Kr.,* ad hoc *S* curã positus *S* quereremus *S* 25 deinde *r* 26 preciosa *S* presentiam *S* 27 possedeam *S*

in speculo mei cordis intuear, quam illic tam caritas perfectam depinxit, ut nullius aetatis possit oblitione deleri, quia iugi recordatione momentis singulis innouatur.

Illic enim nobiscum ex consuetudine pietatis uestrae secretius conloquor, illic etiam de uitae melioris institutione pertracto, illic uos labiis mentis exosculor et manibus cordis amplector. quo fit, ut uera dilectio, quae in uisceribus meis uiua cultus uestri figuratione nutritur et igniculo caritatis accenditur, amoris uestri mihi uicissitudinem repromittat et animus meus mihi animi uestri fideiussor adsistat, dum, quantum mihi de uobis praesumere debeam, conscium mutuae dilectionis pectus interrogo. unde scribendi mihi aditu orationibus uestris tandem aliquando reserato his salutationem defero et intercessionem peccatorum requiro illud speciali prece deposcens, ut ita misericordiam dei nostri adsiduis petitionibus flagitetis, ut omnibus deletis ⁂ meis atque omnibus opitulantibus uobis consuetudinaria clementia et copiosa bonitate delictis, etsi non ad idem praemium, saltim ad eundem nos portum quietis iubeat peruenire, ut, quatenus hic propter spatia interiecta terrarum oculis corporis saepius nos uidere non possumus, uel ibidem de mutua praesentia gaudeamus, ut, quando nobis a iusto iudice retribuetur corona meritorum, mihi a piissimo redemptore et aduocato perfectissimo commissorum uenia non negetur.

Ipse ante iudicium peccatoris agere dignetur causam, ne in iudicio puniat culpam, quia nouit quippe omnipotens nec in bonitate clementiae iudicii perdere ueritatem nec in iudicii seueritate clementiae amittere bonitatem. et ideo per ineffabilem misericordiae ac uirtutis operationem nobis praestare dignetur,

1 illa *r* tã *S*, tua *r* perfectam *scripsi*, perfecta *r* 2 nullus *S* oblitione possit *r* 3 singuli *S* 7 quod *S* 9 amortis *S* uicissitudine *S* uicissitudinem mihi *r* 11 presumere *S* constium *S* 13 hanc *r* 15 ut ita *scripsi*, id a *S Kr.*, ut *r* misericordiã *S*, misericordia *Kr.* 16 ut *om. r* deletis *Kr.*, delictis *S* *lacunam indicauit et* commissis *suppleri iussit Kr.* 18 idem] eundem *S*, *fortasse recte* 20 nos *r*, non *S* 21 presentia *S* 22 retribuatur *r* coronã *S* 23 auocato *S* ommissorũ *S* 25 iuditium *S* 26 puniat *ex* ponat S^2 27 iuditii *S* ne S^1 in *om. r* iuditii *S*

ut, quos hic ueritate coniunxit, illic habitatione non separet. promissionem uestram recolens peculiarius rogo, ut fratrem Pomerium sanctitas uestra non solum non retineat, uerum etiam ad nos uenire conpellat partemque suam nobis indiuiduam per utriusque transmittat. nec eum a uobis discedere, si ad me accesserit, iudicetis, quia et uos hic inueniet in me et cum eo uos residente corpore, ut confidimus, corde uenietis. sed et inde non paruum fructum habere poteritis, si rusticitas nostra doctrina ipsius aliquid in dei timore profecerit.

X.

DOMINO ANIMAE SUAE ET IN CHRISTO DOMINO UISCERIBUS EXCOLENDO POMERIO ABBATI RURICIUS EPISCOPUS.

Sapientes saeculi amicos duos unam animam habere dixerunt, quod ego etiam ecclesiastico testimonio uerum esse confirmo, quo ait: credentium autem erat anima et cor unum, unum utique caritate, non numero, et fidei simplicitate, non singularitate personae. hoc ergo praedico proboque. nam ex quo a uestra unanimitate discessi, diuisum esse me sentio partemque meam uobiscum resedisse cognosco nec absentibus uobis integrum esse me credo et, cum me in me non inueniam, apud uos me ad uos regressus inquiro atque ibidem quantum mei uobis reliquisse, tantum uestri mecum abstulisse conspicio. et omnipotenti deo gratias super tam admirabili facto eius refero, quod ita generali tribuere dispensatione dignatus est, ut inter eos, quos locorum interualla discriminant, liber ac nullis conclusus absentiae legibus animus commearet nihilque esset tam inpenetrabile, quod mentis aspectibus non pa-

15] Act. 4, 32.

3 uerum] uestrũ *S* 4 indiuiduũ *S*, in diuiduum *r* per] ꝑ *S*, *om. r*, redintegrationem *suppl. Mommsenus* 5 transmitat *S* 9 ꝑficerit *S* 11 sue *S* 12 abbt rũr e̅ps *S* 13 unanimã *S*, *corr. r* 15 quod *r* 17 persone *S* 18 discensi *S* sencio *S* 22 mei *r*, me *S Kr.* relinquisse *S* 23 deo—consistit] *cf. Fausti ep. X p. 215, 19 sqq. et Rur. II 52* 25 discrimant *S* 26 conclusabsentie *S*

teret, sed per cordis intuitum inde se inuicem cari gratia intercurrente conspicerent, ubi caritas ipsa consistit.

Et ideo salutem plenissimae erga me, quantum propria mente conicio, pietati uestrae deferens omni precum ambitione deposco, si nobis parem repensatis affectum, si simili nos caritate diligitis, si aliquid in uisceribus uestris amor noster operatur, si usque ad medullas cordis uestri dilectio nostra peruenit, si ita uos pro me, quam me pro uobis dulcedine potestatis edomuit, ut imperio ipsius nec possitis resistere nec uelitis, ad desiderantem fratrem [si] desideraus quantocius uenire festinato beneficio et promissum soluturus debitum et mutuum mitigaturus affectum, quia coram positi aequalem uobis gratiam de nostra contemplatione et conlocutione praestabimus tantumque, si, ut diligeris, diligis, a me retribuetur caritati tuae, quantum tu meae ipse detuleris. nec sane in ueniendo fatigationem poteris formidare, quia, ut ille dixit, uicit iter durum pietas, et iuxta apostolum nostrum caritas omnia sustinet, quae nec quaerit, quae sua sunt, nec umquam nouit excidere. oportune etiam desideranti uiatori autumnalis temporis congruit cum caritate temperies, si eam tamen praeteritae aestatis feruor accendat, non aduenientis hiemis algor extinguat.

XI.

ITEM EPISTULA DOMNI RURICII.

Relectis litteris meis fortasse miraberis, quod ueneratioui tuae fratri scripserim, cum hoc nec aetati nostrae conueniat nec honori, quia, sicut me maior es natu, ita minor es gradu. et ideo, si ad tuam deo propitio longaeuitatem aut ad nostram respexissemus administrationem, aut patri scribere debueramus

16] Uerg. Aen. VI 688. 17] 1 Cor. 13, 7. 5. 8.

3 plenissime *S* 4 deferent *S* 5 caritate nos *v* caritatem *S* 6 amore *S Kr.* 8 si ita *v*, sic a *S*, si tam *Kr.* dulcidine *S* 9 uellitis *S* 10 si *uncis inclusi, om. v* desideras *Kr.* festinato *scripsi*, festinabo *S*, festina *Kr.* 12 equalem *S* nob *S* 15 inueniendo *S* 18 que nec *S* 19 excidere *scripsi*, excedere *S*, *cf. p. 388, 6* oportunae *S* 21 aestatis *in ras. S*^{2} 23 rurici *S* 24 relictis *S*^{1} 27 longeuitatem *S*

aut filio. sed quia et sanctus Iohannes apostolus in epistola sua unis eisdemque et patribus et iuuenibus scribit et pueris dicens: scribo uobis, patres, quia cognouistis eum, qui ab initio est. scribo uobis, iuuenes, quia uicistis malignum. scribo uobis, pueri, quia cognouistis patrem, qua discretione uerborum non aetatem exterioris hominis, sed qualitatem interioris adsignat, in quantum enim in dei cognitione ac dilectione proficimus, patres sine dubio nuncupamur, in quantum uero contra aduersarium, qui tamquam leo circuit quaerens, quem deuoret, uiriliter dimicamus, iuuenes esse cognoscimur, in quantum uero socordiae desidiaeque committimur et ad incedendam mandatorum uiam fidei infirmitate deficimus atque ad contuenda ac peragenda praecepta diuina a saecularium actuum intentione quasi e somno segniores adsurgimus, rectissime puerorum leuitate censemur.

Unde et apostolus Paulus ita commonet neglegentem: surge, qui dormis, et exsurge a mortuis et continges Christum siue inluminabit te Christus. nam et dominus in euangelio, cum ei a circumstantibus diceretur: ecce mater tua et fratres tui quaerunt te uolentes uidere te, ita respondit: quae est mater mea aut qui sunt fratres mei? et ostendens apostolos sequentes se: nonne ii, qui faciunt uoluntatem patris mei? mater enim Christi dici possumus, quando Christum corde gestamus. nam et sancta Maria, quae et uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo permansit, dominum nostrum non conplexu uirili, sed fide maritante concepit. fratres uero ipsius efficimur, quando ita uitam nostram omni uirtutum genere disponimus, fulcimus, ornamus, ut heredes dei esse possimus et coheredes Christi. cui enim dubium, quod, si he-

3] 1 Ioann. 2, 13. 9] 1 Petr. 5, 8. 16] Eph. 5, 14. 19] Matth. 12, 47; Marc. 3, 32. 21] Luc. 8, 20; Marc. 3, 33. 22] Matth. 12, 50. 28] Rom. 8, 17.

3 sribo—sribo *S* 4 iuuenis *S* 6 discritione *S* aetate *S* 7 qualitate *S* 10 querens *S* iuuenis *S* 11 cognoscimus *S* commitimus *S* 14 secularium *S* signiores *S* 15 leuitate *r*, leuitae *S* 17 contingis *S* 18 inluminauit *S* 20 querunt *S* te *om. S* 22 ii *scripsi*, hii *S*, hi *r Kr.* 24 que *S* 25 et *del. Kr.*

redes dei patris efficimur, rectissime et fratres Christi dici ipso adoptante poterimus, qui nos plasmauit ut suos, redemit ut alienos, elegit ut seruos, adsciuit ut filios? plasmat enim nos potestate, redimit passione, ⟨eligit in⟩ praescientia, adsciscit in gratia. nos tamen filii per adoptionem, ille solus filius per naturam, qui, ut nos ad eandem, a qua excideramus, beatitudinem reuocaret, cum penitus non desierit esse, quod erat, uoluit tamen esse, quod non erat, ut uerbum caro fieret et, dum creator in creaturae humilitate descendit, ad creatoris sublimitatem creatura conscenderet.

Quo fit, ut humanitati diuina communicent et diuinitati humana participent secundum illud apostoli: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed se ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu repertus ut homo. humiliauit se ipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod deus illum exaltauit et donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. unde et ad Corinthios idem doctor scribens ait: itaque nos neminem nouimus secundum carnem. etsi cognouimus enim Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus, quia cessante in eo infirmitate corporea totus creditur in uirtute diuina. et ideo iuxta eum apostolum, quoniam omnes in Christo unum sumus, fratres rectissime nuncupamur, quia nos et unus uterus sacri fontis effudit et eadem ubera matris ecclesiae spiritu uiuificante lactarunt. simulque ideirco frater scripsi, quia et deo

12] Phil. 2, 6. 23] 2 Cor. 5, 16. 27] Gal. 3, 28.

2 suos *v*, uos *S* 4 eligit in *om. S, add. Luetjohann* 6 ad *add. v, om. S* eadem *S* a *om. v* excederamus *S* 7 paenitus *S* 9 humilitatem *Kr.* discendit *S* 10 conscenderit *S*, conscendit *v* 11 quod *S* 14 semet *Kr.* 18 exaltauit illum *v* 19 omnẽ *S* 20 inferorum *v* 27 eundem *v* omnis *S* 30 simulq; *S*, simul *v* scripsit *S*

propitio a saeculi actibus ad aeternam beatitudinem te animam conuertisse cognoui et imitatorem illius euangelici negotiatoris effectum, qui uenditis omnibus suis conparauit pretiosissimum margaritum, uel illius, qui reperto in agro thesauro distractis, quae habebat, uniuersis agrum ipsum laudabili cupiditate mercatus est non alienae possessionis inportunus inhiator, sed propriae facultatis prouidus distributor, caritatem utpote sincerrimam retinens corde perfecto, non ut parcius uenderet, sed ut largius feneraret.

Super quo facto gaudeo et deo gratias ago, quod secundum diuitias bonitatis suae atque uirtutis per inaestimabilem misericordiam suam propemodum, ut ita dixerim, contra sententiam suam uenire dignatur, quia, cum ipse dixerit difficile eos, qui pecunias habent, regnum adipisci posse caelorum, ecce te et his dignauit in saeculo et prouehere festinat in regno. sed tamen idem dominus continuo rigorem prioris huiuscemodi sententiae, quam apostoli uehementius formidabant, misericordiae suae moderamine temperauit dicens, quod inpossibile esset in se hominibus per naturam, possibile deo in eis esse per gratiam. quod in te, cui operi ut totus atque inpendiis pronus incumbas, pro affectu mutuae caritatis admoneo, et ita fabricae turris illius, quam dominus in euangelio construi praecepit, strenuus aedificator insistas, ut aduersarii tui habeant potius de eius perfectione, quod doleant, quam de intermissione, quod rideant.

XII.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI PRAESIDIO RURICIUS EPISCOPUS.

Plerique, dum me apud indiuiduam mihi sublimitatem uestram non uitae merito, sed amicitiarum priuilegio multum posse

2] Matth. 13, 46. 4] Matth. 13, 44. 13] Matth. 19, 23. 18] Matth. 19, 26; Luc. 18, 27.

1 a *add. r, om. S* 2 negociatoris *S* 3 uinditis *S* praeciosissimũ margaritũ *S* 4 destactisq; *S* 8 uinderet *S* 20 totus *Kr.*, totis *S*, otiis *Mommsenus* usque *r*, aeque *Luetjohann* 21 mutuae *in ras. S*^{1} et] ut *r* 23 strenuus] stre *in marg. repet. S*^{1} aedificatur *S*^{1} 27 *eadem epistula infra recurrit II 53* presidio *S* 30 ammicitiarum *S* priuilegium *S, corr. r*

confidunt, commendaticias a nobis, quibus uobis excusentur, inquirunt, quas eis pro officii nostri necessitate negare non possumus, non praesumptionis audacia, sed ministerii disciplina, dum et illis praesentis uitae solacia et uobis prouidere desideramus aeternae, ut et illi per patientiam uestram reseruentur ad paenitentiam et uos per misericordiam perueniatis ad ueniam, sicut dicit scriptura: quia iudicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam, quia, qui dixit: dimittite et dimittetur uobis, procul dubio, quem uiderit hic facere, quod praecepit, in futuro restituet, quod promisit. nobis enim illius ueritas praesto est, si illi fides nostra non desit. unde manifestissime potestis aduertere absolutionem miserorum uestrorum esse indulgentiam peccatorum et hoc uestris conferendum precibus, quod uos praestiteritis alienis iuxta ipsius in euangelio sententiam: quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. ideoque pro Urso et Lupicino, qui ad me quasi uobis peculiarius, sicut superius dixi, caritatis iure deuinctum pro criminum suorum intercessione uenerunt, precator accedo, ut primum deo, deinde nobis hoc, quod commiserunt, donare digneris et infieri nec nos de eorum damnatione confundas, qui se absolutos esse, quando ad humilitatem meam deducti sunt, crediderunt.

XIII.

ITEM ALIA.

In salo saeculi istius aduersis ac diuersis tempestatibus fluctuantem te ratem ad portum salutis tandem aliquando domino gubernante applicuisse congaudeo, in cuius fida ac tranquilla statione conpositus aestus ipsius perfidi et iniqui et amari ri-

7] Iac. 2, 13. 8] Luc. 6, 37. 15] Matth. 7, 2.

1 commendacitias *S* 2 offitii *S* 4 presentis *S* 5 pacientiâ *S* 7 iuditium *S* 9 dimitte *v* dimittitur *S* 10 precepit *S* 11 si *om. S* 15 quod *S* iuditio *S* 16 ideoquae *S* 17 peculiarŝ *S*, peculiariter *v* iurae *S* 19 comiserunt *S* 20 dampnatione *S* 21 quando] cum *v* 24 ĩt alia *S* 27 appliisse *S* (cu *man. alt.*) 28 amaris *S*, amari maris *suspicatur Kr.*

debis deinceps, non timebis, de quibus, ut parum formidinis, ita multum gaudii habere iam poteris, quod eos uel retro derelictos respicis uel in celsiori specula constitutus despicis et te euasisse miraris. superest, ut clauo manum inserens astra semper intentus aspicias et ita coeptae nauigationi uelum pandas, ne te aut in altum uehementior flatus excutiat aut in uicina litoribus saxa conlidat. neque etiam iuxta sententiam domini saluatoris iam stiuam tenens retrorsum clamoribus Sodomae conlabentis percitus forte respiciens Loth imiteris uxorem aut de Aegypto iam profectus et fluctus rubri maris dextra laeuaque pendentes tantum tibi ferentes auxilium et persequentibus te parantes exitium domino uiam tuam et praeparante et inluminante transgressus et eremi arduum iter arripiens ollas carnium recorderis aut caepas, quae in modum corporalium uoluptatum ipsa sui qualitate corrupta noscuntur et fetida nec usu grata nec odore suauia nec stabilitate mansura.

Quicquid in hoc saeculo mulcet auditu, mollescit adtactu, lenocinatur aspectu, blanditur, ut capiat, famulatur, ut teneat, inlicit, ut occidat. nam quamcumque capere uolueris uoluptatem, permanet, quod puniat, praeterit, quod delectat, dulcedo fugitiua pertransit, conscientia damnatura uel damnanda subsistit. inde etiam dicit Salomon: lingua meretricis mel stillat, in nouissimis autem diebus amariorem felle inuenies eam, quod tamen nihilominus et ipse, cum praedixisset, incurrit. et ideo uide, quod malum sit, frater carissime, quod, dum detestatur, admittitur, dum refugitur, uix uitatur. unde et tu, sicut dicit scriptura, omni custodia serua cor tuum et discute conscientiam tuam, ne, unde exisse uideris aspectu,

9] Gen. 19, 26. 11] Exod. 14, 29. 14] Exod. 16, 3. 22] Prou. 5, 3. 27] Prou. 4, 23.

1 ut *add. Luetjohann, om. S* 3 dispicis *S* 8 tenens] aratri *add. r* 9 fonte *S* 11 tantum *r*, tanti *S*, aestuanti *Kr.* ferentis *S* 12 parantib; *S* preparante *S* 13 inluminante] & *add. S (s man. alt.)* trans gressus *S (gres eras.)* heremi *S* 14 ollas *Kr.*, ollae *S* 16 fetida *S* 17 auditū olliscit *S*[1] 18 blanditur ut] blanditur ui *S* 19 uoluerit *S* 20 delectet *Kr.* dulcido *S* 21 dampnatura *S* 23 amariorem] amaiore *S* 24 predixisset *S* 27 serua cor] seruatur *S* 28 aspectum *S*

haereas affectu, sed dicas potius domino cum propheta: adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua, uel illud etiam: mihi autem adhaerere deo bonum est, ponere in deo spem meam, ut, quanto labore quantaque instantia militasti saeculo, seruias deo dicente apostolo uel monente: humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmunditiae et iniquitati, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiae. quem ergo fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. nunc uero liberati a peccato, serui autem facti deo habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam aeternam.

Paenitentia ita, frater carissime, non nomine est suscipienda, sed opere, non ore tantummodo agenda, sed corde. uerum est, quod, sicut utroque, hoc est interiore homine et exteriore delinquimus, ita et utroque paenitere debemus, ut, sicut dicit idem apostolus: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem, ita gemitus cor nostrum conscientia conpungente concipiat, ut eos os nostrum per confessionem confusionis effundat. quinquagesimus uero psalmus, qui paenitudini datur pariter et remissioni, die noctuque cum rugitu fletuque cantetur, ut uere et salubriter dici possit: rugiebam a gemitu cordis mei, et: iniquitates meas ego agnosco et delictum meum contra me est semper, uel illud etiam: quoniam iniquitatem meam ego pronuntio et cogitabo pro peccato meo. hic enim ante nos peccata nostra esse debent, ut in aeternum contra nos esse non possint, quia ita legitur in prophetis: dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris. a quo priores dicturi sumus iniquitates no-

1] Psalm. 62, 9. 3] Psalm. 72, 27. 6] Rom. 6, 19. 19] Rom. 10, 10. 24] Psalm. 37, 9. 25] Psalm. 50, 5. 27] Psalm. 37, 19. 30] Esai. 43, 26.

3 adherere *S* 8 exhibite *S* 11 tunc] in illis *ex Vulg. add. Kr.* erubiscitis *S* 15 patientia *v* ita *om. r* 17 et exteriore homine *v* 18 et *v*, ut *S* 22 quinquagesimũ *S* psalmũ *S* 23 dicatus *v* remissione *S* 27 pronuncio *S* 30 qua *S*

stras coram domino uel prolaturi, nisi diabolo utique, qui delictorum et incentor est et delator? ipse enim, ut peccemus, instigat, ipse, cum peccauerimus, accusat, et ideo in confessione criminum a nobis praeueniatur in saeculo, ut contra nos non habeat, quod proferat in futuro.

XIIII.

BEATISSIMIS ET IN CHRISTO UENERABILIBUS FRATRIBUS FOEDAMIO ET UILICO PRESBYTERIS RURICIUS EPISCOPUS.

Quamlibet litteras fraternitatis uestrae per subdiaconem Contemtum non perciperem, tamen has ego ac per ipsum ad uos affectu instigante direxi, ut et desiderio satisfacerem et scribendi aditum prius, prior utpote, patefacerem, ne in posterum locus relinqueretur excusationi et res uoluntatis, diffidentiae et uerecundiae esse diceretur. salutem itaque in Christo domino plurimam dico beatitudini uestrae et spero, ut me, sicut decet ecclesiasticos uiros, non labiis, sed corde diligatis et de me caritate, sincera malo quam pristina, dicere praesumatis, quia, si illa fuisset uera, permanserat et, si fuisset mutua, mutata non fuerat. a cuius tamen fuerit parte mutata, et conscientiae nostrae nouerint et conscientiarum cognitor sine adsertore cognoscit, quem ego testem adhibeo professioni meae nec de initio simultatis me esse culpabilem nec in corde meo de ⟨uobis⟩, quicquid actum est dictumue, resedisse, quia scio nobis ab aeterno et uero iudice dictum, quod, nisi ex corde dimiserimus fratribus, nobis dimitti non debeat. habetis itaque sponsionem meam, reddite mihi fidem uestram, quia in epistula mea procul dubio uinculum, quod elegeritis, habebitis, aut cari-

24] Matth. 6, 14; Marc. 11, 26.

1 diabulo *S* delectorum *S* 3 insti gat *S (n in rasura)* ut *v* 4 ut . . non] ne *r* 8 presbiteris *S* 9 subsidiaconem *S* contimtum *S* 10 perceperim *Luetjohann* ergo *S* 11 scibendi *S* 12 auditum S^1 *corr.* 15 plurimũ *S* 17 mallo quã *S*, in alloquio *r* praesummatis *S* 18 mutua *Luetjohann*, mutata *S* 22 simulatis *S* culpauilẽ *S* de uobis *scripsi*, de *S*, inde *Mommsenus, om. v* 23 dictum uere sedisse *S* 24 demiserimus *S* 27 habetis *v*

tatis, quod salubriter constringat et custodiat, aut perfidiae, quod culpabiliter innectat et perdat. nec mihi aliquid de iudicio prioris temporis inputetis, quia definitionis meae est in amicitiis seruare concordiam et in iudiciis tenere censuram. illud etiam peculiarius gaudeo, quod uos in integram domni et fratris mei familiaritatem redisse cognoui. superest, ut, quod illius in bono tribuit gratia, uestra in domino custodiat insequella.

XV.

DOMINAE UENERABILI ET IN CHRISTO DOMINO MAGNIFICANDAE FILIAE CERAUNIAE RŪRICIUS EPISCOPUS.

Ut pictorem uobis antea non transmitterem, haec res fecit, quia aduentu noui iudicis te occupatam esse credidi atque ita deterritam, ut de his rebus cogitare non posses. sed quia deo propitio uos et litteris et relatione uestrorum ex sententia agere ac ualere cognoui, salutatione praelata pictorem, quamlibet hic esset occupatus, cum discipulo destinaui, quia malui meae detrahere necessitati, unde uestrae satisfacerem petitioni. sed quia et propositum uestrum et nostrum poscit officium, his uenerationem uestram paucis monere praesumpsi, ut ex opere illius ad agendam paenitentiam et noua noui hominis uestimenta sumenda capias exemplum, quo facilius in te Adam uetustus intereat et uiuificator exsurgat.

Quem ad modum ille parietes uariis colorum fucis multimoda arte depingit, ita uos animam uestram, quae est templum dei, diuersis uirtutum generibus excolatis, ut uere de spiritali domo uestra spiritaliter dicere cum propheta possitis: domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae

27] Psalm. 25, 8.

2 iuditio *S*. iudice *c* 3 inpotetis *S* 4 comitiis *r* iuditiis *S* 7 insequilla *S* 10 domine *S* magnifican dę *S* 11 ceraunie *S* 12 res fecit *c in notis*, refecit *S* 13 credi *S* 14 possis *S* quae *c* 16 prelata *S* 17 cum *r*, eum *S* distinaui *S* mallui *S* 18 petitionis *S* 19 offitiū 20 presūsi *S* ex *om. r* 22 sūmenda *S* 23 interea *S* 25 que *S* 27 cum propheta dicere *r* 28 domus] habitationis *r*

tuae, quia secundum ipsius domini nostri sententiam non in manu factis habitat deus nec in tabernaculis uiri beneplacitum ei, sed beneplacitum est ei super timentes se et in eo, qui sperat in misericordiam. et ipse iterum nos per prophetam docere dignatur: caelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. quam mihi sedem aedificabitis aut quis erit locus requietionis meae, nonne haec omnia fecit manus mea? aut super quem alium respiciam, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? et ipse in euangelio dominus clamat: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos et reliqua, quae secuntur. et ideo, in Christo domino carissima soror ac filia, pristinae conuersationis ambitione deposita humilitatem debes cordis induere, misericordiam indigentibus fenerare, castitatem non solum corporis, sed animae procurare, quod adiuuante domino ut adquirere ualeas pariter et custodire, ieiunandum est saepius et semper orandum, quia Adam paradisi et custos delegabatur et colonus, scilicet ut haberet operandi materiam libertas arbitrii et, quod orationum obtinuisset industria, parcitatis abstinentia custodiret. sed quoniam neglexit sibi seruare ieiunium, per concupiscentiam uetitam amisit et uitam et inmortalitatem.

Sub Hierobabel muros Hierusalem reuersi ad captiuitatem reparabant, cum eis esset contra alienigenas pro eorundem murorum restauratione certamen, operabantur dextra et sinistra pugnabant, scilicet scutum fidei laeua contra aduersarios praetendentes et dextra bonorum operum tamquam lapidum conpositorum moenia construentes. sed et ipsi uiri, qui aedificabant cum prophetis suis, super lumbos cincti operabantur, quod et

1] Act. 17, 24; Psalm. 146, 10. 5] Esai. 66, 1. 11] Matth. 11, 28. 18] Gen. 2, 15. 24] 2 Esdr. 4, 17.

2 manufactis] templis *ex Vulg. add. Kr.* 4 sperat *r*, sperant *S* miđã *S*, misericordia *v* ipse *suprascr. S*^{1} 5 tronus *S* 6 scabillũ *S* 11 oñ *S* 15 fenerare *S* 18 paradysi *S* custus *S*^{1} diligatur *S*^{1}, delegatur *S*^{2} 19 operando *ex* operandi *S*^{1} 24 Zorobabel *v in notis* a captiuitate *Kr., fort. recte* 26 restaurationẽ *S* 27 leua *S* aduersario pretendentis *S*

dominus in euangelio obseruare nos praecepit dicens: sint lumbi uestri praecincti et lucernae uestrae ardentes. praecinctus est lumbis, cuius caro castitati militat et non libidini, et mens illius tamquam ardens lucerna praefulget, quam praeceptis suis Christus accendit. quia haec omnia secundum apostolum in figura nostri facta sunt, scire nos conuenit, quod, quamdiu saeculi actibus fuimus occupati, tamquam Babyloniis et regi eorum captiui a Iudaea producti in hostium regiones seruiuimus, unde per paenitentiam ad patriam, hoc est ad caelestem Hierusalem, matrem omnium fidelium, reuertentes debemus omni uirtutum genere reparare conlapsa, sarcire discissa, delere praeterita, cauere praesentia, parare uentura, ut per benignitatem domini a pristina peccatorum captiuitate distracti non Babyloniorum regi, sed regi caelorum Christo in Hierusalem, quaeque congregatione sanctorum aedificatur ciuitas, seruiamus. et idcirco faciem nostram debemus magis lacrimis rigare, quam lauacris, ut dicere cum propheta possimus: quia cinerem sicut panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam.

Debemus corpus nostrum indefessis uigiliis et continuis edomare ieiuniis, ut uerum exercentes inter animam carnemque iudicium non caro dominetur spiritui, sed spiritui caro uicta deseruiat. cuius rei exemplum nobis dominus, dum per angelum ad Agar Sarrae ancillam loquitur, dedit, quae dominam suam deserere maluerat, quam audire dicens ei: reuertere et esto subdita dominae tuae, ut his laboribus omnibus et bonis operibus dedita possis esse et conuersatione perfecta et confessione deuota et in regno patris tui illius, de quo dominus in euangelio dicit: nolite uobis uocare patrem super

1] Luc. 12, 35. 6] 1 Cor. 10, 6. 18] Psalm. 101, 10. 25] Gen. 16, 9. 29] Matth. 23, 9.

1 praecipit *v* 2 precincti *S* lucerne *S* 3 precinctus *S* 4 lucernã praefulgit *S* 6 apostolorum *S* facti *S* 7 babilloniis *S* 8 iudea *S* perducti *Mommsenus* 9 regionis *S*, regione *v* 12 discessa *S* preterita *S* p̃sentias *S* 14 babylloniorũ *S* 15 hyerusalem *S* queq *S*, quaequae *Mommsenus* congregatioñ *S*, congregationi *v* 18 cynerẽ *S* 19 mescebã *S* 24 sarrę *S* 25 malluerat *S* reuertere *r*, reuere *S* 26 domine *S* ut *v*, et *S*

terram, unus enim est pater uester, secundum nomen tuum in illa beatorum turba uera splendere Ceraunia et uocabuli tui auctor existere, ⟨de⟩ quo splendore operum dominus dicit: sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona et magnificent non uos, sed patrem uestrum, qui in caelis est. cuius est et ut detur, et omne, quod datur, quia iuxta apostolum omne datum bonum a sursum de patre luminum descendit, a quo et uoluntas tribuitur et praestatur effectus.

Quia paenitentia non nomine tantum obtinenda, sed actu est exsequenda, paenitentia non est nomen otiosum, quae ex qualitate operis possidet laboriosa uocabulum. non enim potest paenitens dici, qui paenitenda committit, sed ille, qui praeterita peccata uel maculas humilitate cordis, subiectione corporis, bonorum operum sedulitate, adsiduitate orationum, continuatione gemituum, pectoris contusione, lacrimarum profusione detergit, ut possit dicere cum propheta: ne memineris iniquitates nostras antiquas, utique non cotidianas, et illud: laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo, et iterum: rugiebam a gemitu cordis mei, et iterum: quoniam iniquitates meas ego pronuntio et cogitabo pro peccato meo. sint ideo hic crimina nostra ante nos, ut contra nos in die iudicii esse non possint et illud etiam hic positi cum fiducia dicere mereamur: delictum meum ego cognosco et iniustitias meas non operui. dixi: pronuntiabo aduersus me et iniustitias meas domino et tu remisisti impietatem cordis mei. certum est, quod, in quantum tibi de priori conuersatione displicueris, in tantum domino placebis

4] Matth. 5, 16. 7] Iac. 1, 17. 17] Psalm. 78, 8. 18] Psalm. 6, 7. 21] Psalm. 37, 9. Psalm. 37, 19. 25] Psalm. 31, 5.

2 turba *v*, tuba *S* 3 de *add. v, om. S* 5 non *v*, nos *ex* uos *S* 6 et *ante* ut *suprascr. S* 8 discendit *S* 11 ociosum *S* 13 paenitentia S^1, paenitenda S^2 preterita *S* 16 detergit *v*, detegit *S* 20 et *ante* lacrimis *add. r* 23 ut *Kr.*, et *S* 24 nos] ut *add. r* iuditii *S* 25 fiducia *S* cognusco *S* 29 conuersationis *S*

et, in quantum tibi placueris, illi sine dubio displicebis, qui dicit: quoniam dissipat ossa hominum sibi placentium.

Et ideo tamquam seuerissimi censores culpas nostras in nos ipsi districtius uindicemus, ipsi nobis per diuersos corporis cruciatus quodam modo tortores existamus et iudices, ut in illo iustae examinationis tempore non habeat in nos regis sententia, quod damnet, quos iam hic castigatioris uitae disciplina correxerit, quia iustus et misericors iudex bis non iudicat in id ipsum, hoc est ei se exhibebit mitem, quem inuenerit hic esse prae peccatorum satisfactione crudelem, illi benignum, quem in hac uita sibi recognouerit fuisse districtum, secundum illud euangelicum: qui perdiderit animam propter me, inueniet eam, uel illud: beati, qui nunc lugetis, quia ridebitis. breue est enim omne, quod in hoc mundo agitur, siue bonum siue malum, sicut experimentis, ut dominus aut permisit aut uoluit, iam probasti. et idcirco ad sustinendas pro dei amore pressuras constantes esse debemus, quia, si ad uesperum demorabitur fletus, et ad matutinum laetitia subsequetur. itaque nunc seramus in lacrimis, quod tunc metamus in gaudiis.

Haec pauca ad confortandam fidem uestram pro exhortationis solatio dicta sufficiant, quae licet ipse non faciam, tamen, ut et uos agatis, exhortor. scio enim exhortationi positam esse mercedem, quia legimus: flete cum flentibus, et ne forte tu in iudicio diceres: quaesiui, qui simul mecum contristaretur, et non fuit et consolantes me et non inueni. perfectiora uero atque maiora in scripturis diuinis, unde ista

2] Psalm. 52, 6. 12] Matth. 10, 39. 13] Luc. 6, 21. 17] Psalm. 29, 6. 19] Psalm. 125, 5. 24] Rom. 12, 15. 25] Psalm. 68, 21.

1 illi *ex* ille S^1 4 et *ante* ipsi *add. v* 5 cruciatos *S* quodamodo *S* tortores quodammodo *v* ut *Luetjohann,* et *S* 6 regi *S* 7 castigationis *v* correxit *v* 9 exhibet *v* 10 pre *S* 11 cognouerit sibi *r* 12 euangelium *S* 15 exiperimentis S^1 ut *om. r* 16 pmisit *S,* promisit *r* probari *v* 17 praesuras *S* 18 subsequetur *Kr.,* subsequitur *S* 19 metamus] *S, cf. p. 401, 26* 21 exortationis *S* 22 sufficiunt *r* 23 agatis *v,* cogatis *S* exhortor *v,* exhortator *S* 24 qui *S* flere *r* 25 iuditio *S* diceris *S*

decerpta sunt, instrumenta perquire, si uis aut coepta perficere aut ad pollicita peruenire. dabit tibi taliter quaerenti dominus scientiam pariter et uirtutem, ut et lecta intellegas et intellecta custodias. nam pater orphanorum et arbiter uiduarum, cum te de se tantum sperare conspexerit, et pupillis tuis tribuet paterna pietate praesidium et te remuneratione iudicis perducet ad praemium.

XVI.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO AC MIHI PRAE CETERIS IN CHRISTO DOMINO CULTU AFFECTUQUE PECULIARIUS EXCOLENDO PATRONO ET PAPAE AEONIO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Ante paucum tempus litteras uestrae sanctitatis accepi, quibus etiam de inofficiositate tanti habuistis adfectuosius commonere dicentes: nihil caritate praestantius. quod ego ualde uerum esse confirmo et secundum apostolum illam caritatem dico esse perfectam et sublimem, quae de corde puro et conscientia bona et fide non ficta procedit, quae iuxta eundem apostolum patiens est, benigna est, quae non inflatur, non aemulatur, non quaerit, quae sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia credit, omnia sperat, et inde est, quod numquam cadet. patiens est, quia contra temptationes saeculi uel procellas in deum defixa perstat immobilis. benigna est, quia proximorum profectibus delectatur. non inflatur, quia non superbit humili. non aemulatur, quia inuidere nescit aequali. non quaerit, quae sua sunt, dum iuxta domini sententiam sibi etiam minimos anteponit et aliorum commoda suis mercatur incommodis. non gaudet super iniquitate, quia laetari nisi fratrum prosperitate non nouit. congaudet autem ueritati, quia amicum sincera, non fucata dilectione ueneratur nec falsa

16] 1 Tim. 1, 5. 18] 1 Cor. 13, 4. 26] Matth. 25, 40.

1 decerpta *r*, discerpta *S* 2 querenti *S* 3 licta *S* 4 orfanorum *S* 5 compererit *v* tribuit *S* 6 presidium *S* perducit *S* 9 ceteris *S* 13 quilius *S* 16 que *S* 17 fide *ex* ficte S^1 que *S* 18 paciens *S* que *S* 19 querit *S* que *S* 20 iniquitatẽ *S* 22 cadit *Kr. coll. p. 400, 5* paciens *S* 23 perstat *r*, praestat *S* 26 querit que *S* 30 fugata *S*

adulatione subsannat, sed uero honore concelebrat. omnia credit, quia in mandatis diuinis promissisque confidit, et ideo omnia sperat, quia pro minimis magna, pro caducis perpetua, pro temporalibus aeterna sibi retribuenda non ambigit. numquam cadit, quia humilitas habere non potest casum, cum habeat semper ascensum, et, cum iugiter excelsa meditetur, habitare tamen in sublimibus non praesumit. cum conuersatio eius habeatur in caelis, ipsa tamen uidetur adhaerere terrenis excelsa opere, mente deiecta habens, unde glorietur in domino nec tamen extollatur in saeculo.

Haec, quia iussisti, scribere non pro eruditione nostra, sed pro uestra dignatione praesumpsi. uestrum uero est nos edocere uerbis et ad hanc eandem caritatem prouocare semper exemplis, quia dilectio, quae ante cognitionem mutua inter absentes epistulario inchoata sermone semper et fota est, debeat augeri corporali uisione, non minui, et crescere intuitu, quae coepit affatu.

XVII.

DOMINO SUBLIMI SEMPERQUE MAGNIFICO FRATRI TAURENTIO RURICIUS EPISCOPUS.

Exigit solliciti cordis affectus, ut inperitioris promatur affatus, nec erubescit rusticitatis obprobrium, dummodo impleat caritatis imperium, sicut sanctus apostolus dicit: perfecta caritas foras mittit timorem, quia longe melius est proximum diligere sincere, quam praedicare perfecte, siquidem multo plures inueniuntur in mundo eloquentiae lepore praediti, quam dilectionis uigore perfecti, quia, sicut, quod bonum est, rarum est, ita arduum, quod aeternum. procliuis namque iuxta domini sententiam et trita uia est, quae praecipitat in gehen-

23] 1 Ioann. 4, 18. 28] Matth. 7, 13.

1 subsanat *S* 2 diuinis mandatis *r* 3 sperauit *r* 8 adherere *S* 9 opera *r* 12 dignatione uestra *r* 13 eadem *S* 14 exemplis *r*, exem. *S* mutuo *v* 15 debeat *Kr.*, debeant *S*, debet *r* 19 taurencio *S*, Turencio *r* 22 obp̄priū *S* 24 es *S* 25 sincerae *S* perfectae *S* 26 prediti *S* 28 quoaetnum *S*

nam, artior uero et difficilior, quae sublimat ad gloriam. quae ⟨causa⟩, nisi quia illa multi gradiuntur, hac pauci? et ideo inminente iam praesentis aeui termino et senii die usquequaque uicino, sicut nos etiam docet caesaries detonsa uel conuenit, ne in ueteribus annis iuuenalia facta meditemur atque in confecto corpore et corde decrepito adulescentiae regnet cupido, de qua iudicii tempore in illo tremendo aeternae dispensationis examine, quando ille omnium mortalium testis et iudex non solum merita ponderaturus et facta, uerum etiam uerba est discussurus et uota, iuxta pollicitationem suam aliis de aquae frigidae praebitione daturus est praemium, aliis de otiosi uerbi leuitate supplicium, reos nos, etsi non de perpetrati facinoris uoluptate, saltim de concupiscentiae uoluntate constituat, quia, qui uiderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo.

Quod et de rebus omnibus aliis similiter obseruare nos conuenit, ut singulis appetentiae partibus inbecillis huius corporis amputatis talibus membris sic debiles et tamen integri potius introeamus in regnum, quam salui et tamen perditi in aeternum proiciamur incendium. his omnibus salubriter pertractatis et rite perspectis, dum tribuuntur indutiae, declinemus a malo et bonum incessanter operemur, obliuiscamur praeterita, contemnamus praesentia, futura cupiamus, obliuiscamur in factis, recordemur in conscientiis, ut omne peccatum nobis moriatur in uita, uiuat in paenitentia, nunc seminemus in fletu, quod postmodum metamus in gaudio, quia tempus huius uitae tempus est operis, dies uero retributionis tempus est messis, quando sine dubio hoc unicuique apparebit in germine, quod

11] Matth. 12,36. 14] Matth. 5,28. 21] Gal. 6,10. 25] Psalm. 125,5.

1 arcior *S* deficilior *S* 2 quae causa nisi *v*, quae nisi *S*, qua enisi *Mommsenus lacunam post* quia *statuens (suppl.* laborant*)* ulla *S* 3 qui *S (erat* s *in ras.)* 4 uel detonsae *coni. Mommsenus* 7 iuditii *S* 8 mortalium *r*, mortalis *S* 10 pollicitacionē *S* aliis de *om. v* 11 praebitioni *v* ocioso *(ociosi S²)* uerbo *S, corr. v* 12 perpetrati *S (s in ras.)* 16 alii *S* 17 singulis] sine ullis *Mommsenus* inbecilis *S* 18 anputatis *S* et *r*, ut *S* 19 quam *r*, quasi *S*

nunc spargit in semine, sicut ait quidam sanctorum: respondebit mihi cras iustitia mea, cras utique diem resurrectionis appellans.

Haec nos, fratres optimi, non pontificali auctoritate, sed fraterna pietate fidenter scribere unanimitati uestrae caritate dictante praesumpsimus, quibus uobis uel circa uos non dictatoris ingenium, sed germani probaremus affectum. salutem itaque dicens rogo, sicut promittere dignati estis, librum nobis sancti Augustini de ciuitate dei per portitorem harum sine dilatione mittatis, cuius dum nos lectione aedificatis in terris, uobis eiusdem ciuitatis habitacula praeparetis in caelis, ad quam tamen aliter peruenire non possumus, nisi caritatis gradibus conscendamus, quia ipsa est eminentior uia, quae nos et in hac positos sociat deo et deposita perducit ad deum, de qua etiam propheta testatur: ambulabant de uirtute in uirtutem, uidebitur deus deorum in Sion. quam ob rem hic collyrio bonorum operum oculos cordis acuamus, ut illic deum uidere possimus, quia secundum euangelium beati mundo corde, quoniam deum uidebunt. ac perinde oportet hic interioris hominis praeparetur intuitus, ut illic non hebetentur obtutus.

XVIII.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET MIHI PECULIARI CULTU AFFECTUQUE SPECIALITER EXCOLENDO PAPAE SEDATO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Culpatis me saepius et crebrius inputatis, quod indiuiduae mihi in Christo domino beatitudini uestrae hucusque non scripserim. utinam sic esset facultas faciendi, sicut est scribendi

1] Gen. 30, 33. 15] Psalm. 83, 8. 18] Matth. 5, 8.

4 hac *S* uos *v* fratres optimi *v* optimae *S* 5 *num* fidentes *scribendum?* 6 praesumsimus *S* quibus] qui ut *v* 7 salute *S* 9 sancti] s. *S* agustini *S* 13 eminentior *r*, eminenter *S* uos *v* 14 positos] uita *suppl. Luetjohann* de posita *v* 15 ambulant *v* 16 syon *S* 17 collirio *S* 19 deum *add. v, om. S Kr.* proinde *v* 20 habitentur *S, corr. v* 23 peculiare *S* 24 papae] patrono *Kr. coll. II 34, 35* sedat' ep̃s *S* 28 uoluntas scribendi *r*

uoluntas, ut caritas, quae corde concipitur, ore promeretur. sed, ubi deest effatus, siletur affectus et intra latebras pectoris contenta est sui conscientia se non esse in dilectione culpabilem, etsi in officiorum redhibitione se non cernit aequalem, quia confidit, quod, sicut ipsa amorem fratris in se sui coniectione persentit, ita et diligens frater eum similiter possit ex sua dilectione cognoscere, quia nulla re melius aliorum cordium secreta quam arcanorum nostrorum contemplatione metimur. tantum enim nos ab alio diligi credimus, quanta eum nos caritate diligimus.

Parui itaque petitioni uestrae, parui iussioni, ut qualibuscumque sermonibus contexta uobis scripta transmitterem, quae uos, si nos simpliciter, ut confido, diligitis, aut confestim delebitis, ne, quod uobis cordi est, aliis incipiat esse despectui, quia non aequali iudicio amor audit et odium, aut certe uobis tantum relegenda seruabitis, ut, quoties in uobis uidendi nos caritatis ignis exarsit, desiderium uestrum eorum conloquio temperetis. quin etiam, ut amoris nostri circa uos sinceritatem plenius nosceretis, ⟨auribus uestris⟩ iniuriam inferre praesumpsimus, quia certi sumus, quod non tam diserta cupiunt audire quam fortia, non tantum uoluptuosa quam uera. quapropter credimus, quod pietati uestrae nec longitudo paginae nostrae adferat satietatem nec rusticus sermo fastidium, scientes, quod, quanto nos amplius ruminaueritis, tanto esuriatis ardentius.

XVIIII.

SANCTO RURICIUS CLIENS PATRONO SEDATO

monitis parens paternis
Grates concinit et refert salutem.
Quem blandis precibus rogat timendo,

1 ut] et *r* promeretur *Mommsenus*, promitur *S*, promatur *c* 2 silet *r* 4 offitiorum *S* 6 persentit ita *Luetjohann*, persententia *S*, persentiat ita *v* 9 ab alio—eum nos *om. v* 14 es *S* dispectui *S* 15 iuditio *S* 19 auribus uestris *addidi praeeunte Kruschio coll. p. 362, 9, om. S* 20 certi sumus *r*, certissimus *S* deserta *S* 21 forcia *S* tantū *S*, tam *c* 23 sacietatem *S* 29 ragat *S*

Ne fors displiceat leuis camena
Tanti iudicio minor magistri.
Hoc tu luminibus libens recurre,
Hoc sanctis manibus frequens reuolue,
Hoc tu dum relegis, mei memento.
Me semper recolat canatque lingua
Et mens me teneat, sopor retentet,
Me semper recinat tuum labellum.
Hos tu uisceribus piis reconde,
Hos tecto residens uiamque carpens,
Hos inter calices toro recumbens
Et parcas epulas cibosque dulces,
Antro pectoris et medulla cordis
Inclusos recita canente mente.
Sic nos et mutuos uidere uultus
Et uiuis tribuat referre uerbis,
Quae nunc intima pectoris fatigant,
Largitor deus omnium bonorum
Christus cum patre sempiterno regnans
Sancto spiritui dignantes hymnos.

XX.

DOMINO INDIUIDUO SEMPERQUE MAGNIFICO FILIO RUSTICO RURICIUS EPISCOPUS.

Inquietudinem mihi ab aliis et uobis a me facit amicitia communis, quia, qui me apud uos, non dico multum, sed omnia posse confidunt, ad ecclesiolam nostram pro sua securitate confugiunt. quorum ego non possum non et condolere gemitibus et precibus oboedire, ut pro ipsorum quidem reatu, sed et pro uestro pariter profectu potestati uestrae adtentius supplicem. nec mireris, quod dixi illorum reatum ad uestrum pertinere profectum, siquidem illorum indulgentia uestra fit uenia, sicut

1 camina *S* 2 iuditio *S* 3 reuersa *c* 3. 4. 5 hoc] hos *Luetjohann* 5 relegis S^1 *in rasura* mem&ro *S* 8 labellum *c*, bellū *S* 11 foro *c* 12 cybosque *S* 14 cante *S* 15 uultos *S* 18 largior *S* 20 hymnos] finiunt uersus *add. S* 24 b S^1, ab S^2 ammicitiae *S* 27 ego *om. c*

et inopum indigentia largientum esse noscitur copia. hoc enim nobis retribuetur in iudicio, quod praestiterimus in saeculo dicente ipso domino: dimittite et dimittetur uobis, date et dabitur uobis, et iterum: si dimiseritis hominibus, et pater uester dimittet uobis peccata uestra.

Unde euidenter agnoscimus deum nostrum sententiam suam in nostra posuisse censura, qui precum nostrarum misericors et iustus auditor potestati suae de nostra lenitate praescripsit, ut in eos quodam modo non haberet ius seueritatis, quos hic auidos non perspexerit ultionis, quia, quod ipse est, hoc et nos esse desiderat. misericors est, misericordes quaerit dicens: estote perfecti, sicut et pater uester perfectus est. cotidie ueniam peccantibus et supplicantibus tribuit, ideo et indulgentiam a peccatoribus poscit. unde et oratione dominica ipsius dicimus doctrina: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. quibus uerbis durissimis nos uinculis inligamus, nisi, quod pollicemur, implemus, quia et per prophetam sic dicit: homo homini tenet iram et a domino quaerit medellam. quapropter pro Baxone, qui ad ecclesiam Userca confugit, intercessor accedo sperans, ut primum pro dei timore, deinde pro nostra intercessione ipsi parcere digneris, cuius absolutione et in nobis tollere confusionem et uobis potestis conparare mercedem.

XXI.

RURICIUS EPISCOPUS CAPILLUTO FILIO SALUTEM.

Ingrata mihi est frequentior aegritudo uestra, quae mihi etiam uidetur commonitio esse diuina, qua mauult dominus

3] Luc. 6, 37. 4] Matth. 6, 14. 12] Matth. 5, 48. 15] Matth. 6, 12. 18] Eccli. 28, 3.

1 inopium *et* largientium *v* 2 iuditio *S* praesteterimus *S* 3 et *om. S* dimittitur *S* 5 dimittit *S* 6 nostrã *S* 10 auidus S^1 prespexerit *S* 11 querit *S* 14 a *S suprascr.* peccatoribus *ex* peccatorum *S* *post* et *uidetur* in *inserendum* 17 inlegamur *S* 18 qui *r* *ante* dicit *suppleas* deus tenit *S* 19 ira *S* querit *S* medillã *S* 20 ecclesiae uiscera *r in notis, ubi etiam* ecclesiae uterum *uel* ecclesiam Userchae *conicitur,* ecclesiam usercae *r in textu* adcedo *S* 26 frequentiosa egritudo *S* 27 esse commonitio *v* coñotio *S* diui[illegible] S^1, diuina S^2 qua mauult *r*, quã uult *S*

noster pro sua pietate largissima peccatores castigare quam perdere, ut, quos annorum suorum aetas longaeua non conuicit, uel conuincat infirmitas, ut deponant saeculi byrrum et sumant ecclesiae uestimentum, quod est cilicium, contritionis indicium, quia cor contritum et humiliatum deus non spernit. ille enim uadit ad caelum, qui se conlidit ad solum, quia, qui se exaltat, humiliabitur et, qui se humiliat, exaltabitur. unde et dicit paenitens ille perfectus: adhaesit pauimento anima mea, domine, uiuifica me secundum uerbum tuum. quid est secundum uerbum tuum, nisi secundum promissionem tuam? quod, qui coram te peccata sua deflerit conpunctus in mundo, tu eum perduces in regno, ubi possit deinceps cantare securus: audiuit dominus et misertus est mihi. dominus factus est adiutor meus. conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et praecinxisti me laetitia. unde suadeo pietati uestrae, ut, quod cogitastis, celerius deo adiuuante faciatis, quia mors non tardat ipso domino dicente: ne tarderis conuerti ad deum nec differas de die in diem. subito enim ueniet ira eius et in tempore uindictae disperdet te. ideoque, dum tempus habemus, conuertamur ad dominum, ut non cum hoc mundo damnemur, quia sine dubio illi misericors deus suum praestat auxilium, quem circa praecepta sua cernit adtentum.

XXII.

RURICIUS EPISCOPUS EUFRASIO EPISCOPO.

Gratias ago sincerissimae in Christo domino germanitati uestrae, quod perlato taedio ad uos nostro confestim nos litteris uestris uisitare tanti habuistis, qui, dum infirmitatis nostrae

5] Psalm. 50, 19. 6] Matth. 23, 12. 8] Psalm. 118, 25. 13] Psalm. 29, 11. 18] Eccli. 5, 8.

2 longeua *S* conuicit *scripsi*, conuenit *S*, conuincit *(Kr.) uel* correxit *v in notis* 3 byrrũ *S*, byssum *r* summant *S* 5 *num* spernet *scribendum?* 6 conledit *S* 8 adhesit *S* 12 perduces *scripsi*, perducis *S* regnum *Kr.* 16 precinxisti *S* 20 uenit *r* disperdit *S* 23 prestat *S* 27 sincerissime *S*

sollicitudinem geritis, sanitatem uestri pectoris adprobatis, quia, sicut ipsi melius nostis, finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, et, qui uisitat infirmum, in dilectione firmatur. unde peculiarius spero, ut, quem requiritis affatibus, orationibus adiuuetis. reduntibus itaque gerulis litterarum reddo mutuum sospitationis officium et, sicut ad uos rumor peruenit, sufficienter me secundum miserationem diuinam, non secundum merita mea tribulatum esse significo, quia ipse, qui cibat lacrimis inminente mensura, castigationi iuxta pietatem suam pro inbecillitate nostra modum statuit, ne infirmitas nostra in manus suae correptione defecerit. ideoque propitia miseratione sua iam commodiorem esse me nuntio. consolationem uobis uestri maeroris pagina deferente transmittens, ut, qui estis laboribus nostris pro caritate conpatientes, sitis laetitiae in dei nomine de recepta incolumitate participes, ipsius lectione dispono. ora pro me.

XXIII.

DOMINO DEUINCTISSIMO SEMPERQUE MAGNIFICO UERO RURICIUS EPISCOPUS.

Relectis litteris pietatis uestrae gratias deo egi, quod uos prius reualuisse quam infirmatos esse earum relatione cognoui. quod uobis tam frequenter accidere propitio potius deo quam offenso confido, quia, quem diligit dominus, corripit, castigat autem omnem filium, quem recipit. in diuina itaque uos disciplina susceptos sedula admonitio et mitis ostendit, quia paterna clementia mauult per multimoda incommoda neglegentem corrigere filium, quam punire peccantem,

2] 1 Tim. 1, 5. 4] Eccli. 7, 39. 9] Psalm. 79, 6. 24] Prou. 3, 12; Hebr. 12, 6.

2 precepti *S* 6 itaque *suprascr. S* gerulis *ex* regulis S^1 suspitationis *S* 7 offitium *S* rumo *S* 9 immine mensuram *S (*nte *man. alt.),* in mensura *Kr.,* in minima mensura *r* 12 deficeret *Kr.* 13 uobis *v,* urbis *S* meroris *S* 15 conpacientes *S* 16 incolomitate *S* 19 deuictissimo *S* 21 relictis *S* deo gratias *r* 23 accedere *S* 25 recepit *S* diuinam . . disciplinam *Luetjohann* 27 mult S^1 28 corregere *S*

mauult nutantem ac dubium ad seruitium suum habenis piae moderationis adtrahere, ⟨quam⟩ errabundum et per saeculi praecipitia lapsantem acriore uerbere cohercere.

Ipse est enim indulgentissimus pater familias, qui animam suam ponit pro ouibus suis. ipse est bonus pastor, qui ouem perditam ad caulas dominicas mauult propriis humeris reportare sollicitus, quam stimulis urgentibus reuocare destrictus. ipse est pater pius, qui male prodigo filio et praeceptae substantiae decoctori ad se uel sero redeunti non solum crimina anteriora non inputat, uerum etiam praemia amissa multiplicat, dum ulnis fouet, osculis permulcet, muneribus ditat, doctrina confirmat non tantum ad eius indignatus abscessum, quantum laetatus ad reditum. ipse enim omnium horum nominum in se effectus affectusque suscepit, ut, sicut dicit apostolus, multifarie multisque modis nos erudiret uerbis, instrueret disciplinis, prouocaret beneficiis, informaret exemplis, reconciliaret prece, redimeret passione, uiuificaret morte, inmortalitate donaret, iustificaret resurrectione, ascensione portaret et reconciliatos per sanguinem suum in eam, a qua excideramus, patris gratiam reformaret. ipse enim est apud patrem propitiatio nostra sine cessatione suggerens pietati suae: pater, non solum pro his rogo, sed pro his, qui credituri sunt in me per uerbum illorum. pater, uolo, ut, ubi ego sum, et ipsi sint mecum. pater, ignosce illis, nesciunt enim, quid faciunt. ipse nobis cotidie per apostolum suum clamat: nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt. qui enim diligit mundum, non est caritas patris in eo, quia omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia uitae humanae,

5] Luc. 15, 5. 14] Hebr. 1, 1. 20] 1 Ioann. 2, 2. 21] Ioann. 17, 20. 24; Luc. 23, 34. 25] 1 Ioann. 2, 15.

1 habenis *v*, habens *S* pie *S* 2 quam *add. v, om. S* 5 pater *v* 7 destrictus *Luetjohann*, districtos *S* 8 male prodigo *v*, male$\overset{o}{\text{d}}$ꝑ *S* (o. *man. alt.)* ꝑrȧėceptae *S* (ꝑ *man. alt.), cf. p. 354, 8* 10 ueruerũ *S* ammissa *S* 13 horum omnium *v* 17 redemeret *S*[1] 19 excederamus *S* 23 ut *om. v* 26 dilegere *S* que *S* 29 et *ante* concupiscentia *om. v*

quae non est de patre, sed de mundo est. et mundus transit et concupiscentia eius, qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in aeternum, sicut et deus manet in aeternum.

Ipse in euangelio blanditiis inuitat, muneribus prouocat, adhortatione sollicitat dicens: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis et reliqua, ut quasi iugo salutaribus subdentes colla praeceptis salutari suo [humilitatis et miseriae] currui subiungamus et ideo auderemus reuocantem sequi, audire clamantem, blandientem modo non spernere, ne sentiamus postmodum iudicantem. quo iudicio, sicut ipse in euangelio praemonere et docere dignatus est, cum in maiestatis suae sede consederit, quando non solum merita ponderaturus et facta, uerum etiam uerba est discussurus et uota, quem hic nunc uiderit salutaria sua praecepta neglegere et admonitiones suas saluberrimas superba mente contemnere, non solum cum stultis a ianua regni caelestis excludet, uerum etiam partem ipsius cum infidelibus deputabit, ut, cum quibus habet in saeculo societatem, cum hisdem in aeternum habeat portionem.

XXIIII.

FILIO CONSTANTIO RURICIUS EPISCOPUS.

Quamlibet Baccho, symphoniis et diuersis musicis nec non etiam et puellarum choris te deditum esse cognouerim, tamen, quia bonum est ab his, dum perualde feruet adulescentia,

6] Matth. 11, 28. 12] Matth. 19, 28.

5 adoratione S^1, adortatione S^2 7 honerati S iugo *scripsi*, iugum S, nobis suae lenitatis imponat, ut *suppl. ex II 32 Kr.* 8 humilitatis et miseriae *om. S in textu, sed in margine man. alt.:* causa humilitatis et miseriae *exstat*, libertatis et misericordiae *v* 9 curui S subiungamus *scripsi*, subiungemus S^1, subiungimus S^2, subiungamur *v*, subiugemus *Mommsenus, fortasse* subiungeremus *scribendum* deremus S (au *man. alt.*), deliberemus *Mommsenus* 11 inditio S 12 premonere S 13 consederit *Kr.*, consederet S, consideret *v* merito S 15 precepta S 17 excludit S 18 deputauit S 19 hisdē S, iisdem *v* porcionem S 21 constancio S 22 bacho S simphoniis S 24 perdede S^1*(?)*, perualde S^2

aliquoties respirare et magis domino uacare, quam Libero, parentibus quoque operam dare, quam cantibus, moneo, ut crastino, quod erit quarta feria, Briuae, temporius tamen, quod te facturum minime credo, mihi ieiunus occurras.

XXV.

EIUSDEM ALIA.

Aliud mihi deo teste promiseras, quod ipsum deberes colere, non Ianum, cuius criminis etiam me uis esse consortem, ut ego ad hunc errorem colendum delicias subministrem et oleum incendio superfundam. quod neutro nostrum noueris expedire. sed dicis fortasse: pollicitus es. quo ore a me promissa perquires, cum tu sacramenta uiolaueris? unde dabis ueniam meae promissioni, quamdiu te huic seruire cognouero passioni, ne confirmare uideamur factum, cuius reprehendimus pactum, et simus scandalo, cui esse debemus exemplo.

XXVI.

RURICIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

Quia nostri curam semper gerere pro mutua caritate dignamini, indico sollicitae pietati et piae sollicitudini uestrae, nos non paruum quidem, sed deo propitio uoluptuosum a uobis reuersum sumpsisse negotium, quod nobis plurimum prodesse posset, si aut intentionem intellectus aut intellectum sequeretur ingenium. sine causa enim solis ortum caecus expectat. ille quidem uidentibus semper exoritur, non cernentibus uero iubar ipsius quasi nubibus semper operitur. Sollium enim nostrum domnum patremque communem, quem transcribendum sublimitati uestrae dedisse me dixeram, legendum recepi. cuius lectio, sicut mihi antiquum restaurat affectum, ita prae obscuritate dictorum non accendit ingenium, quamlibet ipsum post

1 respirari *S* uagare *S* 2 at S^1*(?)*, ut S^2 7 deberis *S* 8 ianuum *S* 9 dilicias *S* 11 dices *r* perquires *scripsi*, perquiris *S* 12 uenia *S* 13 parsioni *r in textu*, portioni *uel* personae *r in notis* 14 pactum c. r. factum *r* 15 cui *Kr.*, cuius *S*, quibus *r in notis* 19 pia *S* 20 reuersu s umsisse S^1, reuersũ sumsisse S^2 22 possit *S* 23 cecus *S* 24 iubari *S*

tam longi temporis spatium caritatis igniculum scintillis suis inter obliuionis fauillas utcumque relucentem nonnumquam et suspiriosis flatibus excitemus et interdum dulcibus nobis fletibus inrigemus, quo tamen ille imbre perfusus, quanto magis inficitur, tanto magis incenditur, quia per lacrimarum copiam desideriorum atque affectuum crescit flamma, non deficit. hunc ergo, si dominus piae definitioni uestrae tribuetur fautor, effectum uobis praesentibus percensere festino et effici discipulus de magistro, quia non me pudet etiam in hac aetate nec piget discipuli adripere industriam, dummodo affectatae artis consequar disciplinam. prius enim quilibet debet discere quam docere, quia praepropere doctoris usurpat supercilium, nisi discipuli susceperit ante famulatum. quid enim iustius, quam ut ipse sis paterni interpres eloquii, qui uniuersa, quae ille conscripsit, non tam de codicis membrana, quam de cordis potes pagina proferre? cuius uos esse filios non solum generositate prosapiae, uerum etiam et eloquentiae flore et omni uirtutum genere conprobatis, quae bona uobis non tam doctrina contulit, quam natura, quia riuus de fonte prorumpens, licet fluendo proficiat et plenitudinem currendo conquirat, auctori tamen, unde sumit uocabulum, debet et meritum. quem si diuina clementia usque ad hoc tempus superesse uoluisset, sicut iam tum de uestra imitatione laetabatur, ita nunc de perfectione gauderet, cum spem ad rem cerneret peruenisse nec sibi inuideret aequalem, quem optauerat esse meliorem.

XXVII.

ITEM EIUSDEM ALIA.

Quamlibet per diaconem Iustum non meruerim litteras benigni pectoris et facundi oris accipere, quibus et eruditur ingenium et desiderium pasceretur, ego tamen, qui malo affectuosus ru-

3 fletibus *r* 4 ille S^1, illo S^2 6 defecit *S* 7 difinitioni *S* tribuet ut *r* 8 percensire *S* 9 putet *S* 10 affecta te *S*, affecta aetate *r* 12 praepropere *r*, praeponere *S* 14 interpraes *S* 15 de cordis potest S^1 16 uos *r*, nos *S* 19 ribus *S* 21 debit *S* 24 cerneres *r* 25 obtauerat *S* 29 facundioris *S* 30 mallo *S*

sticus, quam urbanus impius iudicari, scribendi oportunitatem mihi perire non passus sum, utpote qui mihi nolim, non dicam occasionem scribendi, sed nec uidendi uos unius saltim horae spatium deperire. ideoque salue plurimum dico et rogo, ut sine communi detrimento et utriusque conpendio nos semper oportunitate porrecta litteris uestris inlustrare dignemini, quia, quod nobis in affectu inpenditis, non expenditis, quod tribuitis, non amittitis et, quod nobis in charta transmittitis, uobiscum corde retinetis.

XXVIII.

RURICIUS OMMATIO SUO SALUTEM.

Sic ⟨a⟩ pietate uestra discessi, quod a uobis penitus non recessi. in eadem uos parte hominis interioris exhibui, in qua uobis remansi. scio, quia ibidem remansi, unde me nec insidiator antiquus potuit neque recens conciliator excludere. unde etiam sententia illius uos sapientissimi Salomonis admoneo: fili, ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. uinum nouum amicus nouus, ueterascet et cum suauitate bibes illud. et ideo nos ueterascamus in amicitiis et de die in diem affectibus innouemur. quodsi amicus relinquendus non est, quanto magis pater, qui erudiit, qui nutriuit, qui adiuuante domino ad sacerdotium usque perduxit, cui fortasse etiam iuxta diuinam misericordiam lucis istius debetur usura.

Sed haec ego beatitudini tuae scribo non quasi aliquid inputans aut exprobrans, sed ut filio carissimo, quem sine ullo naeuo cupio in hoc mundo inpietatis incedere et purum atque inmaculatum in illo die iudicii coram deo et angelis eius ac

16] Eccli. 9, 14.

1 orbanus *S* indicari *S* 2 passus sum *r*, passum *S* nolim *Luetjohann*, inolli *S*, nollem *r* 3 uidendi uos sed nec scribendi *Mommsenus* 4 orae *S* saluę *S* 5 derimento *S* utriusque] cum *add. Kr.* 6 dignamini *S* 8 ammittitis *S* 9 in *ante* corde *add. r* 11 ōmacio *S* 12 a *add. v, om. S* paenitus *S* 13 exibui *S* 15 consiliator *S, corr. r* 16 solomonis *S* filii *S* 18 ueteriscat *S* 19 bibis *S* ueteriscamus *S* 25 ergo *S* 26 filio] *S (s eras.)* 27 incidere *S*

congregatione carnis totius apparere. saluto itaque unanimitatem tuam et rogo, ut pro me orare digneris simulque, cum oportunum uobis fuerit, nos tanti habeatis uisitare. uale.

XXVIIII.

RURICIUS EUFRASIO SUO SALUTEM.

Miror sanctitatem uestram post tantorum et talium uirorum iudicia potius quam rescripta etiam inscitiae meae quaesisse sententiam. quod uos magis pro necessitudine quam necessitate fecisse conicio, ne, cuius tanti habetis praecipuum in animo tenere cultum, uideremini in negotio praetermisisse consensum. unde gratias ago indiuiduae mihi in Christo germanitati uestrae, quod ita de nobis praesumere et iudicare dignamini, ut nihil habeamus aut in caritatis simplicitate subdolum aut in ueritatis puritate fucatum. reddo itaque debitum unanimitatis officium et de causa, qua mihi scribere dignati estis, idem me quod et fratres nostros sentire significo. sed, quid facto opus sit uel quid mihi potissimum fieri debere uideatur, per diaconem uestrum uerbo fideliter intimaui, quae longum fuit litteris indicari. ora pro me.

XXX.

RURICIUS HERACLIANO SUO SALUTEM.

Qui se reum de officio esse cognoscit, prius supplicare debet, quam audeat salutare, quia, sicut inportune occurritur inputanti, ita oportune remittitur confitenti. et ideo nos nostram in palam producimus noxam, ut facilius peruenire possimus ad ueniam, quia non relinquitur locus inputationi, cum aditus patuerit deploranti secundum illam sententiam: die tu prior iniquitates tuas,

27] Esai. 43, 25.

1 saluto *r*, s *reliqua uersus parte abscissa S* 2 pr *S* 3 oportun *S* ual *S* 6 sanititatẽ *S* alium *S* 7 iuditia *S* etiam *om. r* 8 necessitudine *r*, necessitate *S* 9 conitio *S* 10 praetermisse *S* 12 presumere *S* 14 fugatũ *S* offitiũ *S* 18 quia *v* longum *cf. p. 414, 19*, ... m *S* 19 indicare *r* 21 ... icius *S* eracliano *S* 22 ui *S* offitio *S* 25 produximus *r* 26 inputacioni *S*, imputanti *Kr*.

ut iustificeris. non enim praeualebit accusantis inuidia, ubi humilitas praecesserit subplicantis. quam ob rem nos, si iam excusando diluimus culpam, ueniamus ad causam. salutem ergo tantam dicimus pietati uestrae, quantam potest affectus intellegere et non potest sermo proferre, quantam sentire possumus et non ualemus exponere, quantam potest interioris mens desiderio calefacta concipere et non potest lingua exterioris adserere.

Unde gratias agentes ipsius caritatis auctori, qui eam in cordibus nostris est dignatus inserere, oremus, ut praecipuum suae largitatis munus in nobis custodire semper et iugiter dignetur augere, quia iuxta apostolum Paulum ipsa est eminentior uia, quae ducit ad uitam. quod superest, specialiter quaeso, ut communi patrono pro nobis cotidie supplicetis, quia, sicut legitis, multum ualet oratio iusti adsidua, et, sicut ipse dominus noster in euangelio dicit de illo, qui tres panes ab amico suo noctis tempore importune quidem, sed salubriter . . ., quod inprobitati praestitum fuerit insistentis, quod negabatur amicitiis flagitantis. reliqua per portitorem uerbo mandaui, quae longum fuit litteris indicari, unde, sicut principium epistulae continet, rogo, ut pro tarditate ueniam dare dignemini. uale.

XXXI.

RURICIUS EPISCOPUS CAPILLUTO FILIO SALUTEM.

Gratias ago pietati uestrae, quod me consolare de ciuitatis ordinatione dignamini, cum uobis sufficere deo propitio satis abundeque possitis. et ideo, quia, qui uobis et fratribus uestris

11] 1 Cor. 12, 30. 14] Iac. 5, 16. 15] Luc. 11, 5.

1 preualebit *S* acusantis *S* 5 quantum *S* 6 interiores *S* 9 n̄ris *S*, uestris *r* 10 sua largitatio *r in textu*, sua largitio *r in notis* 11 Paulum *om. v* 13 pro *om. v* cotidiae *S* 17 petiit, fieri potest *suppl. Mommsenus* prastitum *S* insistentes *S* 19 indicare *r* 20 tardita *S* 21 dignimini *S* 24 consulere *v* ciuitatis *S*, antistitis *Luetjohann*, ciuis talis *Mommsenus, inter uerba* ciuitatis *et* ordinatione *excidisse* electione et uestra *suspicatur Kr.* 26 abundique *S* qui] quod *r*

placet, nobis displicere non debet, bene facitis, ut hominem, quem communis consensus elegit, ordinetis. sed admonete illum, ut ueritati studeat, non falsitati, paci, non perditioni, disciplinae, non discordiae, utilitati publicae, non priuatae cupiditati, iustitiae, non rapinae. tueatur bonos, emendet reos, miseros non faciat, sed defendat. corrigat sontes, custodiat innocentes, ut ita agens magis futuro possit placere iudicio quam praesenti.

XXXII.

DOMINO INLUSTRI SEMPERQUE MAGNIFICO FILIO AGRICOLAE RURICIUS EPISCOPUS.

Relectis litteris sublimitatis uestrae gratias deo egi, quod uos prius reualuisse ordinatione ipsius, quam infirmatos esse cognoui, ut nobis anxietatem tolleret et uobis redderet sospitatem. quam tamen infirmitatem uobis clementer inlatam propitio potius quam irato ipso domino nostro pro solita eius pietate conicio. sic enim legimus, quod corripiat dominus, quem diligit, (castigat) autem omnem filium, quem recipit. quod etiam in uobis, quantum audio, conprobatur, ut ordinatis affectibus uestris suum uobis insinuaret affectum et habitu animoque mutato iugum uobis suae lenitatis inponeret, ut salutari currui suo colla subdentes, dum mandatorum suorum leue onus euehitis, peccatorum grauem sarcinam deponatis.

Haec est enim mutatio dexterae excelsi, dum de peccatoribus iustos, de extraneis domesticos, amicos sibi facere dignatur ex seruis. superest, ut nunc conuersionem, quam protulistis in ueste, probetis in corde et haec commutatio inter indumentum uestrum habeatur et animum, ut, sicut ille sub can-

16] Prou. 3, 12. 17] Hebr. 12, 6. 24] Psalm. 76, 11.

1 factis *S* 7 iuditio *S* 8 presenti *S* 10 inlustri *S (e eras.)* 12 relictis *S* 14 ut *Luetjohann,* et *S* 17 conitio *S* 18 diligit *add. v,* castigat *add. Kr. ex ep. II 23, om. S* recepit *S* 19 re probatur *v* 20 animoquae mutatu *S* 21 curui *S* 25 dextraneis *S*

didis uestibus habuit hucusque nigredinem, ita nunc sub pullis uestibus operum luce candescat. peccator enim, qua die conuersus ingemuerit, tunc saluus erit, dummodo iuxta sancti apostoli Pauli sententiam, sicut exhibuimus hactenus corpora nostra seruire saeculo et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeamus membra nostra seruire iustitiae in sanctificationem, nec simus quasi timentes deum aliud sermonibus praetendentes, aliud habentes in moribus, aliud ostentantes in uestibus, aliud actibus conprobantes, ne nos mordeat sermo ille dominicus, sub uestitu ouium luporum rabiem contegentes, quia oculus ille diuinus, sicut scriptum est, omni loco bonos speculatur et malos. sine dubio, quem ad se integro corde transire conspexerit, ipse in cor illius iugi habitatione descendet, ut eo habitatore non careat, cui se praeparauit habitaculum.

Gratias itaque domino nostro super tam inenarrabili eius bonitate in commune referamus, qui mauult seruos suos monere quam perdere, corrigere, quam punire, et pro usura breuis uitae perpetuitatis regna donare. quod superest, saluto plurimum et ancillam uestram uobis peculiari insinuatione commendo, quamlibet hoc salua uestra pietate non egeat, ut, quo eam suscipere tanti habuistis affectu, semper foueatis indultu, quae largitate diuina utrosque nos sibi parauit obnoxios, uos auos faciens sua fecunditate, nos proauos. domnam filiam meam desiderio et honore, quo dignum est, sospito. ob cuius agnitionem, si facultas esset ambulandi, erat uoluntas promptissima uos uisendi, ut, quam interioribus oculis pro adfinitatis

4] Rom. 6, 13. 8] Matth. 7, 15. 11] 1 Petr. 3, 12.

1 nigridinem *S* 2 candiscat *S* 4 Pauli apostoli *r* 7 simus *v*, scimus *S* praetendentis *S* 10 uestituo *S* 12 bonus speculator *S* 12 et *ante* sine *om. v* 14 discendit *S* 16 inennarrabili *S* 17 suos *om. v* 18 corregere *S* 19 perpetuitatis *Kr.*, perpetuatis *S*, perpetua *v* primum *S* 20 peculiare *S* 21 quo eam *r*, coeam *S* 22 indultuque *S* 25 suspito *S* 26 agnitionem *om. r* prumptissima *S*

ipsius coniunctione iugi recordatione conspicimus, etiam exterioribus cerneremus. opto bene agas.

XXXIII.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO OMNIQUE A ME HONORE ET AMORE SPECIALIUS ⟨EXCOLENDO⟩ FRATRI CAESARIO EPISCOPO RURICIUS.

Frater et conpresbyter noster Capillutus dupliciter hac uice nobis gratus apparuit, dum et ipse nobis iam diu desideratus occurrit et quandam uestri praesentiam nobis per uestras litteras repraesentat. quo redeunte has reddere procuraui, quibus debitum beatitudini uestrae rependo caritatis officium. quod uero scribitis, cur ad synodum, sicut conlocutio habuit nostra, non uenerim, fecit hoc infirmitas, non uoluntas. ipsi etenim recolere potestis, quam fessum me Burdigala uideritis et hoc hieme, quando esse soleo fortior solito, qui aestiuis diebus etiam in hospitio meo et locis frigidis ipsam consuetudinariam infirmitatem sustentare uix ualeo, ne dicam, quod illos aestus regionis illius ferre quiuerim, si uenissem. unde magis spero, ut pro me orare dignemini et, ⟨si⟩ ad tempus aliud, quod intimatis, si deus uitam cesserit, uenire uultis, nobis per hominem uestrum maturius indicetis, quia litteras uestras ad me modo tardissime uenisse significo, quibus, etsi non pro dignitate, uel pro aetate non debemus tardius quam alii commoneri, qui fortasse, ut minus prudens dicam, merebamur ambiri, quia, si aliis nomen urbium praestat auctoritas, nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas, siquidem multo melius multoque eminentius est ciuitatem de sacerdote, quam sacerdotem de ciuitate notescere.

1 etiam *om. v* exteriobus *S* 2 obto *S* 5 excolendo *Kr. coll. II 40*, colendo *add. r, om. S* 6 ac *S* 9 sepraesentat *S* 10 offitiũ *S* 11 sydonum *S* conloquutio *S* 12 enim *v* 13 recore *S* Burdigalia *uel* Burdigali *r* 14 forcior *S* qui aestiuis *Luetjohann*, quia stiuis *S* 16 nix S^2 *in ras.* aestus *r*, coetus *SKr.*, aeres *infra p. 420, 24* 18 dignimini *S* si *addidi, om. S* si] me, si *Mommsenus, Kr. post* si *lacunae signum posuit* 21 quibus *scripsi*, quia *S*, quin *Mommsenus* 22 non *r*, ne *S* 24 prestat *S* 27 notiscere *S*, noscere *r*

XXXIIII.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO SPECIALI CULTU AFFECTUQUE CETERIS PRAEFERENDO PATRONO SEDATO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Dum scribendi uobis, domnis pectoris mei, animus uos sitiens occasionem frequenter inquirit, aliquando diuturna meditatione pertractans repperit idoneum portitorem, per quem et silentia longa disrumperet et sibi spiritales delicias postularet oris uestri cupiens rore respergi. de qua, credo, siti sanctus psalmista dicebat: anima mea sicut terra sine aqua tibi, illa nimirum aqua ariditatem corporis sui restinguere sobria ebrietate desiderans, de qua dominus noster in euangelio clamare dignatur: si quis sitit, ueniat et bibat. flumina enim aquae uiuae de uentre eius fluunt. hanc aquam Samaritanae etiam idem dominus offerebat, hoc est ecclesiae ex gentibus congregandae dicens: aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. hanc aquam si quis fidelis non gustu tantum summo tenus ore libauerit, sed totis animae uisceribus adpetens conuiua sorbuerit, protinus in laudem domini omnipotentis erumpet et hoc incipiet ructare, quod biberit, sicut beatissimus euangelista atque discipulus, qui super pectus domini recumbere meruit, mysteria regni caelestis audiuit et in illam uocem, quam ante nullus audierat, clamauit: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum.

Hoc erat illud uerbum, quod sine tempore a patre genitum in tempore creatur ex matre, ut creator fieret, ut esse posset humanitatis quaedam portio diuinitatis totius plenitudo et ple-

10] Psalm. 142, 6. 13] Ioann. 7, 37. 16] Ioann. 4, 14. 24] Ioann. 1, 1.

3 preferendo *S* 5 omnis *S (d eras.)*, omnis *r* 6 ocasionẽ *S* inquirit id *coni. Mommsenus* 7 ideum *S* 8 longe *r* disrumperem *r* dilicias *S* postolaret *S*, postulare *r* 9 site *S* 11 subria *S* 16 aqua *r Kr.* 17 salientes *S* 19 libaberit *S* sorbueret S^1 20 erumpet *Kr.*, erumpit *S* 22 adquem S^1 23 auriuit *S* 27 possit *S* 28 porcio *S*

nitudinem humanitatis portio ipsa humanitatis sua passione redimeret, dum imago inuisibilis dei forma fit serui, ut posset inpassibilis pati, inconprehensibilis capi, inmortalis mori, qui mortem occumbendo perimeret, ut uitam resurgendo repararet. sed quid ego oblitus mei, auidus tui quasi de huiuscemodi rebus tecum conloquens et inde in desiderium tui uehementius perardescens restinguere sitim meam uelut quodam dilectionis riuulo festinans inscrutabilia et inaccessa pertemptans, quid loquar, qui loquar, cui loquar, non considero? sed dabit, ut confido, ueniam pietas, quam committit affectus, quia caritas omnia sustinet.

Salue itaque plurimum dico indiuiduo mihi pectori uestro et rogo, ut pro me incessanter orare dignemini. simulque etiam partem corporis mei, per quam uobis has trado, peculiari insinuatione commendo, ut in illis, quam me diligatis integre, conprobetis. quos uobis eo arbitror fore cariores, quia meam uobis secum deferunt portionem. quibus quicquid dignati fueritis dilectionis inpendere, nobis uos conferre cognoscite, quia, si iuxta sanctum apostolum minus membrum maiori in dolore conpatitur, et maius procul dubio in minoris prosperitate laetatur. et ita demum fit, ut omnibus usquequaque membris in pace et quiete conpositis caput, totius corporis rector utpote et dominator, exultet. in quo capite omnia membra iubentur aspicere dicente propheta: sapientis oculi in capite eius, quos alius propheta euidenter exponit dicens: oculi mei semper ad dominum, quia ipse euellit de laqueo pedes meos, et iterum: ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelo.

10] 1 Cor. 13, 7. 19] 1 Cor. 12, 26. 24] Eccl. 2, 14. 26] Psalm. 24, 15. 27] Psalm. 122, 1.

1 porcio *S* redemeret S^1 2 sit *S* possit *S* 4 obcumbendo *S* peremeret *S* repararit *S* 7 perardiscens *S* 8 riuuluo *S* inscrutabilia *S (c in ras.)* ptimtans *S* 10 cũmittit *S* 13 dignimini *S* 17 porcionem *S* 18 dilectiones *S* quia *S* 19 iux^{ta} S^1 dolori *S* 20 minox *S* 22 capud *S* 23 donator *S* 24 sapientes *S* 25 capitae *S* quod *r, fort. recte* 26 euellet *Kr.*

Erigamus itaque oculos nostri cordis ad Christum et in nundi istius nocte manus nostras operibus fructuosis extollamus ad dominum et ipse caput nostrum esse dignetur et nos adhaerere capiti nostro utilia corporis sui membra mereamur, ut de hoc saeculo discedentes tamquam ⟨in⟩ exitu Israhel de Aegypto dicere redemptori nostro possimus: adhaesit post te anima mea, me autem suscepit dextera tua, cum ea diebus ac noctibus fuerit in corporis huius carcere meditata, unde non confundatur educta. ora pro me.

XXXV.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO SPECIALI CULTU AFFECTUQUE CETERIS PRAEFERENDO PATRONO SEDATO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Per archiatrum Palladium litteras fecundi cordis et facundi oris accepi, quae nos ad uisionem mutuam uoto pectoris inuitabant. sed quid facimus, quod desideriis animorum nostrorum diuersa membrorum resistit infirmitas, dum uos nimietate robusti, nos tenuitate exesi corporis inpedimur, dum uos alieni et quattuor pedes ferre nequeunt ponderosos, me etiam proprii et duo sustinere prae defectione uix possunt? quo fit, ut implere communia uota nequeamus. ego enim, testis est dominus, quod, si ualuissem, ad synodum condictam omni auiditate uenissem, sed me a dispositi itineris uoluntate necessitas imbecillitatis inhibuit, quia aeres regionis illius praesertim hoc tempore ferre non poteram. quod et uos ita credere confido et prauos ad aliud deriuare non dubito.

His itaque sufficienter, ut potuimus, indicatis salutatione animi desiderantis inpensa, si dignum ducitis, transmisi uobis

6] Psalm. 62, 9.

1 cordis nostri *c* 3 ut *Luetjohann* caput *S* adherere *S* 4 utilia *scripsi,* ut illi a *S,* ut utilia *Kr.,* ut illa *c* membra] esse *add. c* 5 in *add. Luetjohann, om. S* 8 *fort.* inde *scribendum* 9 educta] ad uota *c* 11 Christo *om. c* 14 arciatrum *S* 18 tenuetate *S* 22 sydonum *S* 23 me a *Mommsenus,* mea *S* disposita *c* *num* uoluptate *scribendum?* 24 imbicilitatis *S* aerem *coni. c* regiones *S* presertim *S* 26 diriuare *S* 27 itaquae *S* 28 desiderantis *Mommsenus,* desiderantes *S,* desideranter *c*

caballum, qualem uobis sciebam esse necessarium, mansuetudine placidum, membris ualidum, firmum robore, forma praestantem, factura conpositum, animis temperatum, scilicet nec tarditate pigrum nec uelocitate praeproperum, cui frenus et stimulus sit sedentis arbitrium, cui ad euehendum onus et uelle suppetat pariter et posse, ita ut nec cedat superposito nec deponat inpositum. superest, ut rescripto, quomodo uobis placeat, indicetis, quamlibet ita de indiuiduo mihi corde praesumam, quod uobis etiam mala a me commissa, non dicam transmissa conplaceant. tanta est enim integri uis amoris, ut in amicum nil displiceat, cum magis malum displicere debeat de amico. et hinc illud est, quod iudicia hominum aut amore praepediuntur aut odio, ut recta non proferant. uos uero, quos nec odium exasperat nec inflammat inuidia, et iocos nostros libenter accipite et de sospitate uestra uel actibus affluenter instruite, ut, dum uos diutius legimus, copiosius inbuamur. ora pro me.

XXXVI.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO SPECIALITER EXCOLENDO FRATRI CAESARIO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Qui occasiones scribendi nobis inuicem pro mutua caritate inquirimus, oblatas praetermittere non debemus, ut conferat nobis quandam praesentiae portionem sermo mediator, qui emittitur nec amittitur, tribuitur et habetur, uidetur discedere nec recedit, a me dirigitur, a te suscipitur, a me scribitur, a te legitur nec tamen diuiditur, cum quasi diuisus integer tamen utriusque corde teneatur, quia uerbi more diuini traditur et non egreditur, confertur indigenti et non aufertur auctori, ac-

2 placitum *S* firma *S* 4 et] ac *r* 5 heuehendum *S* 6 caedat *S* 7 ut *v*, & *S* 8 praesūmā *S* 11 amico *v Kr.*, amicum *omisso* in *Mommsenus* 12 de amico *om. v* iuditia *S* 13 praepediantur *r* proferant *Mommsenus*, ꝓferebant *S*, proferantur *v* 14 iocos *v*, locos *S* 16 cupiosius S^1 19 domno *r* mihi *r* 22 qui — *p. 422, 2* possessorem] *cf. ep. II 5* occasionis *S* 24 porcionem *S* mediator *r*, meditator *S* 25 discendere *S* 27 integer *v*, integri *S*

cipientis lucrum sine dispendio largientis, ditans inopem nec adtenuans possessorem.

Ideoque ueniente illo dulcissimo meo nepote Parthenio has per ipsum dare non distuli, ut et meam uobis praesentiam litteris exhiberem et ipsum pariter commendarem. cui quicquid dignati fueritis dilectionis inpendere, nobis uos praesentare noueritis. simulque etiam peculiarius rogo, ut pro me ipsisque pignoribus nostris incessanter oretis nec inpediant affectui amorum nostrorum spatia interiecta regionum, quia, qui in domino, qui praesens est ubique, se diligunt, non credendi sunt disparati corpore, cum per et in eo mente iungantur. ora pro me.

XXXVII.

RURICIUS EPISCOPUS DULCISSIMIS NEPOTIBUS PARTHENIO ET PAPIANILLAE.

Postquam pietas uestra discessit, dimidium esse me sentio, quia maximam mei partem, hoc est interiorem hominem residente corpore uobiscum ambulasse cognosco, ita tamen, quod et uos in pectore meo, quod hic remansit, manere conspicio. saluto itaque dulcedinem uestram et, ut uerborum meorum memores sitis, admoneo, quia certum est uos iuxta Salomonis sententiam posse in bonis deo dirigente proficere, si seniorum consilia et amori habeantur et usui. opto bene agatis.

XXXVIII.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI PETRO EPISCOPO.

Quia oboedientia sacrificiis antefertur, idcirco rusticitatem meam malo prodere quam perdere caritatem. scientia enim

20] Prou. 12, 15. 26] 1 Cor. 8, 1.

1 dictans *S* 3 nepote meo dulcissimo *v* parthenio *Kr.*, parthemio *S* 4 praesentiam uobis *v* exhiberim *S* 5 cõmendare *S* 6 presentare *S*, praestare *coni. Luetjohann* 8 incensanter *S* affectum *v* amorum *ex* qmorum S^1 9 spacia *S* 11 cum] ,, *S (cũ suppl.* S^1*)* p& *S*, pari *Luetjohann*, pariter *v* 13 parthemio *S* 16 resedente *S* 17 cognosco *ex* cognosce *S* 18 uos *ante* manere *denuo add. S* 19 dulcidinem *S* 22 apto *v* agates *S* 24 petro episcopo] pet . . . . . *S* 25 sacrifitiis *S* 26 mallo *S*

inflat, caritas, ut ipsi melius nostis, aedificat. quam ob rem, quia iussistis, ut uos per singulas occasiones et de meis actibus facerem certiores et desiderium uestrum, quod mihi non meo merito, sed generali et insita uobis dilectione dependitis, alloquio temperarem, me quidem ⟨deo⟩ propitio fortiorem, sed heu plenum omne hospitiolum nostrum diuersis incommodis laborare significo. peculiarius rogo adtentius domino supplicetis, ut, qui nobis incolumitatem uestris orationibus reddidistis, et his opem ac medellam diuinae misericordiae intercessionis uestrae patrocinio conferatis. ora pro me.

XXXVIIII.

DOMINIS SUBLIMIBUS ET MAGNIFICIS FILIIS EUDOMIO ET MELANTHIAE RURICIUS EPISCOPUS.

Quam grauis mihi orbitatis uestrae sit luctus, testis est pectoris mei conscius deus, quod uerbis subtilitati uestrae indicare non possum. nam ita animum meum doloris uestri passio sauciauit, acsi unum de propriis affectibus perdidissem, quia me uobis proximum et quodam modo consanguineum bene mecum agendo fecistis. atque ideo, quia labores et angustias nostras frequenter in uobis pro uestra dignatione suscipitis, iustum est et nos uestris, cum acciderint, participare maeroribus. si enim iuxta apostoli sententiam unius corporis membra sibi inuicem conpatiuntur et condolent, decet nos quoque eorum incommoda ×× saepe percipimus. dolemus itaque casui uestro et planctibus uestris interesse nos credimus. sed quid facimus, domni filii, quod uoluntati diuinae resistere nec possumus nec debemus

22] 1 Cor. 12, 26.

3 cerciores *S* meo *e corr. S*^{1} 4 alloquio *v*, alloqui *S* 5 quiđ *S* deo *add. v, om. S* porciorem *S* (f *man. alt.*), fotiorem *v* heu *S* (h *man. alt.*) 6 planum *S*^{1}, et *add. r* deo sed plane *Mommsenus* 8 incolomitatem *S* reddistis *S* 9 ac *v*, a *S* a medella *Mommsenus* medillam *S* 12 melantiae *S* 15 subtilitati *scripsi*, subtilitatis *SKr.*, sublimitati *r* 17 affinibus *v* 18 quadammodo *S* consanguineam *S*^{1} *corr.* 20 uoƀ *S*, uos *Luetjohann* 21 accederint *S* meroribus *S* 23 conpaciuntur *S* eorum] miserere quorum *add. Luetjohann*, persentire, quos a nobis indiuiduos esse *post* incommoda *suppl. Mommsenus* 24 percipiamus *e*, percepimus *Luetjohann* 25 sed — *p. 424, 22* adsumptum] *cf. ep. II 3* 26 qđ *S*, equidem *v*

et omni sollicitudine praecauere, ne, dum dulcia nobis pignora nimio dolore deflemus, blasphemi quidam et iniuriosi inueniamur in domino et grauius animas nostras auctor ipsius mortis inuenta occasione confodiat, quam carorum amissione percussit?

Ideoque in omni amaritudine uel dolore ad deum nobis est refugiendum et ad illum omnes casus nostri toto corde referendi, qui sanat uulneratos, qui releuat maestos, qui consolatur adflictos, et illa sancti Iob sententia omnino dicenda est: dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. sit nomen domini benedictum. et ille, hoc quando dicebat, decem filios cum omni facultate perdiderat nec tamen blasphemare aut damno aut dolore conpulsus est, sicut dicit scriptura: in omnibus, quae acciderunt ei, nihil peccauit labiis Iob. quod ego pietati uestrae scribere pro mutua caritate praesumpsi, ut dolorem animorum uestrorum, quem litteris meis mitigare non poteram, uel diuinis eloquiis utcumque moderarer. et uere, si mihi quasi uestro creditis cordi, non minimum potestis capere de Christi domini uoluntate solacium, quod, quatenus ipsum inmaturus manebat interitus, talem eum est dignatus adsumere, qualium regnum docuit esse caelorum, ut et patronum haberetis ex filio et minus doleretis amissum. quem a domino uidebatis adsumptum. opto bene agatis.

XXXX.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO MIHIQUE IN CHRISTO DOMINO CULTU AFFECTUQUE SPECIALIUS EXCOLENDO PATRONO UICTORINO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Frater et conpresbyter noster Capillutus, licet apices uestros nobis non detulerit in charta relegendos, tamen potius exhibuit

8] Iob 1, 21. 13] Iob 1, 22.

2 quidem *v Kr.* 6 omnis *S* 7 consolator *S* 8 dicendi *S* 11 decim *S* 13 accederunt *S*, accidebant *r* 14 ego] et *add. r* 17 moderare reuere *S*, *corr. r*, moderarer uere *Kr.* 19 ipsum *om. r* 20 dignatus est *r* qual (iũ regnũ docuit *S*[1] *in ras.) S*, qualium r. docet *r* 21 ex] & *S* 22 obto *S* 25 mihique *om. r* 26 uicturino *S* 28 ẹapices *S* 29 cartha *S* potius *coni. r*, totius *S*, totos *Luetjohann*

in corde conscriptos, unde eos nec fur auferre nec uiolentus eripere nec imber eluere nec uetustas possit abolere, dum mihi fidelis admodum uestri pectoris consors et dicacissimus delator saepius inculcat et dulcius, qualiter me et quam adsiduae dilectionis dente ruminetis, non quod in me sit, unde caritatis uestrae pascere possitis esuriem, qui solidos et numquam perituros cibos et accipere soliti estis et dare, sed, quando fortior esca defuerit, tenuitatem nostram pro lactis poculo sorbeatis, ut desiderium pii cordis et puri alimento innocentiae temperetis.

Nec mirum est hoc tamen in uestra uirtute miraculum, ut diligatis uenerantes uos, qui odientes amare consuestis, siquidem et ad augendam circa nos caritatem uestram duo lumina nostra detinetis, Aurelianum dico atque Leontium. pro quorum spe et consummatione rogo, ut indesinenter diuinae misericordiae, sicut uos confido facere, supplicetis et cum illis iterum pro nobis semper oretis, quia fiducialiter credo, quod profectioni uestrae et illorum incipientiae pro ipsa adhuc teneritudine a nutritore domino nil negetur. salutem itaque uberem dico pietati uestrae, quantum potest promere oris affatus, non quantum cordis poscit affectus, et rogo, ut praefatos dulcissimos stimulos pectoris mei nostro nomine sospitetis nosque, quotiescumque se oportunitas porrexerit portitoris, benedictionis uestrae imbribus inrigetis. ora pro me.

XXXXI.

RURICIUS EPISCOPUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

Affectus sublimitatis uestrae in uiscеribus nostris uiolentus exactor est et amori uestro me potius quam pudori meo ser-

2 uetustus *S, corr. r* obolere *S* 3 fideles *S* ammodum *S* pector *S* dicacissimus *scripsi,* decacissimus *S,* deditissimus *r,* dicatissimus *Mommsenus* 4 lelator *S, corr. r* assidua dilectione *r* 5 dilectiones *S (i man. alt.)* dente] de me *r* ruminetes S^1 7 cybos *S* accepere *S* 8 forcior *S* 12 consuistis *S,* consueuistis *r* 14 detinetis *r,* etinetis *S* aurilianum *S* 18 insipientiae *r* 20 affatus *scripsi,* effactus S^1, affactus S^2, effatus *Kr.*, affectus *r* 21 prefatus *S* dulcissimus *S* 22 stimolos *S* nostro *r,* ñ *S* 26 appollonari *S*

uire conpellit, dum non considerat, quo sermone, qua pagina tantum uestris imperiis obsequamur. cogitis enim nos auribus peritiae uestrae uerbis rusticis iniuriam frequenter inferre, dum apices nostros saepius uultis accipere. pareo uoluntati uestrae, pareo iussioni. malo enim de me ipso tibi magis quam mihi credere, quia pietatis, non potestatis est, quod iubetis. et ideo, quae displicuerint, emendabitis procul dubio potius, quam prodetis, siquidem nihil est imperiosius caritate, cui quisque toto corde se dederit, libenter et uincula illius inpacta patietur et onera inlata portabit, dum praecipientis imperium non inuitus excipit, sed deuotus exercet. praestabit itaque diuina misericordia, ut tumultibus temporis huius uel necessitatibus aut dilatis in perpetuum aut parumper oppressis citius fructus nos faciat de nostra capere praesentia, ut desideria, quae incitantur affatibus, aspectibus mitigentur.

XXXXII.

DOMINO DEUINCTISSIMO ET MIHI OMNI HONORE UENERABILI FRATRI LEONTIO RURICIUS.

Gratias ago, quod et nostri curam gerere et nouitate holerum, quae libenter habere nos nostis, nos reficere tanti habuistis, quod et consuetudini praestatis pariter et amori. ideoque redeunte puero uestro reddo reciprocum sospitationis officium et, ut de suscepto deo propitio officio indesinenter cogitetis, admoneo, quia deus non initium boni operis, sed finem requirere conprobatur dicens: qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. praestabit, ut credimus, misericordia ipsius,

25] Matth. 10, 22.

5 mallo *S* 6 potestati *S* 7 mendabitis *S* 9 se dederit] sederit *S* pacietur *S* 11 non *ante* excipit *denuo add. S* praestauit *S* 12 tumultiba *S* dilatis *ex* dilectis S^2, deletis *Mommsenus* 13 paruump *S* citius S^1, citius S^2 fructus nos *S man. rec.*, fcti's os S^1 14 nestra *v in notis* carpere *v* 15 affectibus *v* mitigentur] finit *add. S* 17 deuictissimo *S* uenerabile *S* 18 leoncio *S* 19 nouite *S (t eras.)* 20 nos nostis *S* 22 offitium *S* 23 offitio *S* 26 praestauit *S* misericordiam *S*

ut, qui paenitendi uobis animum inspirare dignatus est, ipse uobis et in augendo uirtutem et in consummatione plenam tribuat pro sua miseratione remissionem, qui solus potest et sanare corrupta et reparare conlapsa et delere commissa et abolere praeterita, conseruare praesentia et donare uentura.

XXXXIII.

RURICII AD DOMNUM CONSTANTIUM.

De deliciis transmissis gratias ago et, quantum indicastis, tantum me utrarumque auium suscepisse significo simulque etiam per pueros ipsos, qui nobis haec detulerunt, tergus aprunum me pietati tuae indico transmisisse, ut, dum nos uolatilia, quae transmisisti, deliciamur, tu bipede de quadrupede facto satieris. cuius tamen malo carne quam uita capiaris, quia, qui semper de saecularibus cogitat et iugiter terrena meditatur, huic animanti e scriptura diuina merito conparatur, quia de omnibus animalibus solus homo sublimis creatus est et effectus, ut auctorem suum semper caelo intentus aspiciat, non mundialia opera solo incessabiliter defixus exerceat.

XXXXIIII.

AD DOMNUM AMBROSIUM EPISCOPUM RURICIUS EPISCOPUS.

Apostolica praecepta nos commonent, ut, a quibus diuina percipimus, eis terrena praebeamus. quod nos uel in hac dumtaxat parte seruantes pro caelestibus epulis, quas nobis et sermone uiuo et patrum tractatibus ministratis, legumina marina transmisimus, per haec nil nos habere proprium conprobantes, siquidem et a diuinis bonis sumus, quae uos tribuitis, peregrini

15] 2 Petr. 2, 22.

1 penitendi *S* 2 agendo *v* consũmationem *S* 5 abdere *v* presentia *S* uentura] finit *add. S* 7 rurici *S*, Ruricius *v* 8 diliciis *S* 11 tua *S* 12 diliciamur *S* sacieris *S* 13 mallo *S* 14 terrenam *S* animanti e *scripsi*, animanti ae *S*, animanti a *Luetjohann* 16 erectus *malit Kr.* 17 mundalia *v* 21 nos *ex* non S^2 communent S^1 23 aepulis *S* 24 ligumina *S*

et nos peregrina transmittimus. itaque, quia nos a marinis caelestibus exulare et solis terrenis sedibus incubare cognoscimus, a uobis specialius postulamus, ut haec aliena a nobis libenter accipere et uestra nobis dignemini frequenter inpendere. illud sit affectionis, hoc ministerii, illud doctrinae praestetur, hoc gratiae.

XXXXV.

AD DOMNUM IIISPANUM RURICII EPISCOPI.

Ago gratias, quod, dum nobis Doranoniae spolia transmittitis, pietatem uestram erga me sincerissimam conprobatis, qua nos amplius quam deliciis delectamur, siquidem inde esuriem corporis conpescimus, hinc cordis, inde uentri transitorium porriginus pastum, hinc uero animo mansurum praebemus affectum. proinde tam amori quam muneri uestro gratias repensantes reciprocis pietatem uestram plurimum sospitamus. et quia de nostra dignaris esse salute sollicitus, iuxta nota pietatis uestrae me ualere significo simulque deposco, ubi sanctum pascha facturi sitis, me recurrentibus instruatis.

XXXXVI.

RURICII EPISCOPI AD PRESBYTERUM ALBINUM.

Ubi ad me communis luctus nuntii rumore peruenit, quod tamen miratus sum, quod non hoc prius ex germanitatis uestrae relatione cognoui, ipse ad uos requirendos continuo uenissem, nisi me dierum horum reuerentia retardasset. has transmisi, quibus spero, ut me excusatum habere dignemini et filiam nostram, quam audio se uehementer affligere, ad uicem meam tam ex ratione quam ex uestra auctoritate consolemini, quod dominus noster de seruo suo et, quando uoluit, et, quod uoluit,

1 nos *r*, uos *S*, uobis *Luetjohann* mannis *Kr.*, mensis *Luetjohann* 4 dignimini *S* 5 coquinae *coni. Mommsenus* praestitur *S*, praestatur *r* 8 rurici *S* 9 dora noniae *S*, dora nomine, re *v* 11 diliciis *S* 12 conpescimus *scripsi*, conpescemus *S* uentri *v*, uestri *S* porregimus *S* 14 repensantis *S*, obsequiis *suppl. Luetjohann coll. ep. II 50* 18 instruatis] finit *add. S* 20 rurici *S* 21 nantii *S* 23 latione *S* 26 *num* mea *scribendum?*

fecit. et ideo contra uoluntatem domini uenire uidebitur, cui displicet diuina praeceptio, utique diuina, quia animam nostram ille solus, cum uoluerit, ex corpore potest educere, qui fudit in corpore. et idcirco luctus iste nimius, qui uidetur esse pietatis, magis ex diaboli consilio quam ex pietate descendit, ut, dum dolor consolationis inpatiens querellis suis deum inpietatis exprobrat, qui praemisit filium per humanam conditionem, per incredulitatem animam perdat.

Plangant mortui mortuos suos, quos resurrecturos esse non credunt, qui animam cum carne aestimant interire, quibus nulla ⟨de⟩ beatitudine animae, nulla de corporis restauratione fiducia est. nos uero, qui spem resurrectionis habemus in Christo, qui animas nostras iuxta pollicitationem ipsius domini in sanctorum sinibus credimus conlocari, ad ipsum nos corde et orationibus conferamus et consolationem de ipsius promissione capiamus, quod credentes in se secum uiuere faciat nec ullus apud eum nisi infidelis mortuus iudicetur. et ita planctus nostros, sicut scriptura nos edocet, temperemus, dicens: luctus sapientis septem diebus, impii uero omnes dies uitae suae. sicut scimus illum mortuum corpore, anima uero pro innocentia sua deo uiuere, ita nos uiuentes corpore corde moriamur.

XXXXVII.

RURICII EPISCOPI AD TAURENTIUM.

Ago gratias promptissimae in domino deuotioni et sincerissimae erga me caritati uestrae, quae diuinae bonitatis imitatrix id, quod a me sibi prospicit supplicandum, ** priusquam rogetur, et nostrum praeoccupare beniuolentia sua festinat

9] Luc. 9, 60. 19] Eccli. 22, 13.

1 uidebitur *r*, indebitur *S* 2 displicit *S* 5 discendit *S* 6 cum *r* querillis *S* 9 plangant—in Christo] *cf. ep. II 4* 11 de *add. r, om. S* 14 finibus *r* 15 consolationi *r* 18 planctos *S* 21 uiuentis *S* 22 moriamur] finit *add. S* 24 rurici *S* taurencium *S* 25 prumtissime *S* sincerissime *S* 26 diuina *S, corr. r* 27 id quod a *scripsi*, id quod *S*, dat quod a *Mommsenus post* supplicandum *uidetur* suppeditat *(*suppeditare*) uel simile quid supplendum*

officium, dum non solum custodire, uerum etiam augere in ⟨me⟩ istum sibi gestit affectum, quem ideirco beneficiis anticipando laetificat, quia ad modicum contristare formidat. et ideo mauult offerre tacenti gratiam, quam praestare poscenti sciens procul dubio plus in eo esse meriti, quod spontanea benignitate defertur, quam quod precibus intellegitur, siquidem horum unum non nisi necessitate datur necessitudini, aliud uero saepe etiam precatoris sedulae dimittitur inprobitati. unde salue reciprocum dicens de pietatis uestrae promissione securus puellam uestram in rem directis pueris uestris me consignasse significo, cui confido quod iuxta pollicitationem uestram non solum ueniam, sed etiam gratiam pro nostra intercessione tribuatis.

XXXXVIII.

RURICIUS EPISCOPUS DOMINO UENERABILI FRATRI IOHANNI.

Magnus communis susceptus, quod uoluntarie facere debuerat, fecit nunc necessitate conpulsus, ut ad uenerationem tuam commendaticias flagitaret et se gratiae tuae, etsi propter neglegentiam suam de praeterito ingratus, per insinuationem nostram nunc tamen gratificandus ingereret. cuius petitioni ideo promptius adquieui, quia credidi, sicut et confido, uos petitioni meae libenter annuere. unde salutatione depensa spero, ut ipsum pro intercessione nostra recipere tanti habeatis et, quia hoc, quod debuit, reddidit, usuras illi solidorum ipsorum non tantum pro precibus nostris, quantum pro diuinis praeceptis donare digneris. quod pro conuersatione uestra, qua uos deo propitio per dies singulos audio proficere, sine dubitatione praestetis, quia ipsi nostis, quod ille regnum dei laetitia et gratulatione percipiet et in montem domini glorificatus

29] Matth. 5, 1.

1 offitium *S* in me istum *Luetjohann*, in *(ex* id*)* istum *S*, initum *Mommsenus* 2 gessit *uel* ingessit *v* 3 formidate *S* 5 esse in eo *r* 6 praecibus *S* intellegitur] indulgetur *v Kr.* 7 necessitudinis *coni. Luetjohann* 10 me *om. r* 11 pollitacionem *S* 15 episcopus *om. r* 16 magnus *S litteris* MAG *implexis*, manus *uel* amicus *r* uoluntariae *S* 18 commendatias *S* 19 negligentiã *S* 20 ingerere *S* 21 prumptius *S* 24 reddedit *S* 28 ipse *v*

ascendet, qui pecuniae suae usuram non in praesenti saeculo a proximo suo exegerit, sed a domino expectauerit in futuro. nec per dolosa beneficia laqueos laborantibus inicit insolubilium debitorum, sed illius est fenerator et creditor, qui dicit: date et dabitur uobis et, qua mensura mensi fueritis, ea remetietur uobis.

Infidelis utique et iniquus est etiam sibi, qui hoc, quod elegit concupiscendum, non uult habere perpetuum. quamuis enim, quicumque multa condat, multa congreget et infinita diuersis nundinationibus adquirat, mendicus de hoc mundo descendet, nisi de rebus suis portionem suam ad aeternam beatitudinem ante praemiserit, dicente domino per prophetam: ne timueris, cum dives factus fuerit homo et cum multiplicata fuerit domus eius, quia non, cum morietur, recipiet omnia neque simul descendet cum eo gloria domus eius, et iterum: dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt omnes diuitiarum in manibus suis. qui si benigni essent animae suae, illi potius bona sua crederent, qui et idoneus fideiussor est pauperum et largissimus redditor usurarum. non ergo cupidus sis, carissime frater, nunc recipere in duplo, quod dominus redditurum se tibi promittit in centuplum, unde nec a tinea poteris pertimescere exterminium nec a fure formidare dispendium, quia ipse dominus noster munerum suorum et largitor et custos est.

XXXXVIIII.

APRUNCULO EPISCOPO RURICIUS EPISCOPUS.

Exegit mutui amoris affectus ad indiuiduam mihi sanctitatem uestram sola ex causa litteras destinare, etiamsi non se occasio

4] Luc. 6, 38. Matth. 7, 2. 12] Psalm. 48, 17. 16] Psalm. 75, 6. 21] Matth. 19, 29. 23] Matth. 6, 19.

1 ascendit *S* 3 benefitia *S* 5 mensuram *S* remitietur *S* 10 nondinationibus *S* descendet *scripsi coll. lin. 15,* discendit *S,* discedet *r Kr.,* discedit *Mommsenus* 11 porcionem *S* 13 timueritis *r* 15 discendit *S* 17 in *om. S, add. Uulg.* 20 frater carissime *r* 22 centuplo *Luetjohann* a tinea *r,* catênea *S* ptimiscere *S* exterminum *S* 24 custo *S* est] finit *add. S* 28 ex] ea *coni. Mommsenus* distinari *S*

oportuna porrigeret. unde per hominem filii mei Leontii has ad apostolatum uestrum dedi, quibus sospitatione praelata, quam ex sententia deo fauente ualeatis, inquiro, quia ipsi nostis incolumitatem uestram nostram esse laetitiam, sperans, ut redeunte praefato nos reddatis de uestris actibus propitia diuinitate securos, quos uidetis esse ⟨de⟩ prosperitate sollicitos.

L.

RURICIUS EPISCOPUS CERAUNIAE SALUTEM.

De sincerissima, qua nos pro benignitate animi tui, non pro nostris meritis dignaris excolere in domino, caritate confidens securus has ad uenerationem tuam direxi, quibus in domino ac deo nostro salutem uberem dicens specialiter rogo, ut ea, quae per seruum uestrum Amandum uerbo speraui, si possibile est, nobis sine dilatione praestare dignemini, quia haec res et nos releuare potest et uobis nullum potest adferre dispendium, quod ego pro beneficio maximo conputabo. iterum, in quo insseritis uel usus exegerit, uicem reciprocis obsequiis repensare contendam.

LI.

RURICIUS EPISCOPUS CENSORIO EPISCOPO SALUTEM.

Litteras sanctitatis uestrae etsi per occasionem accepisse me gratulor. non enim interest, utrum ex necessitate aut ex uoluntate, dummodo inter se inuicem, qui se diligunt, conloquantur et, quos corpore locorum interualla discriminant, animorum ac sensuum conloquia fida coniungant, quia hoc nobis generale uel maximum uirtus diuinae pietatis indulsit, ut, qui nos aspectu carnali non possumus contueri, spiritali cernamus obtutu. unde redeunte gerulo litterarum has, sicut

1 porrigeret *Kr.*, porregerit *S*, porrexerit *v* leonti *S* 2 praelat *S* 4 nosti *S* incolomitatem *S* 6 de *add. v, om. S* 8 rūre *S* ceraunię *S* 9 aqua *S* 11 ad uenerationem *v*, aduentionem *S* 13 speraui] significaui *coni. v*, reseraui *Mommsenus* 16 benefitio *ex* benefitium *S* maximo *c corr. S*[1] 17 exigerit *S* 20 censurio *S* 26 diuinae *Luetjohann*, diui | acte *S*, diu iactae *v*

iniunxistis, reddere procurani, ut et sollicitudini uestrae et mutuae caritati pariter responderem.

Salue itaque apostolatui uestro plurimum dependo et hoc, quod apicibus meorum testimonio uoluistis agnoscere, utrum Sindilla porcos suos prudente Foedamio perdidisset, noueritis me apud homines meos, ubi fuerunt, diligenter perquisisse. sed, sicut ante iam noueram, magis et istos laborem facientes ac Sindillam perpessos esse et ipsum porcos suos ⟨per⟩ peruersitatem suam, dum de aduersa parte esse se iactitat, amisisse cognoui, ceterum praefatum Foedamium illi in nullo culpabilem. nam quod pertulit, nulli alii nisi ⟨sibi⟩ debet ex omnibus inputare. in qua causa, quantum ego contemplatione uestri, ut homines uestri aut a custodia liberarentur aut porcos uestros reciperent, laborauerim, ⟨per⟩ ipsos iam referentes plenius potuistis agnoscere, quod propterea necesse non fuit litteris indicari. uestrum est hominem uestrum iuste ab huius calumniae obiectione defendere, quam eum iniuste scriptis nostris agnoscitis sustinere.

LII.

RURICIUS EPISCOPUS STEPHANO SUO SALUTEM.

Ita me paucissimis diebus ad cultum suum pietas uestrae sanctitatis inlexit, ut, cum uos deo propitio corde detineam et oculis mentis intuear, tamen semper affectu instigante perquiram, quia scilicet breue uidetur omne, quod dulce est, ita inexplebile est omne, quod carne est. et omnipotenti deo gratias super tam admirabili dono eius, quod ita generaliter seruis

4 apicebus *S* mearum *v* 5 prodente *coni. Luetjohann* 7 facientes ac Sindillam *scripsi,* faciente facis indilae *S,* faciente facinore Sindillae *Mommsenus,* faciente paci Sindillae *v* 8 ꝑpessus *S* per *add. v, om. S* ꝑuersitatẽ *S* 10 caeterum *S* 11 alii *om. v* sibi *add. Luetjohann, om. S* ex] et *v* 12 quandũ *S* contemplationi *S* 14 reciperint *S* per *addidi, om. S* ipsis iam referentibus *v Kr.,* ipso i. referente *Mommsenus* 16 indicare *v* uestrum iuste *scripsi,* uerum iustae *S* 17 qua meum iniustae *S* scribtis *S* 18 nr̃is *S, om. v* 20 stefano *S* 22 deteneam *S* 24 scilicet] *uidetur* sicut *scribendum,* ut *add. Mommsenus* 25 carum *coni. v* et—*p. 434,5* consistit] *cf. ep. II 10* 26 eius] refero *ex ep. II 10 add. Kr.*

suis tribuere ineffabili dispensatione dignatus est, ut ii, qui disparantur corpore, animis iungerentur, neque esset aliquid tam longinquum ⟨tamque⟩ difficile, quod mentium obtutibus ⟨non⟩ obuiarit, sed per cordis intuitum ibi se inuicem diligentes caritatis contemplatione conspicerent, ubi caritas ipsa consistit. quo fit, ut deuinctio uestra, quae in uisceribus meis iugi recordatione, dum cotidie renouatur, augetur, amoris uestri mihi uicissitudinem repromittat et animus meus mihi animorum uestrorum fideiussor adsistat, dum tantum sibi audet de uestra dilectione praesumere, quantum uobis concupiscit inpendere. salutem itaque beatitudini uestrae plurimam dico et rogo incessanter communi domino supplicetis, ut secundum diuitias bonitatis suae atque uirtutis, cui omnia possibilia confitemur, etsi in hoc saeculo nos propter uitae istius turbedines ac procellas et regionum interualla saepius uidere non possumus, uel ad illam urbem, quae aedificatur ut ciuitas, faciat conuenire, ad quam nos misericordia domini poterit perferre, nos merita.

LIII.

RURICIUS EPISCOPUS PRAESIDIO FILIO SALUTEM.

Plerique, dum me apud indiuiduam mihi sublimitatem uestram non uitae merito, sed amicitiarum priuilegio multum posse confidunt, commendaticias a nobis, quibus uobis excusentur, inquirunt. quas eis pro officii nostri necessitate negare non possumus, non praesumptionis audacia, sed ministerii disciplina, dum et illis praesentis uitae solatium et uobis prouidere desideramus aeternae, ut et illi per patientiam uestram

16] Psalm. 121, 3.

1 hii *S*, hi *v* 3 tamque *om. S* 4 non *om. S, add. Kr. ex ep. II 10* obuiaret *Kr.* cordis *v*, discordis *S* diligentis *S* 6 quo—inpendere] *cf. ep. II 9* 7 augeretur *S, corr. v* 8 uisitudinem *S* et *add. Kr. ex ep. II 9 om. S* 11 plurimũ *S* 13 cui—merita] *cf. ep. I 17* 14 etsi *cf. I 17*, ut si *S* turbidinis *S* 20 *cf. supra ep. II 12* pręsidio *S* 21 plerumque *S* 22 amititiarũ *S* 24 offitii *S* 25 praesuptionis *S* audatia *S* 26 praestis *S* 27 pacientiã *S*

reseruentur ad paenitentiam et uos per misericordiam perueniatis ad ueniam, sicut dicit scriptura: quia iudicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam, quia, qui dixit: dimittite et dimittetur uobis, procul dubio, quem uiderit hic facere, quod praecepit, in futuro ei restituet, quod promisit. nobis enim illius ueritas praesto est, si illi fides nostra non desit. unde manifestissime potestis aduertere absolutionem miserorum uestrorum esse indulgentiam peccatorum et hoc uestris conferendum precibus, quod nos praestatis alienis, iuxta ipsius in euangelio sententiam: quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. ideoque pro Urso et Lupo, qui ad me quasi uobis peculiarius, sicut superius dixi, caritatis iure deuinctum pro criminum suorum intercessione uenerunt, precator accedo, ut primum deo, deinde nobis hoc, quod commiserunt, donare digneris nec nos de eorum damnatione confundas, qui se iam tum absolutos esse, quando ad humilitatem meam deducti sunt, crediderunt.

LIIII.

RURICIUS EPISCOPUS RUSTICO FILIO SALUTEM.

Extra affectum consuetudinarium et probatum et humanitatem nobis dignaris inpendere, dum usibus tuis detrahis, quod nostris largiaris expensis, quia puero uestro referente cognoui, quod piscationis in Uisera pro parte uestra nobis insseras delicias ministrare. unde salutatione depensa gratias ago plurimas exorans diuinam misericordiam, ut pro honore, quem nobis pro ipsius timore dependitis, et praesentium dierum nobis conferat felicitatem et beatitudinem tribuat futurorum.

2] Iac. 2, 13. 4] Luc. 6, 37. 10] Matth. 7, 2.

2 inditiũ *S* 3 illi *om. S* 4 qui *om. S* dimittitur *S* 5 praecipit *r* restituit *S* 6 presto *S* 9 praecibus *S* 10 prestatis *S* 11 idẽque *S*, idemque *r*, *fort. recte, cf. p. 437, 13* 14 intercessiones *S* 16 damnationem *S* absolutus *S* 23 uiscera *r* uĩra *S*, Visera *r* 24 dilicias *S* ministrari *Kr.* 26 praesentium dierum *Kr.*, presentierum *S*, praesentium rerum *r*, praesentium *Mommsenus* 27 futurorum] finit *add. S*

LV.

RURICIUS APRUNCULO EPISCOPO SALUTEM.

Sicut litteras sanctitatis uestrae per uirum uenerabilem Elogium cum gratulatione suscepi, ita has eodem redeunte libenter emisi. quibus apostolatui uestro debitum dependo sospitationis officium simulque deposco, ut pro nobis orare dignemini et id a communi domino peculiarius postulare, ut iam tandem aliquando in unum uenire et nos uidere mereamur, ut caritas, quae secundum sententiam dominicam in pectoribus nostris per absentiam, quod peius est, refrixit, per praesentiam iterum in sopitis cineribus suscitetur et uiuis uocibus quasi nouis flatibus ueteris amoris rediuiuum reparetur incendium, quod more atque uirtute ignis illius, quem dominus misit in terram, et spinas neglegentiae nostrae atque desidiae ui naturae potentis exurat et tenebras dormientis cordis inluminet.

LVI.

ITEM ALIA RURICII AD IPSUM EPISCOPUM.

Adsiduitas supplicantum supplet in nobis gratiae communis officium, ut hoc, quod facere debeamus per mutuae dilectionis affectum, faciamus per externae necessitatis imperium, dum alienae tribuimus petitioni, quod propriae debere nos cognoscimus caritati, ut haec litterarum necessitudo esset ex uoluntate necessitudinis iocunda, non uero calamitate deplorantis extorta. tamen, quia spontaneam scribendi neglegimus gratiam, saltim praetermittere non debemus ingestam. ideoque per fratrem et conpresbyterum nostrum Maxentium, quem nobis

9] Matth. 24, 12. 13] Luc. 12, 49.

5 dependo *r*, deponendo *S* 6 offitium *S* 7 communi *S* postolare *S* 10 peius *Kr.*, peris *S*, longi temporis *coni. r* 11 sopitis *Luetjohann*, sospitis *S* nobis *r* flatiba *S* 12 amore *r* 15 et *add. Luetjohann*, *om. S* inluminet] finit *add. S* 17 rurici *S* 18 supplicantum *Luetjohann*, supplicatum *S*, supplicatuum *uel* supplicantium *r in notis* 19 offitium *S* debemus *coni. Mommsenus* per *Kr.*, super *S Mommsenus* 20 affectu *Mommsenus* facimus *r* 22 necessitudo] quae *add. Mommsenus* 23 non uero *Gustafsson*, nouo *S*, non ex *Kr.*, non inuet *coni. Mommsenus*, noua *r* 26 conpresbiterum *S*

frater noster epistulis ipsius commendauit, dedi, quibus sospitatione depensa ipsum apostolatui uestro, secundum quod postulauit, insinuo, quia illic notos et amicos habere se dicit, qui eum beatitudini uestrae possint in praesenti plenius intimare, quorum testimonio possit credi, quod assertioni ipsius fortasse non creditur.

LVII.

ITEM AD IPSUM.

Filii nostri Ommatius et Eparchius ad me litteras plenas lacrimis et deploratione miserunt specialiter deprecantes, ut apud sanctitatem uestram pro ignorantia ipsius filii nostri Eparchii intercessor exsisterem, confidentes, quod pro amore mutuo nihil nobis negare deberetis, idemque presbyterum nostrum Eusebiolum ad pietatem uestram in hac causa direxi. per quem saluto plurimum et rogo, ut praefato, sicut decet, sufficienter admonito indulgentiam errori illius dare pro nostra supplicatione dignemini, quia, sicut in defensione peccati stulte atque infideliter perduranti culpa, donec agnoscat reatum, ⟨non⟩ debet relaxari, ita agnitio peccati debet conferre ueniam confitenti. remedium est enim mali confessio non simulata delicti nec ultioni publicae relinquitur locus, ubi reus conscientia torquente punitur.

LVIII.

ITEM ALIA RURICII AD IPSUM.

Ante diem, quam litteras uestrae sanctitatis acceperim, conpresbyterum meum, sicut ipso referente poteritis agnoscere, ad germanitatem uestram in eadem, qua mihi scripsistis, causa direxeram, ut, quia mihi non solum ipse filius noster Epar-

1 noster *om. v* epistulis *scripsi*, epis̃ *S*, episcopus *v Kr.* dedi *ex* dedit *S*, has *desiderat Kr.* 2 postolauit *S* 3 hare *S* 9 fili *S* omacius *S* eparchi *S* 13 ideoque *Luetjohann* 14 caus *S* 15 decet *r*, dicit *S* 17 supplicatione ⟨digne⟩mini quia *Mommsenus*, supplicationem iniqua *S*, supplicatione minime iniqua *r*, supplicatione non iniqua *Gustafsson* defessione *S* stultae *S* 18 non *add. r*, *om. S* 19 conferre S^1 *in rasura* 24 rurici *S* 28 ut] et *v*

chius, sed etiam frater suus flebiliter per litteras supplicarant, apostolatui uestro precator accederem, qui et confessione culpae et deprecatione ueniae et consanguinitatis affectu conpulsus indulsi, quia uos mihi super hac re scripturos esse non credidi. sed quia humilitatem meam dignati estis pro ea, quae inter nos est deo propitio, caritate consulere, ut uobis, utrum iusta esset uestra districtio, meis potissimum apicibus indicarem, sciat domnus meus, quod ego factum uestrum et probo et conlaudo et uehementer admiror, quia, dum uni indesperato per admonitionem gladii spiritalis pro reddenda salute intulistis dolorem, multis contulistis languentibus sanitatem.

Multi etenim in ecclesia, qui curari nequeunt uerbo, sanantur exemplo. superest seueritatem misericordia subsequatur, ut recipiatis lenitate patris, quem corripuistis auctoritate pontificis, et iuxta illum euangelicum inuocantes, quem nos per omnia et sequi et oportet imitari, qui filio paternae substantiae decoctori et facinus confitenti non solum ueniam clementer impertiit, uerum etiam pristinam gratiam libenter indulsit, et nos condoleamus lapso, subueniamus adtrito, amplectamur reuersum, laetemur inuentum. quod et apostolatum uestrum propterea fecisse certus sum, ut paululum infirmantem filium excluderetis a matre, ut eum ipsi post modicum restitueretis incolumem et eum contristaretis ad tempus, de quo gaudere concupiscitis in aeternum.

LVIIII.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO SEUERO SALUTEM.

Neglegentiam nostram atque pigritiam dum uos excusatis, arguitis et nos beneficiis et officiis uestris agnoscimus debi-

1 supplicarunt *c* 2 uestri *c* praecator *S* quibus *Luetjohann*, cui *Mommsenus* confessionem *S* culpe *S* 6 propitio deo *v* ut *Luetjohann*, et *S* uob̄ *S*, nobis *v* 8 m̄is *S*, noster *c* 9 indisperato *S*, in desperato *(seil.* casu*) Mommsenus* 10 spiritalis *c*, spiritale *ex* spiritali *S* 13 superest] ut *add. Luetjohann* consequatur *c* 14 lenitatem *S* 15 inuocantes *v*, inuocantis *SKr.*, inuocetis *Mommsenus* 16 oportit *S* 17 inpertiit uerum *c*, inperti. iterū *S* 19 amplectamur *ex* amplectemur *S* 21 paulolum *S* 22 excluderitis *S* eum *suprascr. S* restitueritis *S* 23 incolomeno *S* 27 pegritiam *S* dum *r*, ū *S*, non *ante* arguitis *inserit Mommsenus*

tores. sed scio hoc sincero amore, quo nos diligitis, facere atque perfecto, quia parum est caritati uestrae, quod nobis tribuitis, dum totos uos nobis et cotidie inpendere desideratis. sed nobis satis superque sufficeret beniuolentia [quam] prompti animi, etiamsi adsiduitas deesset obsequii. unde salutatione depensa gratias ago uberrimas pietati uestrae, quod erga me bonae memoriae patris uestri non solum retinetis, sed etiam uicistis affectum.

LX.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO STORACHIO SALUTEM.

Ago atque habeo uberes gratias pietati uestrae, quod nos neglegentiam famulorum nostrorum rescire fecistis, dum subuectionem congruam, quam nobis callidus subtraxerat inimicus, benignus subministrauit affectus. quem ideirco nobis dominus hoc ad tempus permisit inferre, ut et nostram patientiam per iniuriam et uestram erga nos caritatem per conpatientiam conprobaret ac sine dispendio facultatis nostrae uobis lucrum operis per beneficium dilectionis adferret.

LXI.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO UITTAMERO SALUTEM.

Familiares nos uobis facit uestra dignatio, dum hoc, quod a nobis libenter offertur, a uobis gratanter accipitur, siquidem illud munus acceptabile probatur et dulce, quod non magnitudo insinuauerit, sed commendarit affectio. quae res facit,

1 scio] uos *addendum uidetur* 3 uos *c*, suos *S* 4 quam *S*, tam *Luetjohann* prumti *S* 5 etiamsi adsiduitas *Luetjohann*, etiam siduitas *S*, etsi assiduitas *Mommsenus*, et adsiduitas *c in textu*, quamquam adsiduitas *(omisso* quam*) c in notis* 6 uberrimas *scripsi coll. lin. 11.* uberrimae *S*, uberrime *Kr.* pietatis *S* 7 bone *S* patres *S* 10 sthorachio *S* 11 abeo *S* 12 negligentiam *S* rescire *Luetjohann*, nescire *S*, scire *c* 15 inferri *Mommsenus* pacientiã *S* 16 conpacientiã *S* conpbarit *S* 17 dispendio *Luetjohann*, dubio *S* 18 benefitium *S* 20 Vittameno *r* salutem *om. c* 21 familiaris *S* 22 accepitur *S*

ut ad persoluendum uobis spontaneae deuotionis obsequium etiam id habeamus in uotis, quod non habemus in uerbis. itaque salutatione depensa *** quia centum pira sublimitati uestrae, alia centum filiae meae destinare praesumpsi, quae si fortasse displicuerint saporis gustu, placebunt, ut confidimus, transmittentis affectu.

LXII.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI NAMATIO.

Saluto plurimum et spero, ut, si secundo crastino non potueris, uel tertia feria ad nos uenire digneris, quia desiderio tuae caritatis accensi et nos dicimus cum propheta: anima mea sicut terra sine aqua tibi. defecit spiritus meus. ne auertas faciem tuam. ne moreris aduentum, ut pectoris nostri, quem parui temporis solatio suscitastis, extinguatis incendium.

LXIII.

RURICIUS EPISCOPUS FILIO UITTAMERO.

Gratias ago dignantissimae erga me sublimitati uestrae, quod nos de actibus atque incolumitate uestra, quos nostis deo propitio pro amicitiarum iure sollicitos, facitis litterarum sedulitate securos. unde his reciprocum reddo nobilitati uestrae salutationis officium et me has de Decaniaco ad uos dedisse significo meamque uobis fauore diuinitatis, quam uobis placere confido, indicans sospitatem praestabit dominus, ut citius hinc regressus uestris merear obtutibus praesentari, ut, cuius benignitate uestra incitastis desiderium, uisione sollicitetis affectum.

11] Psalm. 142, 6.

2 uerbis *v*, uerba *S* 3 *lacunam indicauit Kr.*, significo *suppl. Luetjohann*, habemus. In uerba itaque salutatione depensa *coni. Mommsenus* pera *S*, *corr. v* 4 distinare *S* 5 displicuerent *S* 10 tercia *S* 13 pectoris *v*, peccaris *S*, *an* peccatoris *uel* peccatoris pectoris *coll. p. 172, 12 et 351, 18 scribendum?* 14 quod *v* incendium] finit *add. S* 17 Vittameno *v* 19 incolomitate *S* 20 iurae *S* sollicitus *S* 21 securus *S* 22 offitium *S* 23 meam quoque *Luetjohann* quam uobis *v*, quam uos *S* 26 desideriũ *S*, desideria *v*

LXIIII.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI CLARO EPISCOPO.

Apostolatui uestro pro ea, quam mihi non pro meis meritis, sed pro beniuolentia animorum uestrorum inpenditis, caritate non dicam uicem non possum repensare beneficiis, sed nec tantas gratias, quantas meremini, sermonibus explicare. inpendo tamen per litteras debitum sospitationis officium partemque pectoris mei, in quo affectum uestri auiditate suscepi, paginae conlocutione transmitto simulque deprecor, ut communi domino supplicetis, ut citius nos faciat fructum de nostra capere praesentia, quosque suae inspirationis instinctu conexuit, uultuum etiam mutua uisione coniungat, ut desiderium in nobis, quod accendit affatus, restinguat obtutus. de columnis uero gratias ago et, sicut iussistis, quia modo propter inminentem hiemem uehicula illo dirigere non possum, post sanctum Pascha propitia diuinitate transmittam. de minoribus uero, sicut uerbo mandastis, si inueniri possunt, mihi uel decem necessarias esse significo. sed si dominus prospera uniuersa concesserit, antequam uehicula dirigam, ad uos hominem destinabo.

LXV.

RURICIUS EPISCOPUS FRATRI UOLUSIANO EPISCOPO.

Ita, quod peius est, caritatem antiquam et insitam nobis partim, quoniam confitendum est, neglegentia nostra, partim necessitate temporis, partim corporis infirmitate faciente longa deleuit obliuio, ut penitus inmemores nostri facti non solum uos nullis officiis mutuis sed nec litteris requiramus. miror nobilitatem tuam quasi filium ad me litteras destinare, cum sine ullo respectu religionis aut propinquitatis tibi iniuriae nostrae sic placeant, ut eas uindicare non uelis. unde, nisi

9 conloquutione *S* simulquae *S* depraecor *S* 11 instinctum *S* 12 uultuum *r*, uultum *S* 15 uehicola *S* 16 ꝑpicia *S* 19 distinabo *S* 23 partem *S ubique* quoniam *r*, quam *S*, *expungit Mommsenus* 25 delebit *S* penitus *S* inmemoris *S* 26 nos *S* mutuis *om. r* 27 distinare *S* 29 uellis *S*

existimationem personae meae aut officii cogitassem, portitorem litterarum tuarum talem ad te remiseram, quales homines meos non matrona uestra, sed domina procax nimium et effrenata perduxit, cuius mores, si tu tanto tempore cum famae tuae diminutione aut uoluntarie aut necessitate subportas, alios noueris nec uelle ferre nec esse contentos. nam quod scribis te metu hostium hebetem factum, timere hostem non debet extraneum, qui consueuit sustinere domesticum.

2 miseram *c* 3 et effrenata nimium *v* 4 fame *S* 5 uoluntariae *S* 6 timetu *S* habetem *S* 8 domesticum] finit. FINIUNT EPISTULE DOMNI RURICII EPISCOPI LEMOUICENI *add. S*

EPISTULAE AD RURICIUM SCRIPTAE.

I.

DOMINO RELIGIONIS HONORE SUBLIMI AC FIDEI MERITIS MAGNIFICANDO FILIO RURICIO GRAECUS.

Gratias domino, quod fidei uestrae meritum sicut proficit deuotione ita crescit et opere. laborantium necessitates sollicitudine praeuenis, benignitate foues, humanitate sustentas. his enim rebus iuxta apostolum spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes diuinas nobis ⟨uitae⟩ aeternae retributiones adquiritis. sed in sublimitate uestra ista non noua sunt, quia animus uester, sicut plenus est dei timore, ita plenus est caritate, caritate, inquam, quae sola usu proficit et largiendo succrescit et pensum sciens et detrimenta non sentiens. dum enim dependitur, non expenditur, sed magis, dum prorogatur, augetur eiusque gratia ita muneratur percipiens, ut non minoretur inpertiens, quae ad similitudinem diuinitatis dat, quod ⟨habet⟩, habetque, quod dederit.

II.

DOMINO BEATISSIMO AC REUERENTISSIMO ATQUE A ME DEBITO CULTU SINGULARITER OBSERUANDO IN CHRISTO PATRONO RURICIO EPISCOPO UICTORINUS.

Cum beatitudinem uestram uidere et breuissimo tempore et una tantum uice meruerim, ita tamen ad primum uestrae agnitionis contemplationisque congressum sensus meos fonte

8] Rom. 12, 11.

1 *epistulas a Fausto ad Ruricium scriptas exhibuimus p. 208 sqq.* 6 operi *S* 9 uitae *addidi, om. S* aeterne *Kr.* 10 aquiritis *S* 12 quae *r*, qua *S* solo *v* 13 pensum *v*, pensam *S*, *fort.* pensa *scribendum* 15 ut *Kr.*, et *S* 16 minoratur *v* imperciens *S* que *S* 17 habet *add. r, om. S* 19 debit occultu *S* 20 obserdo *S*, *corr. v* 21 uicturinus *S* 23 et *v*, ut *S* meruerim *r*, meruero *S Kr.* 24 agnicionis *S*, cognitionis *r* contemplacionisque *S* sensos *S*

purissimo benigni pectoris inrigastis, ut, quamlibet alloquiorum uestrorum munera pretiosa non capiam, praesentiam tamen uestram intra mentis profunda possideam, ut, etsi causas desiderii refouendi extrinsecus non accipiam, intra me eas tamen, dum gratiae uestrae reminiscor, inueniam. neque enim fas est, ut bonum illud ex accedentibus tantum requirat adiutoriis incrementum, quod medullis constat infusum. quo fit, ut caritas, quae in uisceribus meis iugi recordatione uestri innouata dulcescit, caritatis mihi uestrae uicissitudinem repromittat. ac sic affectus erga uos meus uestri mihi animi fideiussor accedit et quodam modo conscientia interioris mei mutuo mihi uestrae testis dilectionis adsistit, quantumque mihi de uobis praesumere debeam, mentem meam, quae toto erga uos amoris ardore flagrat, interrogo. unde salutationem deferens et intercessionem deposcens pro harum portitore insufficientes gratias refero. et quia infelicis ipsius laborem, quo pro absolutione uxoris per diuersarum regionum est iactatus exilia, mors redemptae protinus subsecuta cassauit et nunc rursus pro filiae redemptione anxietas paterna distenditur, uestris eum litteris prosequi pro cumulanda mercedis uestrae ubertate iubeatis.

Pius dominus reuerendam mihi beatitudinem uestram ad profectum et ornatum ecclesiae suae et annis multiplicare dignetur et meritis, domine beatissime ac reuerentissime atque a me debito cultu singulariter obseruande in Christo patrone.

III.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET OMNI MIHI CULTU ATQUE HONORE UENERANDO PATRI ET IN CHRISTO DOMINO PATRONO RURICIO EPISCOPO TAURENTIUS.

Litterae sanctitatis uestrae me spiritali cibo pastum incitauerunt ad spem futurorum et uerba prophetica claritate ra-

1 benigni *r*, benigno *S* inrigastis *cf. Rur. ep. II 9,* ingastis *S,* intrastis *v* 2 preciosa *S* presentiam *S* 3 possedeam *S* 7 incrementum *r*, incremantium *S* quod *S* quo—*lin. 14* unde] *cf. Rur. ep. II 9 et 52* 8 que *S* recollatione *v* 9 dulciscit *S* 12 quantumcumque *v* presumere *S* 13 que *S* 15 et] ut *coni. Mommsenus* 16 infelices *S*, infelicem *r* absolutione *r*, ablutione *S* 17 redempte *S* 20 uestre *S* 21 reuertendam *S* 22 anni *S* 28 Turentius *v* 29 encitauerunt *S*

diantia ad discutiendas errorum tenebras purissima luce fulserunt. recognosco plenum caritatis affectum et sinceritatem piae castigationis amplector. eloquentiam in uerbis, in exemplis perfectionem, in consilio gratiam, in officio diligentiam, in ueritate constantiam, in admonitione ueritatem, scientiam probatis in dogmate. uos antiquos scripturarum interpretes et diuinorum uoluminum tractatores ueneranda mihi nomina Cyprianum, Augustinum, Hilarium, Ambrosium rettulistis, alios facundiae flore uernantes, alios et in reuelandis occultioribus spiritales, alios mulcendis inperitorum sensibus blandientes, alios in fidei assertione pugnantes.

Praeteritae calumniamur aetati, quod uiros illos admiratione dignissimos haec saecula non tulerunt. pro certo doctrinam iuniores ambierant ⟨eorum⟩, qui ante docuerunt. ego autem aetatem meam non de canentium putamine capillorum nec, sicut beatitudo uestra de saeculari auctore mutuata est, de colore barbae albentis agnosco, cum, etiamsi esset error in conputo, senescentis annos de torpore membrorum per morbi incrementa sentirem. sed omni precum humilitate deposco, ut pro correctione morum meorum, pro inspirando mihi desiderio paenitendi, pro domini nostri propitiatione in sanctis uestris orationibus supplicetis, ut, qui ad uitandum procliue illius uiae in perniciosa uergentis erectum et cum labore gradiendum iter ostenditis, et ingressum boni operis et piae emendationis obtineatis effectum non in uerbere disciplinae, sed in indulgentiae medicina et misericordiae lenitate. hanc quoque uobis conferte mercedem: debetis enim fenus domino de thesauro, qui

2 recognosco *S* 4 offitio *S* indulgentiam *r* 5 admunitione *S* ueritatem] et *add. r* 6 probatis *expungi uult Mommsenus* interpretis *S* 7 tractares *S* 8 agustinum *S* hylarium *S* r&tullistis *S*, sed et illustres *r* 9 facundie *S* 11 fide *S* 12 praeteritae *r*, preteritate *S* 14 iuniores *scripsi*, iunioris *S* ambirent *r* eorum *addidi, om. S* 15 eam *r* potamine *S* 16 seculari *S* 17 barbe *S* etiamsi] non *add. r* essem *r* error *om. r* 18 *num* senescentes *scribendum?* de torpore *Kr.*, decorpore *S*, decrepitos *r* 19 omni *scripsi*, omnium *S* 22 supplicitis *S* 23 uergentes *S* rectum *r* 25 nernere *S*, feruore *r* 27 fenus *S*

fidei uestrae traditus et a uobis illo commendante susceptus est. adquirite desperantes, arguite neglegentes, deditos somno ignauae securitatis excutite, resides excitate. decet ouem perditam in umeris suis bonum reportare pastorem et munitioribus caulis eas, quibus lupus insidiatur, includere.

Sanctum Augustinum, sicut iusseratis, inueni, quem cum filio communi Rustico presbytero esse credebam. operae pretium est, ut admiremini studium meum, quod, quae opuscula contineret, hucusque ⟨qui⟩ nesciui, sane capitulatim iam librum traditurus inspexi. chartaceus liber est et ad ferendum iniuriam parum fortis, quia citius charta, sicut nostis, uetustate consumitur. legite, si iubetis, atque transcribite. et spero, ut, postquam uobis bene cognitus fuerit, ad me, cui est incognitus, remittatur, quia corrigere neglegentiam meam frequentata membranae ipsius lectione dispono. ora pro me.

IIII.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET APOSTOLICA REUERENTIA SUSPICIENDO PAPAE RURICIO SEDATUS.

Satis credidi et, quamlibet uobis laboriosum esset, uehementer optaui, ut ad necessitatem istam, quae hic nos exhibuit, ueniretis uel per occasionem et benedictionem uestram mererer et desiderium commune mutuo satiaretur aspectu. et uere, posteaquam me praesentiae uestrae spes frustrata est, uelut de uotorum culmine deiectus ** et laborem, qui incubuit, et absentiam domus et omnia, quibus aegritudo deceptae spei

1 a *om. v* commendante *r*, commendam *S* 2 disperantes *S* arguete *S* 3 ignaue securitates *S* desides *v* 7 cũmuni *S* opere precium *S* 8 quae] q *S*, qui quae *Kr.* conteneret *S*, continebat *v* 9 qui *addidi, om. S* capitulatim i. l.] capitula tamen librum *coni. r* 10 carh
tacius *S* ferendam *v* 11 carta *S* 12 iubetis] lubet *v* 13 a *S* 14 corregere *S* 17 suspiciendo *Kr.*, suscipiendo *S* 19 quamlibet *Kr.*, quam habet *S*, quam habere iter *r* et *post* esset *add. v* 20 obtaui *S* que *S* 22 saciaretur *S* 23 presentiae *S* frustata *S* 24 deiectus] odi *uel* fastidio *desiderat Kr.* labor *r* 25 asententiã *S*, absentia *r* egritudo *S* decepte *S*

et anxietas cumulatur, in animum meum pariter conuenerunt. et scit dominus, quod, si uires suppeterent aut parere desideriis aetatis infirmitas pateretur aut, si essent animalia, quibus tantum tali tempore posset itineris expediri, non prius ego a Tolosa reuerterer, quam beatitudinis uestrae et singularis illius caritatis benedictionem desideratissimam promererer. sed quia haec, quae supra dicta sunt, desideriis obsistunt, rogo et per Christum uos adiuro, ut me uobis uestra semper pietas repraesentet nec patiamini, ut pro officiorum tarditate caritatem inminuat aut obfuscet obliuio, sed pro me, sicut facere uos certus sum, incessanter oretis et, quotiens oportunum fuerit, seruum uestrum per conloquia litterarum uisitare dignemini.

V.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET APOSTOLICA REUERENTIA SUSPICIENDO PAPAE ET MEO SPECIALI APUD DOMINUM PATRONO RURICIO SEDATUS.

Refecit me filius noster salutem salutationemque tuam nuntians, per quem ego, quas non merui, litteras dedi ex hoc desiderio meo satisfaciens, si uel officii ad uos pagina peruenire. saluto itaque plurimum et rogo per illam caritatem, quae mihi affectum dignationemque tuam nuntiat, ne te pigeat, quotiens oportunum, seruum tuum litterarum munere uisitare, quia testor deum, quod post praesentiam tuam nihil mihi dulcius est, quam si conloquium desiderantissimae pietatis uel litterarum dignatione meruero. rogo etiam et omni prece deposco, ut pro me, sicut facere uos certus sum, sine cessatione intercedere et orare dignemini. filios nostros et uenerans et desiderans saluto.

1 comolatur *S* 3 aetates *S* 4 possit itineres *S* 5 tolosa *S* beatitudines *S* 7 que *S* 8 representit *S* 9 paciamini *S* offitiorum *S* 10 obfuscit *S* 12 dignimini *S* 14 reuerencia *S* suspiciendo *Kr.*, suscipiendo *S* 15 pape *S* 18 litteras. dedi ex hoc *S*, litteras accepi et has reddidi *maault Kr.* 23 dm̃ *S*, dominum *r* presentiam *S* 24 desiderantissime *S* 25 dignationem *r* 26 cessacione *S* 27 dignimini *S*

VI.

DOMNO SANCTO MERITIS BEATISSIMO PAPAE HONORIS CULTU SUSPICIENDO ATQUE APOSTOLICO PATRI DOMNO RURICIO EPISCOPO EUFRASIUS.

Taediosam pietatem uestram esse tenui rumore cognoui, sed harum baiulum destinaui, ut anxietatem meam de acerbitate nuntii celeriter releuetis, quia scit diuina pietas, quod et tristitiam et infirmitatem uestram non conpatientis, sed perferentis dolore participo. sic ita concedat diuina miseratio, ut mihi per multos annos exterioris uestri uigorem et alacritatem integrae sanitatis indulgeat, quia uere tunc reparatum esse me sentio, si de sospitate uestra celerius optata cognouero.

VII.

DOMNO SANCTO MERITISSIMO IN CHRISTI LUMINARIA PRAEFERENDO ET PLURIMUM IN CHRISTO DESIDERANDO PIISSIMO DOMNO RURICIO EPISCOPO CAESARIUS EPISCOPUS.

Dum nimium tribularetur animus meus, quare ad synodum uestram praesentiam non meruimus obtinere, sanctus et domnus meus Uerus episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi Agate uestras litteras destinasset, quas ego nescio quo casu aut qua neglegentia me non retineo suscepisse. sed tamen sancto et domno meo fratri uestro certissime credo et malo hoc portitoris neglegentiae inputare. sed licet sanctos et desiderabiles uestros apices miseritis, tamen, sicut ipsi optime nostis, dignissimum fuerat, ut personam dirigeretis, quae ad uicem uestram subscriberet, et, quod sancti fratres uestri statuerunt, in persona uestra firmaretur.

2 pape *S* 3 domino *r* 5 postquam *ante* taediosam *Kr., P ceteris litteris euanidis S* tenue romore *S* sed harum] Sicharium *Kr.* 6 distinaui *S* 7 nuncii *S* reueletis *r* 8 conpacientis *S* perferentes *S* 10 integre *S* 12 suspitate *S* obtata S^1 14 domino *r* 16 cesarius *S* 17 sinodum *S* 18 presentiam *S* 20 agate uestras *S*, a caritate uestra *suspicatur r* distinasset *S* 21 reteneo *S* 22 domino *r* 23 mallo *S* negligentiae *S* 25 obtime *S* dirigeritis *S* 26 que *S* subscriberit *S* fratris *S*

Sed quia noui, quam sancto et frequenti ac pio desiderio interesse uolueritis, omnibus fratribus nestris notum uestrum et sanctam uoluntatem exposui, pro qua re nihil pietati uestrae uel potuimus uel debuimus inputare. sed, licet desiderabilem uestram praesentiam non habuerimus, orationum tamen uestrarum suffragia nos meruisse persensimus. et ideo his datis saluto plurimum affectu et honore, quo dignum est, et rogo, ut me sanctis et inlustribus precibus simul ac meritis domino commendetis. simulque indico pietati uestrae, ut, quia filius uester Eudomius, si potuerit, hoc elaborare desiderat, et superueniente anno Tolosa synodum Christo propitio habeamus, ubi etiam, si potuerit, Hispanos uult episcopos conuenire. et ideo orate, ut tam sancto desiderio suo dominus tribuere dignetur effectum.

Sanctum uero et dulcissimum fratrem meum Capillutum presbyterum, amatorem et praedicatorem uestrum, uestrae sanctimoniae, quanta ualeo, insinuatione commendo et pro ipso uobis ingentes et uberes gratias ago, quia, quantum ipse adseruit, tantum se circa illum impendit pia et sincera beniuolentia uestra, ut hoc nullus hominum possit exponere. nunc ergo, quia pro uestro desiderio aestuans pietatem uestram expetiit, dignum iudicaui, ut per ipsum humilitatis meae litteras destinarem, quo remeante, si Christus annuerit, apices uestros quasi caeleste munus desidero promereri. ora pro me.

VIII.

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO ET APOSTOLICA REVERENTIA SUSPICIENDO DOMNO ET PAPAE RURICIO EPISCOPO SEDATUS EPISCOPUS.

Equum, quem per fratrem nostrum presbyterum transmisistis, accepi magnificis uerborum uestrorum phaleris oneratum, in

1 ac frequenti et *r* 5 presentiam *S* 6 persentimus *r* *utrum* dictis *an* datis *in S exstet dubium*, dictis *r* 9 commendetis *S* ut *Kr.*, et *S* 10 et *Kr.*, ut *S* 11 tholosa *S*, Tolosae *r Kr.* 12 hispanus S^1 13 oro te *r* tam̃ *S* dignaretur affectum *S*, *corr. r* 21 expetit *coni Mommsenus* 22 meae *om. r* 23 distinarem *S* 24 desiderio *S* 26 domino *r* suspiciendo *Kr.*, suscipiendo *S* 27 papae] patrono *Kr.* 28 aequum *S* 29 faleris *S* oneratum *scripsi*, honeratum *S*, honoratum *r Kr.*

uita uilem, in epistula pretiosum, mouentem se, cum foditur calcaribus aut urgetur uerberibus, et nihil penitus promouentem, forma deterrimum, colore uilissimum, molliorem plumis, statuis pigriorem, solida corpora pauescentem, umbras solum, ut credo, de consuetudine non timentem, fugitiuum, cum dimittitur, immobilem, cum sedetur, in planis stantem, in asperis conruentem, qui teneri nesciat, ambulare non possit. quem priusquam uiderem, dum epistulas uestras relego, illorum de gente esse credidi,

quos Daedala Circe
subposita de matre nothos furata creauit.

Putabam illum calidum animis, acrem cursibus, ignem, cum exhiberetur, elatis naribus efflaturum, concussurum solido cornu campos, celeritate uentos et flumina praecursurum. talem enim mihi splendidissimus epistulae sermo promiserat. credebam etiam, quod illum mandentem frenos, terentem morsibus ferrum duo fortiores uiri, ne euaderet, retinerent. nec me fefellit. nam trahebant eum aliquot, inpingebant alii et plures caedebant. quem ut sic exhibitum uidi, optaui, ut talia, qualia erant, non, qualia epistula mea continet, semper caris uestris munera mitteretis. ego tamen, quia mihi non reliquistis in transmissi muneris laude quod dicerem, ne omnino . . . . .

10] Uerg. Aen. VII 282 sq.

1 uita *scripsi*, uia *S* preciosum *S* se—promouentem *S bis* 2 et] ex *S* paenitus *S* 3 statuis *r*, status *S* 4 pauiscentem *S* 5 fugitium *S* 6 caeditur *r* 9 crededi *S* dedala *S* 11 notus *S* 12 potabam *S* callidum *S* 13 exiberetur *S* 14 campus S^1 uentus *S* 16 mandantem *S* (e *man. alt.*), manducantem *r* frenus S^1 terentem *r*, erentem *S* 17 forciores *S* feuellit *S* 18 aliquod *S* cedebant *S* 19 ut *r*, ad *S* 20 muneris *r*, munere *S* *lacunam indicaui; quae sequuntur in S. ex Sidonii epistula (II, 1) deprompta sunt, cf. prolegomena*

APPENDIX:

FAUSTI DE RATIONE FIDEI.

S = Sichardi editio (Antidotum contra diuersas omnium fere seculorum haereses. Basileae 1528. fol. 239ᵇ—240ᵇ).

P = P. Pithoei editio (Ueterum aliquot Galliae theologorum scripta, Parisiis 1586. p. 124—128).

Aug. = fragmentum huius tractatus in Pseudo-Augustini sermone (append. n. 234) exstans.

FAUSTI EPISCOPI DE RATIONE FIDEI.

I.

Quid respondendum est his, qui legentes in euangelio ita intellegunt: pater maior me est, ⟨ut⟩ filium in diuinitate minorem esse blasphement?

Responsio.

Secundum auctoritatem omnium scripturarum duae sunt natiuitates in Christo, una ex patre initium nesciens, quia legimus: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum, et qui in principio erat, intra se concludit omne principium. ex matre uero initium sumpsit, sicut legimus per Esaiam: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium et uocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatum: nobiscum deus, id est latens in humana fragilitate maiestas, sicut in Ioanne euangelista legimus: et uerbum caro factum est et habitauit in nobis: in nobis, id est in fragilitate corporis nostri.

4] Ioann. 14, 28. 8] Ioann. 1, 1. 11] Es. 7, 14. 14] Ioann. 1, 14.

1 cf. Gennad. de uir. ill. c. 86: legi eius et aduersus Arrianos et Macedonianos paruum libellum, in quo coessentialem praedicat trinitatem: *prima interrogatio de deitate filii dei ad Arrianorum blasphemias pertinet; interrogationes II—IIII de natura et deitate spiritus sancti ad Macedonianorum errores spectant. — Exstant in Pitrae anecdoto, cui inscribitur Liber testimoniorum (Analecta sacra et classica spicilegio Solesmensi parata, Paris. 1888, p. 147 sqq.) et in Breuiario fidei aduersus Arrianos (Sirmondi opera uaria, Venetiis 1728, I 223 sqq.) aliquot loci, qui cum uerbis huius tractatus Faustiani congruunt, quare eos hic afferendos duximus* Fausti] Regii Galliae *addit P* fidei] et aliquot locorum inter se collatio *addit S*, ad obiecta quaedam responsio *addit P* 3 ita intellegunt *post* maior me est *transponit P* 4 ut *addidi, omittunt PS, an* quod *addendum et* blasphemant *retinendum? (de* ita quod *cf. index)* blasphement *scripsi*, blasphemant *PS* 8 *quae leguntur inde a uerbis* in principio *usque ad pag. 457, 12* dominus deus *exstant in Augustini sermonis spurii 234 priore parte*

Item de Mariae uirginis generatione: et porta erat clausa et non est aperta, tamquam si interrogaretur, cur aperta non esset, adiecit: quia dominus transiuit per eam. porta clausa, id est signaculum pudoris, immaculatae carnis integritas. non enim uiolata est partu, quae magis est sanctificata conceptu.

Item de Christi gemina dei hominisque substantia: et erunt, inquit, duo in carne una, id est, deus et homo unus Christus, quod apostolus de Christo et ecclesia, id est de Christi corpore praecepit intellegi, sicut ait: et erunt duo in carne una. ego autem dico in Christo et in ecclesia. quod aperte exposuit ad Romanos: patres nostri, ex quibus Christus secundum carnem, adseruit hominis carnem, consequenter adserit partes dei dicens: qui est super omnia deus benedictus in saecula. tam perfecta hic filii eminentia declaratur, ut dici de patre maiora non possint. nam si initium haberet, non esset super omnia, sed inter omnia, quae pro condicione facturae intra initium continentur. sed Christus, quia aequalis est patri, nulla temporis, nulla aetatis lege concluditur. euidenter et ad Philippenses apostolus duas Christi natiuitates et duas substantias praedicat dicens: qui cum in forma dei esset, formam serui accepit. quibus regulis plena sunt uolumina noui et ueteris testamenti. similiter et Iob praedicat eximius propheta: et in carne mea uidebo deum. quod de illo tempore prophetauit, quando Christi deitas habitu nostrae carnis induta est.

Quia ergo, ut praefati sumus, uerbum caro factum est et duos esse constat hominem et deum in carne una, modo homo loquitur patri, modo deus, modo uisibilis ex matre, modo inuisibilis ex patre. da uerba hominis. ipse in euangelio dicit: filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet. ostendat hic pauper filius hominis diuitias

1] Ezech. 44, 2. 3] ibid. 6] Gen. 2, 24. 9] Eph. 5, 31. 32. 10] Rom. 9, 5. 12] ibid. 18] Phil. 2, 6. 7. 21] Iob 19, 26. 27] Matth. 8, 20; Luc. 9, 58.

1 et *om. P* 4 *cf. Pitra p. 159:* quid mirum si non est uiolato partu, quae magis est sanctificata conceptu *(cf. etiam Pseudo-Eusebii [Fausti] homilia VIIII, Bibl. Patr. Max. Lugd. VI 629 E)* 5 conceptu] quae absque omni peccato concepta est in utero *add. P* 11 carnem adseruit hominis *Aug.* 12 partes] proprietatem *Aug.* 13 hic *om. Aug.* 16 qui *Aug.* 21 prophetarum *S*

suas in gloria diuinitatis: omnia, inquit, quae pater habet, mea sunt, dum dicit omnia, nihil hic reliquit, quo minus haberet a patre. omnia, id est, unius deitatis potentiam, substantiam, maiestatem. quis eum minorem dicere non tremiscat, qui se patri generaliter et per omnia ueridicus testis exaequat, sicut de eo euangelista pronuntiat: ideo uolebant eum Iudaei interficere, quia patrem suum dicebat deum aequalem se faciens deo, et ad Philippenses: non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, id est, aequalitatem diuinitatis, quam rebellis angelus assumere noluit per rapinam, Christus possidet per naturam.

Cum ergo credis ei, cum se in hominis substantia dicit minorem, crede ei, cum se in diuinitatis substantia profitetur aequalem. loquatur filius hominis: pater, inquit, maior me est, loquatur filius dei: ego et pater unum sumus. quasi homo esurit, quasi deus quinque milia esurientium quinque panibus obsequio creaturae suae exsatiat, quasi homo in cruce pendet, quasi deus in paradisum de cruce latronem gestis per omnem mundum loquentibus introducit dicens: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. quo tempore corpus domini in tumulo fuit, anima in inferno, diuinitas in paradiso et in caelo ubique intra se omnia supereminenti maiestatis immensitate complectens.

Secundum hominem minor dicitur, quando comprehenditur, flagellatur, crucifigitur, moritur, sepelitur, secundum deum per uirtutem resurrectionis in caelestia sublimatus, quasi homo suscepta morte, quasi deus super mortem. secundum hanc regulam modo pauper est, modo diues, modo minor, modo aequalis, modo dominus, modo seruus.

Tunc ergo minor patre credatur, quando angelorum conditor paulo minus ab angelis minoratur, sicut in octauo psalmo legimus: mino-

1] Ioann. 16, 15. 5] Ioann. 5, 18. 7] Phil. 2, 6. 13] Ioann. 14, 28. Ioann. 10, 30. 17] Luc. 23, 43. 27] Psalm. 8, 7.

2 quod *Aug.* 4 contremiscat *Aug.* 5 uindicus *S* 6 Iudaei eum *P* 8 esse *om. P* 9 *cf. Breuiar. p. 226:* ille ergo, qui habebat aequalitatem, non est arbitratus per rapinam, sed quam rebellis angelus assumere noluit per rapinam, Christus possedit per naturam 10 possedit *Aug.* 11 credas *Aug.* 14 *cf. Pitra p. 157:* quasi homo esurit, quasi deus quinque millia esurientium crescentibus cibis interiora sumentium obsequio creaturae seruientis exsatiat 19 in caelo et *PS* 20 maiestatis] suae *add. Aug.* immensitatem *P* 23 sublimatur *Aug.* 26 credatur patre *Aug.*

rasti eum paulo minus ab angelis, tunc ergo patre minor dicatur, quando serui formam suscepisse perscribitur, quando etiam matre iunior inuenitur, quando de se ipso in uicesimo primo psalmo dicit: foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, quod ergo minor patre secundum carnem et secundum hominem nuncupetur, innumeris scripturarum testimoniis declaratur.

De eius diuinitate ita ad Titum apostolus dicit: apparuit gratia dei saluatoris nostri, et iterum: spectantes beatam spem et aduentum gloriae magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi. immane piaculum est, ut per infideles hominum blasphemias minor esse dicatur, quem magnum deum ipsa ueritas profitetur. nam et Thomas apostolus in euangelio Ioannis, ubi post resurrectionem corpus hominis crucifixi per clauorum signa cognouit, deum, qui intra hominem latebat, apostolica et euangelica auctoritate confessus est ita dicens: dominus meus et deus meus. si fides adsit, aperta est ratio, qua Christus nunc minor nunc aequalis patri sacris uoluminibus asseratur, sicut ipse de se dicit: ego primus et nouissimus. indubitanter agnosce, quod priorem non potest habere, qui primus est. item: ego sum α et ω, et sicut α litteram nulla praecedit, ita et filium dei nulli secundum constat esse, quia deus est.

II.

Quid respondebimus eis, qui spiritum sanctum dicunt minorem deum aut, quod sceleratius est, ministerialem magis quam deum abrupta impietate pronuntiant?

Responsio.

Quomodo creatura dicetur, qui domini creator ex Maria comprobatur, sicut legimus: conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Christus enim non de substantia spiritus sancti, sed de potentia, nec de generatione, sed iussione et benedictione conceptus est.

2] cf. Phil. 2, 7. 3] Psalm. 21, 18. 7] Tit. 2, 11. 8] Tit. 2, 13. 14] Ioann. 20, 28. 17] Es. 44, 6. 18] Apoc. 1, 8. 27] Symb. apost.

3 ipse de se *Aug.* 7 apostolus ad Titum *P* 9 et *ante* saluatoris *om. P* 10 infidelis hominis *Aug.* 19 littera *Aug.* 22 dicunt minorem deum] aut minorem dicunt *Aug.* 26 dicitur *Aug.* 28 *cf. Breuiar. p. 231:* non enim generatione, sed iussione et benedictione sancti spiritus conceptus est Christus 29 de *om. Aug.*

et sicut a patre, ita etiam a spiritu sancto ad redemptionem nostrae malitiae destinatus est ipso de se per Esaiam loquente: misit me pater et spiritus eius.

Si spiritus sanctus minor creditur, quomodo se filius sicut a patre, ita etiam a sancto spiritu missum esse testatur? spiritus sanctus ipse locutus est in apostolis, ipse efferbuit in prophetis dicente beato apostolo Petro in epistula sua: non, inquit, ex hominibus allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. et saluator in Matthaeo ita ait ad discipulos suos: non, inquit, uos estis, qui loquimini, sed spiritus sanctus. similiter et Dauid plenus spiritu sancto et, qui per eum loquebatur, manifesta uoce pronuntiat dicens: audiam, quid loquatur in me dominus deus. quando ergo uasa dei sancto spiritu ebria loquuntur et dicunt: haec dicit dominus deus uel: deus deorum dominus locutus est, hunc dominum deum spiritum sanctum manifestum est.

Et ad Corinthios deum esse spiritum sanctum euidenter ostendit, dum dicit: uos estis templum dei. et quis esset hic deus, consequenter edocuit ita dicens: spiritus, inquit, sanctus habitat in uobis. deus ergo templi et spiritus sanctus habitator templi una persona est. et in actibus apostolorum Petrus euidenter de sancti spiritus deitate ita ad Ananiam dicit: quis te mentiri compulit spiritui

2] Es. 48, 16. 7] 2 Petr. 1, 21. 9] Matth. 10, 20. 12] Psalm. 84, 9. 17] 1 Cor. 3, 16. 18] ibid. 21] Act. 5, 3. 4.

5 spiritu sancto *Aug.* 7 *cf. Pitra p. 151:* Petrus apostolus in epistola sua: non, inquit, ex homine adlata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Dauid quoque spiritu sancto repletus et gratia huius uirtutis afflatus ita dicit: audiam, quid loquitur in me dominus meus. deum de se loqui sancto inflammatus spiritu protestatur. et saluator in Matthaeo ad discipulos suos dixit: non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus sanctus, qui loquetur in uobis. et propterea quando pii uates exundante in se spiritu sancto in alto mentis efferuntur excessu ita dicentes: haec dicit dominus deus, uel: deus deorum deus locutus est, et horum similia, ad sancti spiritus maiestatem nouerimus esse referendum 11 et qui per eum loquebatur] quis per eum loqueretur *Aug.* 13 spiritu sancto *P* 16 *cf. Pitra p. 151:* apostoli in prima ad Corinthios sermo est: uos estis templum dei, et quis hic deus esset, exposuit dicens: et spiritus dei habitat in uobis. itaque deus templi et qui habitat in templo una persona est

sancto? non es, inquit, hominibus mentitus, sed deo. quid tam euidens? ecce deo notum promisisse memoratur et spiritui sancto mentitus arguitur. si spiritus sanctus deus non esset, minime ad eum sacrilegae falsitatis iniuria peruenisset. item ad Corinthios apostoli uox est: nescitis, quia membra uestra templum sunt spiritus sancti? glorificate et portate deum in corpore uestro. illum utique deum portare praecipiuntur, cuius templa esse perhibentur.

III.

Quid respondebimus his, qui dicunt: non potest non prior esse pater, qui prior in baptismo nominatur?

Responsio.

Et spiritus sanctus primus est, sine quo primum nominasse non sufficit. nec numerum autem nec ordinem recipit, qui in trium substantia unus et solus est.

IIII.

Quid respondebimus eis, qui impio ore blasphemant dicentes: ideo sanctus spiritus non est deus, quia nihil operatus est quasi deus?

Responsio.

Uideamus, si in operibus eius nihil diuinitatis appareat. primo loco peccatorum remissio non tribuitur, nisi sanctus spiritus innocetur. et quia peccata sine sancto spiritu non donantur, etiam de ipso apertissime dictum esse nouerimus: nemo, inquit, potest dimittere peccata nisi unus deus. quem ergo reparatorem hominis uides, auctorem hominis esse non dubites.

Ipse in primis absque peccato hominem fecit, qui in secundis a uinculo peccati hominem cum patre et filio regenerator absoluit. uide quomodo apostolus in epistula Corinthiorum opera spiritus sancti uirtutesque concelebrat ita dicens: unicuique autem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem

5] 1 Cor. 6, 19. 20. 23] Luc. 5, 21. 29] 1 Cor. 12, 8.

2 *cf. Faust. de spir. sanct. p. 151, 20:* deo notum promisisse cognoscitur et spiritui sancto mentitus arguitur *(cf. etiam p. 152, 3)* notum *S* 22 condonantur *P* 23 inquit *om. P* 26 imprimis *P*

spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia curationum in uno spiritu, alii genera linguarum, operatio uirtutum, alii prophetia. haec omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult.

Et quomodo dicimus, ministerialis est, qui miracula tantorum charismatum arbitrio propriae uoluntatis et iure dominationis exercuit? de quo sub trinitatis distinctione legimus per prophetam: uerbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. spiritu oris dixit propheta, non operis, ut eum tamquam de substantia patris noueris processisse. et ideo dicit: spiritus, qui ex patre procedit. spiritu oris eius omnis uirtus eorum: caelorum uirtutes, id est angelos, dominationes, thronos ac principatus, sicut per patrem et filium ita etiam per spiritum sanctum creatos esse ueritas loquitur.

Non ergo sine immani sacrilegio creaturam dixeris, quem totius caelestis militiae perspicis creatorem. secundum haec in trium proprietate ac numero personarum unam potentiam, unam gloriam, unam cognosce naturam, ne cum Iudaeis ac Patripassianis sine tribus personis filium aut sanctum spiritum neges aut sine una substantia cum gentilibus tres deos credere comproberis.

7] Psalm. 32. 6. 10] Ioann. 15. 26.

13 creatos esse *om. P* 17 Patriopassianis *S*

I. INDEX SCRIPTORUM.

A) LOCI SCRIPTURAE SACRAE.

Gen. 1, 1 . . . . 108, 15. 340, 28
— 1, 2 . . . . . 127, 15
— 1, 26 . 78, 16. 108, 22 341, 5
— 1, 27 . 78, 18. 109, 2. 341, 12
— 1, 28 . . . . . 109, 2. 341, 12
— 2, 5 . . . . . 15, 5
— 2, 15 . . . . . 395, 18
— 2, 17 . . . . . 9, 13
— 2, 24 . . . . . 139, 19
— 3, 5 . . . . . 9, 22. 227, 19
— 3, 10 . . . . . 310, 24
— 4, 7 . . . . . 75, 14
— 6, 3 . . . . . 191, 18
— 6, 7 . . . . . 172, 1
— 6, 12 . . . . . 81, 12
— 8, 21 . . . . . 172, 19
— 11, 7 . . . . . 128, 27
— 12, 1 . 292, 17. 293, 24. 352, 4
— 14, 14 . . . . . 199, 8. 214, 3
— 15, 16 . . . . . 85, 8
— 16, 9 . . . . . 396, 25
— 17, 4 . . . . . 84, 16
— 18, 1 . . . . 109, 15. 341, 26
— 19, 26 . . . . . 391, 9
— 21, 10 . . . . . 352, 8
— 22, 2 . . . . . 296, 22
— 22, 5 . . . . . 298, 14
— 25, 23 . . . . 71, 29. 73, 31
— 27, 27 . . . . . 296, 8
— 28, 12 . . . . . 178, 9
— 30, 33 . . . . . 402, 1
— 37, 4 . . . . . 302, 25
— 37, 10 . . . . . 303, 8
— 39, 7 . . . . . 310, 2. 7
Exod. 3, 14 . . . . . 128, 17
— 4, 21 . . . . . 59, 10
— 5, 3 . . . . . 297, 7
— 8, 15 . . . . . 59, 19
— 9, 27 . . . . . 60, 12
— 10, 3 . . . . . 59, 5
— 12, 9 . . . . . 140, 24
— 14, 15 . . . . . 371, 12
— 14, 29 . . . . . 391, 11
— 16, 3 . . . . . 391, 14
— 19, 15 . . . . . 297, 9
— 23, 15 . . . . . 254, 1
Exod. 33, 14 . . . 110, 3. 342, 10
— 34, 12 . . . 295, 25. 314, 8
Leuit. 16, 29 . . . . . 280, 14
— 19, 2 . . . . . 24, 12
Num. 21, 6 . . . . . 322, 17
— 21, 22 . . . . . 161, 12
